

CLOSE ROLLS

OF THE REIGN OF

HENRY III.

PRESERVED IN THE

PUBLIC RECORD OFFICE.

PRINTED UNDER THE SUPERINTENDENCE OF

THE DEPUTY KEEPER OF THE RECORDS.

A.D. 1242–1247.

PUBLISHED BY AUTHORITY OF HIS MAJESTY'S PRINCIPAL SECRETARY OF STATE
FOR THE HOME DEPARTMENT.

LONDON:
PRINTED UNDER THE AUTHORITY OF HIS MAJESTY'S STATIONERY OFFICE
By THE HEREFORD TIMES LIMITED, MAYLORD STREET, HEREFORD.

1916.

To be purchased, either directly or through any Bookseller, from
WYMAN AND SONS, LIMITED, 29, BREAMS BUILDINGS, FETTER LANE, E.C., and
54, ST. MARY STREET, CARDIFF; or
H.M. STATIONERY OFFICE (SCOTTISH BRANCH), 23, FORTH STREET, EDINBURGH; or
E. PONSONBY, LIMITED, 116, GRAFTON STREET, DUBLIN;
or from the Agencies in the British Colonies and Dependencies,
the United States of America and other Foreign Countries of
T. FISHER UNWIN, LIMITED, LONDON, W.C.

Price Seventeen Shillings and Sixpence.

CONTENTS.

PREFACE.

The present volume continues the Edition of the Close Rolls of the reign of Henry III., of which the first volume (1227–1231) was published in 1902. The text has been prepared by Mr. E. G. Atkinson, an Assistant Record-Keeper. The Index has been compiled by Mr. R. F. Isaacson, formerly an Assistant Record-Keeper.

H. C. MAXWELL LYTE.

Public Record Office,

9 *July*, 1915.

CORRIGENDA.

Page	177,	line	38.	*For*	Laurencii	*read*	Laurencie.
,,	311,	,,	27.	,,	Anvers	,,	Auvers.
,,	385,	,,	37.	,,	,,	,,	,,

CLOSE ROLLS.

27 HENRY III.—PART I.

1242. *Clause de Wasconia de anno domini H. regis vicesimo septimo.*

[m. 14.] *De perdonatione pro Johanne de Curtenay.*—Rex perdonavit Johanni de Curtenay xx. libras de c. marcis quas regi debet de relevio suo, pro mora quam facit cum rege in partibus Wasconie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Silvam, xxviij. die Octobris.

De una roba data.—Mandatum est Rogero de Ros quod faciat habere Ameline uxori Willelmi Segur[1] unam robam, scilicet tunicam, supertunicam, capam et pallium, de dono regis. Teste ut supra.

Ne maior Burdegale respondeat alicui de xxx. milibus solidorum.—Mandatum est maiori Burdegale quod de xxx. milibus solidorum de consuetudine vinorum Burdegale nec Rustano de Sol', senescallo Wasconie, nec alii respondeat sine speciali precepto regis. Teste rege apud Silvam, xxix. die Octobris.

De x. marcis ad opus cujusdam nuncii.—Mandatum est J. Maunsel quod perquirat x. marcas de mutuo ad opus cujusdam militis nuncii regis Aragonie de dono regis. Teste ut supra.

De ij. robis datis.—Mandatum est Rogero do Ros quod faciat habere eidem militi et alii militi, socio suo, robas,[2] videlicet tunicam, supertunicam cum furura de scurrellis et capam furratam de scurellis de dono regis. Per J. filium Galfridi.

Littere peticionis quod galie Baione morentur in servicio regis.—Mandatum est maiori et probis hominibus Baione quod galie sue moram faciant in servicio regis usque ad festum Sancti Martini proximo venturum, et rex de solidis suis quos eis debebit tam de termino preterito quam de futuro, ante terminum predictum eis satisfaciet. Teste ut supra.

De quadam imagine impignoranda.—Mandatum est Johanni Maunsel quod quia regi significavit quod non habet in capella regis vadia usque ad summam cc. marcarum, quod imaginem Sancte Marie preciosiorem impignoret, ita quod in loco honesto deponatur. Teste ut supra.

[1] Substituted for 'de Monte Rovelli.'

[2] The words 'et alii militi, socio suo,' are interlined, and 'robas' substituted for 'unam robam.'

Wt. 28638.—H. T. Ltd.—400.

1242.

Pro Paulino Peyvr'.—Rex commisit Paulino Peivr' terram de Linleg' et Wylye quam Robertus Malet aliquando tenuit, habendam et tenendam quamdiu regi placuerit, pro l. marcis quas rex ei prius concessit percipiendas singulis annis ad Scaccarium, ita quod rex quietus erit de predictis l. marcis quamdiu terram illam tenuerit. Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod de terra predicta plenam seisinam ei habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Silvam, xxxj. die Octobris. Et habet inde litteras patentes.

Pro Roberto Tregoz.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod summoneri faciant omnes heredes Urselli, Judei Hereford', quod certis die et loco sint coram eis et coram justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis ad computandum in presencia alicujus quem Robertus Tregoz loco suo miserit, et ad ipsos certificandos quantum idem Robertus ipsis heredibus debeat, tam de lucro[1] quam de sorte, de debito quod debuit predicto Ursello a tempore quo mutuum ab eodem Ursello recepit, usque ad festum Omnium Sanctorum anno etc. xxvij.; et taliter de quantitate debiti predicti eos certificent quod processu temporis recuperare non possint ipsi nec heredes sui vel alii pro ipsis, ad aliquid plus petendum quam coram eis probaverint sibi deberi, et ex quo iidem archiepiscopus etc., justiciarii Judeorum, certificati fuerint quantum idem Robertus debeat eisdem heredibus de toto debito predicto tam de lucro[1] quam de sorte, ipsum quietum esse, et eisdem heredibus illud allocari faciant in debito quod regi debent de fine quem dictus Ursellus fecit cum rege post mortem Hamonis, Judei Hereford', patris sui, pro tercia parte bonorum que fuerunt ipsius Hamonis. Tallias eciam et munimenta alia, siqua habent, eidem Roberto reddi faciant. Teste rege apud Silvam, j. die Novembris.

Pro Willelmo de Oddingeseles.—Mandatum est eisdem quod faciant habere Willelmo de Oddingeseles scutagium de omnibus feodis militum que tenet de Girardo de Lindes' et idem Girardus tenet de rege in capite. Mandatum est eisdem quod tam ipsi Willelmo quam predicto Girardo litteras de quietancia ejusdem scutagii quales viderint convenire habere faciant. Teste ut supra. [*Cancelled.*] ***Quia aliter inferius.***

De perdonatione pro Gilberto de Saunford'.—Rex perdonavit Gilberto de Saunford' x. marcas quas predicti archiepiscopus, episcopus et Willelmus ei habere mutuo fecerunt contra transfretationem suam. Et mandatum est eisdem quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra. Per J. filium Galfridi.

Pro Willelmo de Oddingeseles.—Mandatum est eisdem quod faciant habere Willelmo de Oddingeseles scutagium de omnibus feodis militum que Gerardus de Lindeseye tenet de rege in capite. Teste ut supra. Per eundem.

---

[1] Substituted for 'usura.'

1242.

Pro quibusdam servientibus regis.—Mandatum est Ricardo Ruffo quod faciat habere Seneruns et aliis servientibus regis in constabularia sua existentibus solidos suos sicut aliis servientibus existentibus in servicio regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De plumbo mittendo usque Regulam.—Rex W. Eboracensi archiepiscopo, W. Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, salutem. Mandamus vobis quod emi faciatis centum libratas plumbi apud Bristollum, et per primas naves, que de villa illa venture sunt pro vinis in Wasconiam, plumbum illud venire faciatis usque Burdegalam ad operationes castri nostri de Regula, sine quo salvo consistere non possunt. Teste rege apud Regulam, ix. die Novembris. Per ipsum regem.

De bremiis datis H. de Vivon'.—Mandatum est Petro de Wakering'[1] quod faciat habere Hugony de Vivon' x. matrices bremias in vivario de Taunton' de dono regis. Teste rege apud Regulam, viij. die Novembris.

Pro Johanne filio Galfridi.—Rex commisit Johanni filio Galfridi manerium de Waddon' cum pertinentiis quod H. comes Arundell' nuper regi reddidit et est de terris Normannorum, habendum et tenendum ad se sustentandum in servicio regis donec rex inquiri fecerit quantum manerium illud valeat per annum. Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod de predicto manerio cum pertinentiis plenam seisinam ei habere faciant. Teste ut supra.

De quodam prisone pro alio redimendo.—Mandatum est Herberto filio Mathei et Nicholao de Mol' quod si aliquis serviens inter prisones de Munrevel cujus restitucio sufficiat ad redempcionem servientis Elye Viger capti et in prisona detenti apud Munrevel, tunc servientem illum, prisonem regis, liberari faciant Petro Willelmi, fratri predicti Elye, ad ipsum pro alio deliberandum. Et licet omnino tantum non valeat, ipsum tamen eidem fratri suo liberent. Teste rege apud Regulam, x. die Novembris.

De necessaria invenienda (sic) *ad ingenia regis facienda.*—Mandatum est maiori de Burdegala quod inveniat necessaria Gyrardo, carpentario regis, ut in maeremio, ferro et aliis ad ingenia regis facienda, et rex de custo ei satisfaciet. Teste rege apud Regulam, xij. die Novembris.

De perdonatione pro H. de Vivon'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod de debito quod Hugo de Vivon' nobis debet ad Scaccarium nostrum pro debitis Willelmi Malet, de quo nobis reddidit x. marcas per annum, et de lx. libris quas nobis debet de prestito ei facto, perdonavimus ei quingentas marcas. Et ideo vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse faciatis. Teste ut supra. *Duplicatas habuit litteras.*

[1] Substituted for 'Taunton.'

1242.

De una roba data.—Mandatum est Rogero de Ros quod faciat habere Johanni de Blays unam robam de dono regis. Teste rege apud Regulam, xv. die Novembris.

De sellis ad summarios faciendis.—Mandatum est eidem quod fieri faciat xvj. sellas ad summarios regis ad harnesium regis deferendum ; ita quod rex eas promptas habeat apud Regulam[1] hac die Jovis proxima sequenti. Teste rege apud Regulam, xvj. die Novembris. *Postea mandatum est eidem quod eas fieri non faciat.*

De mercimoniis retinendis.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, Petro Chaceporc et Rogero de Ros quod de mercimoniis in navi de Cept' contentis, que nuper applicuit apud Burdegalam, retineant ad opus regis omnia de quibus stipendia militum et servientum reddere possint, et de precio predictorum ipsis mercatoribus plene erit satisfactum. Teste rege apud Regulam, xix. die Novembris.

De eisdem mercimoniis vendendis et denariis regi mittendis.—Postea mandatum erat Johanni Maunsel et Petro Chaceporc quod mercandisas de rebus contentis in navi predicta, que cicius vendi poterunt, per estimacionem proborum et legalium hominum[2] vendi faciant, si forte ille (*sic*) quorum mercandise ille sunt, id gratis et sponte sua permittere voluerint, et denarios quos inde receperint, regi mittant hac die Dominica in festo Sancti Andrei usque Silvam, simul cum denariis quos mutuo receperunt a Gailardo Culumb et aliis civibus Burdegale, et eciam quod omnem diligenciam quam poterunt, apponant ad plus mutuandum ad opus regis. Teste rege ibidem, xxiiij. die Novembris.

Pro Willelmo Lungesp'.—Mandatum est Petro Chaceporc quod de mercandisis contentis in predicta navi, et quas ad opus regis retinuit, faciat habere Willelmo Lungesp' ad valenciam centum librarum sterlingorum de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Burgo.—Consimiles litteras habet Johannes de Burgo de xxx. marcis ei liberandis de prestito super stipendia sua.

De inquisicione facienda super mercandisis contentis in nave predicta.—Mandatum est eidem quod inquirat de nominibus singulorum mercatorum qui partem habent in mercandisis contentis in nave predicta, et quantum, et quid quisque habeat de mercandisis predictis, et quantum porcio singulorum valeat, et id imbreviari faciat ut rex scire possit et de quo et de quanto singulis eorum rex debeat respondere. Teste rege apud Regulam, xxv. die Novembris.

Pro Geraldo filio Mauricii.—Mandatum est Petro Chaceporc quod de mercandisis contentis in nave predicta faciat habere Geraldo filio Mauricii usque ad summam xl. marcarum de prestito. Teste rege apud Silvam, xxviij. die Novembris.

---

1 The words ' apud Regulam ' are interlined, and ' apud ' on the line cancelled.
2 The word ' eas ' is cancelled here.

1242.

De denariis regi mittendis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod omnes denarios quos poterit regi mittere de mutuo Gailardi Culumb et aliorum civium Burdegale et de mercandisis retentis ad opus ipsius regis in nave arestata apud Burdegalam et aliunde, regi mittat hac die Mercurii proxima ante festum Sancti Nicholai, et quod faciat venire ad regem ij. mercatores equorum, scilicet Petrum de Alvernia et aliquem alium qui ducant ad ipsum regem tot dextrarios quot poterunt, ad opus militum ipsius domini regis. Mandatum est eciam eidem Petro quod fidem adhibeat hiis que Nicholaus de Bolevill' ei dicet ex parte regis. Teste rege apud Silvam, ij. die Decembris.

Pro Johanne de Guerguetin.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Johanni de Guerguetin x. marcas ad expensas suas acquietandas de dono regis. Teste ut supra.

[m. 13.] *De justicia de Sancto Makario capienda in manum regis.*—Mandatum est Willelmo de Boel' quod capiat in manum regis justiciam de Sancto Makario, et eam in manum regis retineat donec aliud a rege inde habuerit mandatum. Teste rege apud Silvam, iij. die Decembris.[1]

De balistis et aliis regi mittendis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod per nuncium comitis de Bygor' mittat regi x. balistas et vj. milia quarellorum et omnes armaturas ferreas quas manulevare poterit in civitate Burdegale, ita quod rex habeat omnia predicta hac nocte apud Silvam. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod hiis que Nicholaus de Bolevill' ei dicet ex parte regis, fidem adhibeat.

De perdonatione pro Emerico de Sacy.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod de debito quod nobis debet Emericus de Sacy pro custodia Warini filii et heredis Warini de Bassingeburn', et de debito quod nobis debet de arreragiis suis de tempore quo fuit vicecomes noster Sutht', perdonavimus ei septies xx. marcas. Et ideo vobis mandamus quod si de predictis debitis nobis debeat usque ad septies xx. marcas, tunc eum de predictis septies xx. marcis quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Pro Rogero de Pavely.—Mandatum est Petro Chaceporc quod deliberari faciat Rogero de Pavilly equum suum quem impignoravit apud Burdegalam pro quindecim libris Burdegalensium. Teste rege apud Silvam, iiij. die Decembris.

De providencia contra Natale.—Mandatum est Johanni le Maunsell' quod contra instans Natale Domini queri faciat ad opus regis in insulis de Oleron' et de Re quingentos cuniculos, ita quod eos rex habeat apud Burdegalam quarto vel tercio die ante festum predictum, et custum quod ad hoc posuerit, ei faciet rex allocari. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo de Boeles quod in fide qua regi tenetur, querat ad opus regis viginti grues vel amplius et quot poterit cignos

[1] Substituted for 'Novembris.'

1242.

et alia volatilia et quot poterit apros, contra instans Natale Domini et decem milia anguillarum sallitarum, ita quod rex omnia illa habeat quarto vel tercio die ante festum predictum apud Burdegalam, et cum rex sciverit custum eorum, illud ei reddi faciet de primis denariis suis venientibus ab Anglia. Teste ut supra.

Pro quibusdam servientibus regis.—Mandatum est P. Chaceporc quod Ernaldo de Podio, Baudichun le Flemeng' et Johanni de Aubinny prestitum faciat super stipendia sua ad vadia sua acquietanda, et eos remittat apud Silvam, ita quod ibi sint hac nocte ad eundum cum comite Bigor,' quo eos ducet in servicio regis. Teste rege apud Silvam, v. die Decembris.

De providencia contra Natale.—Mandatum est Petro Chaceporc quod Magistro Alano, pistori regis, quem rex mittit usque Burdegalam ad panem suum faciendum contra instans Natale, habere faciat centum quarteria vel quantum poterit frumenti ad panem predictum faciendum, vel de mutuo vel sicut melius poterit. Teste ut supra.

Pro Radulfo de la Haye.—Mandatum est Petro Chaceporc quod habere faciat Radulfo de la Haye de mercandisis que invente fuerunt in nave quam arestari fecit rex ad opus suum, si commode fieri possit, et mercandise ipse sufficiant, usque ad summam quindecim marcarum ad vadia sua acquietanda. Teste rege apud Silvam, vij. die Decembris.

Pro Emerico de Sacy.—Mandatum est eidem quod quia rex mittit Emericum de Sacy in Angliam in nuncium suum et illud nuncium vellet quantum poterit expediri, provideat quod vadia sua deliberentur festinanter. Teste rege[1] ut supra.

Pro Herberto filio Mathei.—Mandatum est eidem quod faciat habere Herberto filio Mathei, de mercandisis que fuerunt in nave quam arestari fecit rex ad opus suum apud Burdegalam, usque ad summam l. marcarum super areragia solidorum suorum. Teste ut supra.

De denariis ad (sic) *quodam castro lingneo faciendo inter Duo Maria.*—Mandatum est eidem quod de mercandisis que fuerunt in nave quam arestari fecit rex apud Burdegalam, liberari faciat Andree, clerico nostro, latori presencium, quindecim marcas ad constructionem castri lignei quod fieri facimus inter Duo Maria. Teste ut supra.

Mandatum est. [*Cancelled.*]

Pro Audoeno de Berbezil.—Mandatum est Audoeno de Berbezill' quod sub eadem forma quam regi per litteras suas significavit,[2] paratus est rex ei terram assignare equivalentem sue quam timet amittere, et mandat ei rex quod se quinto milite ad servicium regis veniat. Teste rege apud Burdegalam, xiij. die Decembris.

Pro Baldewyno de Akeny.—Rex archiepiscopoo, W. Karleolensi episcopo et Willelmo de Cantilupo, salutem. Monstravit nobis dilectus

---

[1] Substituted for 'me.'
[2] The word 'providebit' is here cancelled.

1242.

et fidelis noster Baldewinus de Akynny quod ballivi nostri de Cantebrug' pro voluntate sua theloneum capiunt ad pontem de Wytlesford', quod ad ipsum potius spectare debet quam ad ipsos occasione mercati quod idem Baldewinus habet ad dictum manerium suum de Wytlesford', et quia idem Baldewinus qui est in servicio regis in partibus transmarinis, rogavit regem quod ei justiciam faceret exhiberi, mandat rex predictis archiepiscopo, episcopo et Willelmo[1] quod fieri faciant inquisitionem si predicti ballivi regis in captione predicti thelonii injurientur eidem B. et utrum id thelonium ad regem pertineat ratione mercati sui de Cantebrg' vel ad ipsum B. ratione mercati sui de Witlesford', et quod secundum inquisitionem inde factam invenerint quod justum fuerit, idem fieri faciant, non permittentes quod ballivi regis super eodem thelonio, si ad ipsum Baldewynum pertineat, injuriam ei faciant aut gravamen. Teste rege apud Burdegalam, xviij. die Decembris.

Pro Rogero de Ros.—Rex W. Eboracensi archiepiscopo, W. Karleolensi episcopo et Willelmo de Cantilupo, salutem. Cupientes benefacere dilecto servienti nostro, Magistro Rogero de Ros, scissori nostro, pro bono et laudabili servicio suo quod diu nobis impendit, vobis mandamus quod quamcito aliqua escaeta nobis acciderit que valeat x. libras per annum et in qua ei providere possimus, illud nobis scire faciatis et escaetam illam in manu nostra reservetis donec aliud vobis inde mandaverimus. Teste rege apud Burdegalam, xix. die Decembris.

Rex misit fratrem Amauvinum de Ayllens ad comitem Tholose et habet litteras de credencia. Teste rege apud Burdegalam, xx. die Decembris. [*Cancelled.*] Quia non ivit.

De crendencia (sic).—Achardus Fuch' missus est ad comitem Tholose et habet litteras de credencia. Teste ut supra.

Pro Isabella que fuit uxor W. de Albiniaco.—Mandatum est archiepiscopo Eboracensi, W. Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod, si Isabella que fuit uxor W. de Albiniaco non habeat aliquod mesuagium capitale de pluribus mesuagiis que idem vir suus habuit in vita sua, quod (*sic*) ei competens mesuagium, si diversa sint, secundum legem et consuetudinem regni ei faciant assignari. Teste rege apud Burdegalam, xxv. die Decembris.

Pro militibus de civitate Aquensi.—Rex cabdello et probis hominibus Aquensibus. Monstraverunt nobis milites nostri de civitate nostra Aquensi quod cum non debeant, ut dicunt, trahi in placitum super re aliqua nisi coram nobis vel senescallo nostro Wasconie, vos contra justiciam ipsos gravatis, volentes ipsos respondere coram vobis. Et ideo vobis mandamus quod ipsos de cetero non gravatis super hujusmodi exactione, quia parati sunt coram nobis vel senescallo nostro, sicut consueverunt, si in aliquo transgressi fuerint, respondere. Teste rege apud Burdegalam, xxvj. die Decembris.

---

[1] The words 'predictis . . . Willelmo' are interlined, and 'eis' is cancelled.

1242.

Pro Simone de Offham.—Mandatum [est] vicecomiti Surr' quod non permittat quod Simon de Siwell' injuste gravet aut molestet Simonem de Ofham',[1] dilectum capellanum regis. Et si in aliquo ei fuerit molestus vel injuriosus, id ei sine dilatione faciat emendari. Teste ut supra.

Pro hominibus comitis Flandrie.—Quia rex audivit querelam Thome comitis Flandrie et Hannonie per litteras suas ei transmissam, quod rex (*sic*) et mercandise hominum suorum eis sunt adempte in Anglia, et causa est regi incognita, ob quam rebus predictis sunt spoliati, mandatum est domino Eboracensi et Willelmo de Cantilupo quod, audita querela predictorum hominum cum ad eos venerint, justiciam eis exhibeant, ita quod replicata querela ad regem inde non perveniat. Teste rege apud Burdegalam, xxx. die Decembris.

1243. *De credencia.*—B. de Mastak', comes de Bigor', habet litteras de credencia directas Audoeno de Berbezyll'. Teste rege apud Burdegalam, ij. die Januarii.

Pro Warino filio Geraldi.—Warinus filius Geroldi habet ex concessione regis apud manerium suum de Muresl' singulis septimanis unum mercatum per diem Mercurii, et singulis annis unam feriam duraturam per tres [dies], scilicet in vigilia et in die et in crastino Nativitatis Beate Marie, et mandatum est vicecomiti Bukingham' quod mercatum illud et feriam illam clamari faciat et teneri. Teste ut supra.

Pro hominibus de Sancto Emiliano.—Mandatum est Huberto Hose quod si Amannivus de Lauvignac fecerit sibi bonam et sufficientem securitatem quod homines suos quos gens regis de Sancto Emiliano cepit, et sunt in prisona regis penes eum, quando rex precipiet, in eandem prisonam revenire faciet, tunc ipsos a prisona deliberet, donec regi constet ob quam causam capti fuerint ; bona eciam et res ipsius Amanavei que dicta gens regis cepit, ei faciat restitui. Teste ut supra.

De damis datis.—Rex J. Extraneo, justiciario suo Cestrie, salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere dilecto et fideli nostro Thome de Dotton' duos damos et sex damas in parco de Hauton' ad quendam parcum suum instaurandum de dono nostro. Teste ut supra.

De stipendiis militum et servientum (sic) *in Insulis.*—Mandatum est Drogoni de Barentin quod de firma Insularum que sunt in custodia sua, inveniat militibus et servientibus qui sunt in castris Insularum predictarum, et galiotis qui sunt in galeis et aliis vasis, rationabilia stipendia, et quod provideat quod quantum poterit, gravet inimicos regis, ita quod regi respondeat de lucro quod antea fecit et in posterum facturus est super inimicos predictos, et cum rex sciverit quantum posuit in stipendiis illis, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Huberto Hoese.—Mandatum est archiepiscopo Eboracensi, episcopo Karleolensi et Willelmo de Cantilupo quod provideant

---

[1] Interlined.

1243.

Huberto Hose in lx. libratis terre in wardis vel escaetis quam cito poterint, et ei solvi faciant c. marcas, si adhuc reddite non sunt, de ducentis marcis que (*sic*) nuper concessit rex, et quod ei reddi faciant Radulfum filium Ricardi Walensis, quem rex commisit custodie Gerarde que fuit uxor ipsius Ricardi, secundum legem et consuetudinem regni. Teste ut supra.

De perdonatione pro Petro de Munf'.—Rex perdonavit Petro de Muntford' quadraginta marcas quas recepit de thesauro regis per manum Willelmi Hardell' antequam ascendent (*sic*) naves ad veniendum ad regem in Wasconiam, et mandatum est baronibus de Scaccario quod eum de predictis quadraginta marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Burdegalam, viij. die Januarii.

[m. 12.] *De castro de Warewik' et terris que fuerunt Johannis Marescalli retinendis in manum regis.*—Rex venerabilibus patribus W. Eboracensi archiepiscopo et W. Karleolensi episcopo et Willelmo de Cantilupo, salutem. Mandamus vobis quod si Johannes Marescallus ante obitum suum non habuerit seisinam castri Warewyc' et aliarum terrarum que sunt de hereditate Margerie que fuit uxor ejus, tunc in manu nostra retineatis castrum et omnes terras predictas, donec eadem Margeria nobis fecerit quod nobis facere tenetur. Et si seisinam inde habuerit, tunc bonam securitatem capiatis ab eadem quod se non maritabit sine voluntate et licencia nostra. Et sicut per alias litteras nostras vos rogamus, eandem Margeriam instanter inducatis ad preces nostras pro dilecto et fideli nostro Johanne de Plesset' ei factas exaudiendas. Teste rege apud Burdegalam, ix. die. Januarii.

De focagio regis capiendo.—Mandatum est Drogoni de Barentyn quod Insularum regis que sunt in custodia sua capiat fokagium sicut capi debet, et solet secundum consuetudinem earundem Insularum. Teste rege apud Burdegalam, x. die Januarii.

De inquisitione ponenda in respectum.—Mandatum est archiepiscopo Eboracensi, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod inquisitionem quam rex fieri precepit, vel vos[1] ipsi autoritate sua propria[2] postquam rex transfretavit, de terra quam Gilebertus de Greinvill' tenet in Haleghton', ponant in respectum usque ad proximum adventum regis in Angliam, et seisinam ejusdem terre ipsum Gilebertum interim habere permittant. Teste ut supra.

Pro Roberto de Mucegros.—Mandatum est Johanni de Monem', forestario Nove Foreste, quod cartam Roberti de Muscegros quam ei fieri fecit rex de warenna habenda in dominicis terris suis et de libertate ei concessa fugandi ad vulpem et leporem et ad quedam alia et ad ea capiendi, ei per totam baillivam suam teneri faciat ; et quod non impediat vel impediri permittat quin eadem libertate uti possit, cum voluerit. Teste rege apud Burdegalam, ut supra.

Eodem modo mandatum est baillivo de Gillingham' in bailliva sua. Teste ut supra.

---

1 Interlined.

2 Substituted for 'ad mandatum regis.'

1243.

Eodem modo mandatum est Galfrido Esturmy pro eodem in bailliva sua. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Ricardo de Wrotham pro eodem in bailliva sua. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Avicie de Columbers pro eodem in bailliva sua. Teste ut supra.

De gyrofalcone dato.—Mandatum est Henrico de Havill' quod girefalconem regis, quem habet in custodia, habere faciat presentium latori, deferendum Thome comiti ex parte dilecte consortis regis A. regine sue. Teste rege apud Burdegalam, xiij. die Januarii.

Pro Ela comitissa Warr'.—Mandatum est archiepiscopo Eboracensi et Willelmo de Cantilupo quod Ele comitisse de Warewyc plene perfici dotem faciat de omnibus terris et tenementis que fuerunt Thome quondam comitis War', viri sui, et feodis militum et omnibus aliis de quibus habere dotem debeat secundum legem et consuetudinem Anglie. Teste rege apud Burdegalam, xiiij. die Januarii.

Pro Petro de Munford, de scutagio.—Mandatum est W. Eboracensi archiepiscopo et sociis suis quod habere faciat Petro de Muntfort scutagium suum de feodis militum que tenuit de Thebaldo quondam comite Warewici, scilicet quadraginta solidos de scuto pro excercitu suo ante transfretationem suam in Pictaviam. Teste rege apud Burdegalam, xviij. die Januarii anno regni sui xxvij.

De quercubus datis.—Mandatum est Gilberto[1] de Segrave quod habere faciat Johanni de Vionill' quatuor quercus de parco suo de Rideligton' ad se hospitandum de dono domini regis. Teste ut supra.

Pro priore et monachis Dovor'.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod teneant priorem et monachos Sancti Martini Dovor' in tali statu libertatum suarum donec rex in Angliam redierit, quali fuerint antequam ultimo transfretavit in Pictaviam, et quod super eisdem in nullo eos injuste perturbant (*sic*). Teste ut supra.

Pro priore et monachis Sancte Trinitatis Cantuariensis.—Mandatum est archiepiscopo Eboracensi, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod de returnis brevium et de illa libertate, ne aliquis ingrediatur terras prioris et monachorum Sancte Trinitatis Kantuariensis,[2] in eo statu conservent predictos priorem et monachos in quo fuerunt quando ascendimus naves ad transfretandum in Pictaviam, usque ad adventum nostrum in Angliam. Teste ut supra.

Ut Hubertus Hoese eant (sic) *usque Chaleis.*—Mandatum est Huberto Hose quod omissis omnibus aliis eat usque Chaleis ad B. comitem de Bigor' et ducat secum xxiiij. milites quibus rex fecit solvi stipendia sua, ad morandum ibidem donec rex aliud preceperit. Teste ut supra.

---

1 Substituted for 'Stephano.'

2 The words 'unde predicti prior et monachi' are here cancelled.

1243.

De quodam dextrario misso eidem.—Postea misit ei rex quendam destrarium precii xxx. marcarum, et mandavit ei quod illuc iret sicut prius mandavit. Teste rege apud Burdegalam, xxij. die Januarii.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Lond' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere unum dolium vini Jordano de Aynho ad opus Rogeri scissoris de dono regis. Teste rege apud Burdegalam, xxv. die Januarii.

De monachis removendis a prioratu de Regula.—Mandatum est priori et conventui de Regula quod fratrem Willelmum Martini et alium monachum quem secum nuper duxit de Francia, amoveant de domo sua et remittant ad abbatiam Sancti Benedicti super Lygerin, quia rex eos habet suspectos. Teste ut supra.

Et mandatum est Willelmo de Boeles quod si id facere noluerint, ipse eos faciat sine omni dilatione amoveri. Teste ut supra.

Et mandatum abbati Sancti Benedicti super Lygerin quod eosdem monachos inde revocet. Teste ut supra.

De quadam coga mittenda regi.—Mandatum est W. Eboracensi archiepiscopo, W. Karleolensi episcopo et Willelmo de Cantilupo quod illam cogam quam Henricus Picherap lucratus est in mari, bene muniri faciant armamentis ei convenientibus et marinellis, et eam mitti faciant usque Burdegalam ad deferendum vina regis in Angliam que rex emit in Wasconia, ita quod ibi sit ad Mediam Quadragesimam vel prius,[1] si fieri possit ; et quod faciant venire a partibus de Purdic copiam marmoris usque Windsh' ad claustrum capelle regis ibidem inde construendum, et fieri faciant idem claustrum ita quod promptum sit citra festum Pentecostes. Teste rege apud Burdegalam, xxv. die Januarii.

De perdonatione pro Willelmo de Cantilupo juniori.—Rex perdonavit Willelmo de Cantilupo juniori centum marcas quas recepit de prestito apud Wintoniam de thesauro regis contra transfretationem ipsius Willelmi. Et mandatum est archiepiscopo Eboracensi, W. Karleolensi episcopo et Willelmo de Cantilupo quod eum de predictis centum marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Burdegalam, xxvj. die Januarii.

Rex omnibus etc. salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Roberto de Rauncon' quinquaginta marcas singulis annis percipiendas ad Scaccarium Pasche in augmentum feodi sui centum marcarum quod percipit per annum ad Scaccarium Sancti Michaelis. In cujus rei etc. Teste ut (*sic*). [*Cancelled.*] *Quia in rotulo patentium.*

De perdonatione pro Thoma de Bercleg'.—Rex perdonavit Thome de Berckely, qui misit in servicium suum ad partes transmarinas Mauricium filium suum, se tercio militum, sexaginta marcas per quas finem

[1] Substituted for 'ante.'

1243.

fecit secum quod non transfretaret secum quando ultimo transfretavit, et ideo mandat baronibus suis de Scaccario quod ipsum Thomam de predictis lx. marcis quietum esse faciant, et si aliquid inde receptum fuerit, id ei reddi faciant. Teste rege apud Burdegalam, xxx. die Januarii.

De vinis datis.—Mandatum est Michaeli pincerne quod de vinis regis que rex mittit in Angliam per Wybertum de Kanc' vendenda ad opus regis, faciat habere fratri Hamoni de Bello Loco unum bonum dolium vini de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo Cheval.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod faciant habere Willelmo Cheval, servienti regis, qui lumen oculorum suorum amisit in servicio regis quando rex ultimo fuit ad partes transmarinas, singulis diebus ad Scaccarium iij. denarios ad se sustentandum, donec rex ei aliter providerit de elemosina sua constituta, cum vacaverit, in iij. denariis vel alio modo unde possit sustentari. Teste rege apud Burdegalam, j. die Februarii.

Pro Thephania consanguinea Fulconis de Mungumery.—Quia Annora filia Henrici, consanguinea Fulconis de Mungumery, egressa est consilium ipsius F., mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod Thephanie sorori ipsius Annore maritagium quod prefate Annore providisse debuerunt, quamcito oportunitas se optulerit, eidem T. provideant. Teste rege ibidem, iij. die Februarii.

Pro Martino converso.—Mandatum est eisdem quod Martino converso faciant administrari in aliqua villa ubi possit tam de fide catholica quam litterarum sciencia feliciter erudiri. Teste ut supra.

De perdonatione pro abbate de Bello Loco.—Rex perdonavit abbati de Bello Loco v. marcas ad quas amerciatus fuit coram justiciariis nuper itinerantibus in comitatu Sutht' ad placita foreste pro purprestura.[1] Mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant, ita quod denarii illi convertantur in fabricam stallorum conversorum abbacie de Bello Loco de dono regis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est Michaeli pincerne quod de vinis regis que mittit in Angliam vendenda, faciat habere fratri Hamoni de Bello Loco j. dolium vini ad opus monacorum[2] infirmorum predicte abbacie de dono regis. Teste ut supra.

De elemosinis regis faciendis.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod fieri faciant elemosinas regis in instanti Quadragesima per visum fratris Johannis elemosinarii, sicut fieri consueverunt. Teste ut supra.

---

[1] The words 'ad placita foreste pro purprestura' are interlined and 'pro disseisina' cancelled.

[2] Substituted for 'conversorum.'

1243.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Lond' quod de vinis que sunt in custodia sua faciant habere Wiberto de Kanc' unum dolium vini de dono regis. Teste ut supra.

[m. 11.] *Pro Wyberto de Kanc'.*—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Kantilupo quod custum quod Wybertus de Kanc' monstrare poterit se posuisse in se ipso et quodam clerico suo et iij. garcionibus suis et vj. servientibus qui fuerunt cum abbate Evesham', et ij. garcionibus eorum et uno garcione converso quamdiu fuerint in mari in veniendo versus Angliam, exhibendo eis victualia, ei reddi faciant, et preterea xliij. solidos et iiij. denarios quos mutuo dedit predicto abbati et Paulino Peyvr' ad quedam negocia regis expedienda, quando venerunt ad partes transmarinas. Teste rege apud Burdegalam, iiij. die Februarii.

Pro abbatissa de Tarent'.—Rex Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo salutem. Quia per inspectionem cujusdam carte quam vidimus, intelligimus quod Willelmus, filius et heres Willelmi de Kaynnes, cujus custodiam cum terra sua R. quondam Dunholmensis episcopus legavit abbacie de Tarent' usque ad plenam etatem ipsius Willelmi, nondum ad legitimam pervenit etatem, vobis mandamus quod loquelam quam idem Willelmus movit coram justiciariis de Banco versus abbatissam de Tarente de terra sua habenda, antequam plene sit etatis, in respectum poni faciant usque ad adventum nostrum in Angliam. Teste rege ibidem, xj. die Februarii. Per dominam reginam.

Pro Johanne de Brademere.—Mandatum est justiciario Hybernie quod de primis excaetis regis faciat habere Johanni de Brademere x. libratas terre tenendas ad vitam suam de dono regis. [Teste] rege apud Burdegalam, xiij. die Februarii. *Et habet inde literas patentes.*

Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod faciat habere Johanni de Brademere x. marcas ad se sustentandum donec ei providerit in x. libratis terre, sicut rex per alias litteras suas ei mandavit. Teste rege apud Burdegalam, xvj. die Februarii.

De perdonatione pro Johanne de Geres.—Rex perdonavit Johanni de Geres centum marcas de cl. marcis quas regi reddere debet ad Pascham anno etc. xxvij. in partem solutionis ccc. marcarum per quas finem fecit cum rege pro habenda custodia unius filiarum et[1] alterius heredum Johannis le Daneis cum porcione hereditatis ejusdem heredis usque ad legitimam etatem ejusdem. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Johannem de predictis c. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Burdegalam, xvj. die Februarii.

Ut Johannes Maunsel veniat ad regem.—Mandatum est Johanni Maunsel, senescallo Wasconie, quod sub omni festinatione ad regem veniat cum tota gente quam secum duxit, et cum tota alia gente quam perquirere poterit ad arma, tam nomine precis quam excercitus, et adducat secum omnes balistarios quot poterit equites et centum

[1] The word 'alia' is here cancelled.

1243.

pedites, salvo eo quod galee Baione bene muniantur, et modis omnibus sit apud Silvam die Jovis in crastino Cinerum. Teste ut supra.

De perdonatione pro Stephano Lungespee.—Rex perdonavit Stephano Lungesp' l. libras quas Matheus de la Mare debet Aaron filio Abrahe, Judeo Lond', per cartam suam, unde idem Stephanus constituit se principalem debitorem, cum omni lucro quod super predictas l. libras excrevit. Et mandatum [est] justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de predictis l. libris cum lucro predicto ipsos Stephanum et Matheum quietos esse, et predicto Matheo cartam suam habere faciant. Teste rege apud Burdegalam, xxj. die Februarii.

Hybernia. Pro Stephano le Arcediacne.—Rex concessit Stephano le Arcediacne quod si regi debeat cvj. libras xiij. solidos et iiij. denarios vel minus, tunc de predicto debito reddat regi per annum centum solidos ad Scaccarium Sancti Michaelis, et si idem Stephanus plus debeat regi quam cvj. libras xiij. solidos et iiij. denarios, tunc faciat ei justiciarius Hybernie habere conpetentes terminos secundum facultates suas de debito predicto. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur G. de Turvill', thesaurario Hybernie.

Pro abbate[1] *Sancte Crucis Burdegale.*—Mandatum est assessoribus focagii in terra de Maddok quod non assideant neque colligant focagium in terra[2] abbatis Sancte Crucis de Maddoc usque ad adventum Johannis Maunsel. Teste rege apud Burdegalam, xxij. die Februarii.

De filia comitis Provincie conducenda ad regem.—Mandatum [est] Matheo Bezill' quod cum conductu quem habet, sub festinacione proficiscat in Provinciam ad Senchiam, filiam comitis Provincie, ad regem conducendam, et mutuo accipiat expensas sibi et suis necessarias, et rex eas acquietabit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi Haye de Hereford' quod faciat habere Thome, cancellario Herefordensi, in predicta Haya x. quercus ad maeremium, ubi ad minus dampnum ejusdem Haye capi possint, de dono regis. Teste rege apud Burdegalam, xxiiij. die Februarii.

Pro Nicholao de Molis.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod de xl. marcis quas perdonavimus Nicholao de Mol', unde alias litteras nostras vobis direximus, et unde quietum eum[3] esse non fecistis, eo quod littere nostre non expresserunt utrum dicte xl. marce essent de arreragiis corporis comitatus Eboraci vel albe firme, ipsum Nicholaum quietum esse faciatis, sive sint de arreragiis corporis comitatus predicti vel firme predicte. Teste ut supra.

[1] Substituted for 'monachis.'
[2] The words 'Johannis M' (unfinished) are here cancelled.
[3] Interlined.

1243.

Pro Magistro David, sururgico.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod Magistro David, sururgico, seisinam filii et heredis vel filiorum et heredum, si plures sint, Johannis de Kaerdif habere faciat vel certo nuncio suo ; quia, sicut dominus rex concessit eidem David custodiam terre ipsius Johannis usque ad legitimam etatem heredis vel heredum ipsius Johannis, sic concessit ei custodiam et maritagium ipsorum heredum usque ad tempus predictum. Si autem de terra predicti Johannis, de qua fuit seisitus ut de feodo, die quo obiit, aliquid fuerit subtractum, eidem David favorabilis sit secundum legem terre Hybernie ad id ad opus heredum predictorum recuperandum. Teste ut supra.

De coreis vendendis.—Mandatum est Johanni clerico Rogeri scissoris et Ade de Bristoll'[1] quod coria que fuerunt in navi mercatorum de Hyspania quorum mercimonia rex retinuit, vendi faciant,[2] retentis bukinis,[3] et ex precio eorundem coriorum eisdem mercatoribus necessarias expensas inveniant,[4] donec rex eis denarios reddiderit in quibus eis tenetur. Teste rege apud Gistres, xxviij. die Februarii.

Pro B. Peche.—Rex dedit B. Peche terram cum pertinentiis in Coleby quam Willelmus Caperun tenuit de terris Normannorum. Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Kantilupo quod de predicta terra cum pertinentiis eidem B. vel certo nuncio suo litteras regis deferenti, plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Burdegalam, xj. die Marcii.

Pro Willelmo de Cheenay.—Mandatum est eisdem quod si disseisiri fecerunt Willelmum de Cheenay, postquam transfretavit cum rege, de custodia cujusdam terre in Coves et Wylingeham, que appellatur soca Britonis, quam habuit de dono Philippi de Albiniaco, tunc eidem Willelmo talem seisinam habere faciant de custodia predicta qualem Ricardus de la Rokele inde habuit de ballio suo, die quo transfretavit cum rege, donec rex redierit in Angliam ; et si de bonis aut catallis ipsius, que habuit in custodia predicta, aliquid amotum fuerit vel distractum, id ei reddi faciant. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere J. decano Wellensi x. fusta ad maeremium in foresta de Cet de dono regis. Teste rege apud Burdegalam, xiij. die Marcii.

De perdonatione pro Philippo de Arecy.—Rex perdonavit Philippo de Arecy sex marcas quas idem Philippus debet Aaron de Eboraco Judeo. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Philippum de predictis sex marcis quietum esse faciant, unacum usuris que excreverunt super predictas vj. marcas, postquam ipse eas a predicto Judeo mutuo recepit. Cartam eciam quam idem Judeus inde habet, eidem Philippo reddi faciant. Teste rege apud Burdegalam, xiiij. die Marcii.

---

1 The words 'et Ade de Bristoll,' are interlined.

2 This passage originally ran thus :—'quod per visum hospitis mercatorum de Hyspania quorum mercimonia rex retinuit, vendi faciat coria boum que fuerunt in navi sua.'

3 The words 'retentis bukinis' are interlined.

4 Altered from 'inveniat.'

1243.

De Arnaldo de Gyrund' distringendo.—Mandatum est preposito regis inter Duo Maria quod distringat Arnaldum de Gyrund' per terras et catalla sua ad reddendum regi consuetudinem quam cepit de vinis regis propriis in aqua de Gyrunda, et siqua vadia ea occasione ceperit, ea similiter regi reddi faciat. Teste rege apud Burdegalam, xv. die Marcii.

Eodem modo mandatum est preposito de Langun' de distringendo Petrum de Gaveret. Teste ut supra.

De perdonatione pro Rogero de Wyarvill'.—Rex perdonavit Rogero de Wyarvill' iij. marcas que ab eo exiguntur per sumonitionem Scaccarii pro licencia concordandi coram Roberto de Lexinton' et sociis suis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege ibidem, xvij. die Marcii.

[*The next entry on the roll is illegible, owing to the end of the membrane having been cut away.*]

[m. 10.] *De quercubus datis.*—Mandatum est Roberto de Everingeham quod faciat habere Johanni de Lexinton' xxx. quercus in foresta de Shirewud' de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne Talebot et G. fratre ejus.—Mandatum est preposito inter Duo Maria quod distringat homines abbatis de Silva quod veniant responsuri Johanni Talebot et Gerardo fratri ejus de injuriis eis per ipsos illatis. Teste rege apud Burdegalam, xvij. die Marcii.
Per Johannem de Plesseto.

De perdonatione pro Thoma de Bercleg'.—Rex perdonavit Thome de Bercleg' totum lucrum quod accrescere posset David, Judeo Oxonie, racione mutui quod eidem Thome fecit de centum marcis, ita tamen quod illas centum marcas reddat eidem Judeo. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum de lucro illo quietum esse, et cum illas centum marcas eidem Judeo persolverit, munimenta que inde habet predictus Judeus de eodem Thoma, reddi faciant. Teste rege ibidem, xviij. die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Roberto de Mucegros xx. quercus in foresta de Selewude ad maeremium ad se hospitandum apud Karleton' de dono regis ; et quod permittat quod idem Robertus totum maeremium quod poterit perquirere in balliva ipsius Ricardi, de dono vel de empto, sine occasione chemini cariari faciat ad terram suam predictam. Teste rege ibidem, xix. die Marcii.

De consuetudine vinorum reddenda.—Mandatum est Vigerus' del[1] Laide quod consuetudinem quam cepit de vinis regis[2] latori litterarum domini regis reddat ; alioquin rex manum mittet ad bona sua mobilia et inmobilia. Teste ut supra.

[1] The letters 'la H' are here crossed out.
[2] Substituted for 'predictis.'

1243.

De perdonatione pro Simone de Ver.—Rex perdonavit Simoni de Ver quinquaginta marcas de debitis que idem Simon debet Aaron de Eboraco, Judeo. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de predictis l. marcis ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Burdegalam, xxiiij. die Marcii.

Pro Rogero de Mubray.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod non permittant Rogerum de Mubray distringi ad reddendum ad Scaccarium debita que regi debet ad alios terminos quam ad terminos ei a rege concessos, ita quod terminos ipsos sine precepto regis non faciant abreviari ; nec ipsum Rogerum distringi permittant ad arma capienda, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Ut Reimundus Elye ducatur ad dominum regem.—Quia non expediret ad securitatem ville Sancti Emiliani quod Reimundus Elie ita solutus sit a custodia quin dominus rex de corpore suo sit securus, mandatum est maiori de Sancto Emiliano quod ipsum arestari et ad regem usque Burdegalam mitti faciat. Dominus eciam rex habebit consilium de consuetudine de qua idem maior regi significavit quod bene prospicietur indempnitati ville predicte. Teste rege apud Burdegalam, xxvij. die Marcii.

De perdonatione pro Willelmo de Gaugi.—Rex perdonavit Willelmo de Gaugi viij.[1] libras quas regi debet de debitis Willelmi de Gaugi, avunculi sui, et que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii. Et mandatum est barronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere abbati Glaston' v. quercus in parco de Periton' et x. quercus in bosco de Selewud', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Thoma de Bekering'.—Mandatum est Bertramo de Cryoyl et Jeremie de Kaxton'[2] quod Thome de Bekering' faciant habere plenam seisinam de octo acris terre et uno mesuagio cum pertinentiis in Pagham et in Newtimbr' de elemosina archiepiscopatus Cantuariensis constituta, que rex prius ei dedit, licet antea litteras regis inde non habuit. Teste rege apud Burdegalam, xxix. die Marcii.

Et habet inde litteras patentes.

Pro Hugone de Vivon'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod Hugoni de Vivon' observari faciant formam litterarum regis quibus rex ei concessit comitatus Sumers' et Dors' custodiendos, ita quod contra formam predictam eum de predictis comitatibus gravari non permittant. Et si coram eis casus vel articuli emerserint de novo de custodia predictorum comitatuum, eos in respectum ponant usque ad adventum regis in Angliam. Teste ut supra.

[1] Substituted for 'x.'
[2] The words 'et Jeremie de Kaxton'' are interlined.

1243.

De perdonatione pro Warino filio Geroldi.—Rex perdonavit Warino filio Geroldi misericordiam in quam incidit coram justiciariis de Banco de quodam placito prohibitionis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predicta misericordia quietum esse faciant. Teste ut supra.

De quadam nave vendenda.—Mandatum est Eudoni custodi de Oleron' quod vendat navem illam de Rupella quam Ricardus Bauzan cepit, et si Petrus Marchaunt de castro de Oleron' navem illam emere voluerit pro eodem precio pro quo melius vendi poterit, tunc navem illam ei libencius quam alii habere permittat. Teste ut supra.

Hybernia. Patentes erant.—Rex Mauricio filio Geroldi, justiciario Hybernie salutem. Monstravit nobis Willelmus de Rupe quod cum assisam mortis antecessoris arramiasset versus Tankard de Rupe et alios coram Walerano de Wellesleg' et sociis suis, justiciariis nostris itinerantibus, apud Cork de tenemento in Ochilardith' et quibusdam aliis villis vicinis,[1] et ipse Tankard et alii adversarii ipsius Willelmi se essoniassent, iidem justiciarii essoniatoribus eorum diem prefixerunt ibidem ad primam assisam cum iterum contingeret justiciarios nostros illuc venire ; et quia hujusmodi dilatio evidenter dampnosa est eidem Willelmo et contra rationem, eo quod hujusmodi assise maturari debent quantum de jure poterunt, ne forte per mortem alicujus parcium vel alium casum qui humana non poterit diligencia provideri, petens qui jus suum prosequitur a brevi mortis antecessoris cadat, et tantum recursum habeat ad breve de recto, vobis mandamus quod in itinere eorundem justiciariorum vel loco competenti, eciam si finitum sit iter eorum, racionabili die partibus prefixo, assisam illam capi faciatis secundum quod ratio et justicia exegerit, exclusis cujuslibet favore et injuria ; in similibus assisis inter alios eodem modo procedentes, ne brevia mortis antecessoris que ex magna consideratione fuerunt et pro communi utilitate inventa, gratia vel favore aliquorum usu suo destituantur. Teste ut supra.

De perdonatione pro J. de Lexinton'.—Rex perdonavit Johanni de Lexinton' x. marcas quas debuit Leoni, Judeo de Eboraco. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod eidem Leoni allocari faciant predictas x. marcas in debito quod regi debit, et ipsum Johannem de predictis x. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Burdegalam, j. die Aprilis.

Rex perdonavit Johanni de Lexinton' viginti et quinque libras et unam marcam quas regi debuit pro debitis Johannis filii et heredis Johannis Coleman, qui est in custodia sua, et unde reddere debuit per annum xl. solidos ad Scaccarium, et mandatum est barronibus de Scaccario quod eundem Johannem de Lexinton' et prefatum Johannem heredem Johannis Coleman de predictis xxv. libris et una marca quietum (*sic*) esse faciant. Teste ut supra.

Pro Baldewino de Akeny.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod faciant habere Baldewino de Akeny munimenta que Abraham de Berkhamsted' habet occasione xviij. marcarum

[1] The words 'de tenemento . . . vicinis' are interlined.

1243.

que idem B. eidem Judeo debuit, et quas rex eidem B. perdonavit ; ne debeat iteratus clamor inde ad regem pervenire. Teste rege apud Burdegalam, iij. die Aprilis.

Pro quadam camera lambruscanda.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod lambruscari faciat cameram illam in qua Scaccarium residere consuevit, et cameram privatam ejusdem camere, et eciam cameram in qua garderoba regis est,[1] de plana lambruschura sine aliquo alio ornatu aut depictura ; ita quod dominus rex cameras illas[2] in adventu suo sic inveniat paratam (*sic*). Teste ut supra.

De perdonatione pro Galfrido le Pipere.—Rex perdonavit Galfrido le Pipere v. solidos ad quos nuper talliatus erat. Et mandatum est maiori Sutht' quod ipsum inde quietum esse permittat. Teste ut supra.

De perdonatione pro Thoma de Gresl'.—Rex perdonavit Thome Gresl' c. marcas quas mutuo recepit de thesauro regis[3] ad transfretationem suam in veniendo ad servicium regis, et x. libras ad quas amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Oxonie pro disseisina. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis cxv. marcis ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Burdegalam, iiij. die Aprilis.

De perdonatione pro Alano la Zuche.—Rex perdonavit Alano la Zuche cx. marcas de debito quod regi debet ad Scaccarium de debitis patris sui. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis cx. marcis ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Ne decetero gwerra moveatur per Ricardum Bauzan.—Mandatum est Ricardo Bauzan quod decetero a guerra alicui movenda desistat ex toto et ad regem veniat, quia oporteret dominum regem omnia dampna et mala que decetero fecerit, eadem dampna sustinentibus restituere. Teste ut supra.

Ut magister Milicie Templi in Anglia Anglia non exeat.—Mandatum est B. de Cryoyl quod ex parte regis prohibeat omnibus ballivis de Quinque Portubus ne permittant magistrum Milicie Templi in Anglia transfretare, donec summus magister Milicie Templi Jerusalem, qui predictum magistrum vocari fecit, quod in Terram Sanctam proficiscatur, cui dominus rex super hoc scripsit, voluntatem suam revocaverit. Teste rege apud Burdegalam, vj. die Aprilis.

De pictura ymaginum et aliis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod diademata et coronas ymaginum Beatorum Edwardi et Edmundi, coronam pendentem ultra ymaginem Beati Edwardi, claves ymaginis Beati Petri et gladium ymaginis Beati Pauli bene deaurari faciat ; et quod perquirat ad opus regis iij. casulas meliores et ditiores quas poterit, et ij. capas sericas breudatas, ita quod rex

---

[1] The words 'et cameram privatum . . . regis est' are interlined.
[2] Altered from 'cameram illam.'
[3] Substituted for 'nostro.'

1243. eas promptas habeat in adventu suo. Depingi eciam faciat duos leones magnos facie ad faciem in gabulo occidentali camere regis Westmonasterii. Teste ut supra.

Ut guerra per portus maris prohibeatur.—Cum inita sit treuga inter dominum regem et regem Francie, mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod clamari et prohiberi faciant per omnes portus maris quod nullus decetero alicui de potestate regis Francie vel alii per mare dampnum faciat aut gravamen, et quod non permittant quod mercatores venientes in terram regis aut inde recedentes super rebus et mercandisis suis impediantur. Teste ut supra.

De credencia.—Henricus de Wingeham habet litteras de credencia directas comiti Ricardo et maiori et probis hominibus Lond'. Teste ut supra.

De perdonatione pro Jacobo Hoese.—Rex perdonavit Jacobo Hoese xv. marcas et dimidiam quas regi debet de debitis Henrici patris sui. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Burdegalam, x. die Aprilis.

De perdonatione pro Warino filio Geroldi.—Rex perdonavit Warino filio Geroldi xx. marcas de debitis que idem Warinus debet Abrahe filio Aaron,[1] Judeo Lond'. Et mandatum est[2] justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

[m. 9.] *De picturis faciendis.*—Mandatum est custodibus operationum de Windles' quod in capella regis depingi faciant Vetus Testamentum et Novum, et quod claustrum regis ibidem lambruscari faciant. Teste ut supra.

De perdonatione pro Henrico Engaine.—Rex perdonavit Henrico Engayne xxx. marcas de fine quem Vitalis Engaine pater suus fecit cum rege pro debitis que Clemencia de Saukevill' regi debuit de terra de Ho, quam idem Henricus habet de dono predicti Vitalis patris sui. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eundem Henricum et predictum Vitalem[3] de predictis xxx. marcis quietum (*sic*) esse faciant. Teste rege apud Burdegalam, ix. die Aprilis.

Pro Rogero de Pavely.—Rex concessit Rogero de Pavely terram illam cum pertinentiis in Nortwaud' que fuit Reginaldi de Pavily, fratris sui, in recompensationem xx. libratarum terre quas rex ei concessit de dote matris sue post mortem ejusdem matris sue, si tantum valeat. Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod eidem Rogero de predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere faciant, et fieri faciant extentam rationabilem quantum predicta terra valeat per annum, et de valore ejus regi certificent. Teste ut supra.

1 Substituted for 'Aaron filio Abrahe.'
2 The word 'baronibus' is here cancelled.
3 The words 'eundem . . . Vitalem' are interlined, and 'eum' is cancelled.

1243.

De perdonatione pro Thoma de Muleton'.—Rex perdonavit Thome de Muleton' xxvij. libras quas debet Salomoni[1] le Evesk et Elie le Blund, Judeis, et xx. libras quas debet Aaron le Blund. Rex eciam perdonavit[2] eidem Thome de xlv. marcis quas debet Leoni de Eboraco, Judeo, xxix. marcas et dimidiam. Et dominus rex concessit eidem quod de residuis xv. marcis et dimidia habeat respectum usque ad festum Sancti Martini anno etc. xxviij. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de predictis xxvij. libris, xx. libris, xxix. marcis et dimidia ipsum Thomam quietum esse, et de residuis xv. marcis et dimidia respectum illum ei habere, et munimenta que predicti Samuel (*sic*), Helias, Aaron et Samuel (*sic*) habent a predicto Thoma, ei sine dilatione habere faciant. Teste rege apud Burdegalam, xij. die Aprilis. Summa ipsius perdonationis in universo c. marce.

Littere directe hominibus de Regula, de Sancto Makario, de Langun.—Mandatum est probis hominibus de Regula, de Sancto Makario et de Langun quod non veniant vel aliquem de suis venire permittant usque Burdegalam ad succursum faciendum alicui de civibus Burdegale contentionem habenti contra alium in eadem villa ; quia, si id facerent, dominus rex graviter se ad eos caperet. Teste ut supra.

Pro Herberto filio Mathei.—Rex concessit Herberto filio Mathei quod ipse et heredes sui imperpetuum[3] libere et sine impedimento fugare possint et capere in omnibus forestis regis[4] in comitatibus Sutht', Wilt', Dors', Sumers', Norhampt' et Oxonie leporem, wlpem, lupum et catum, exceptis dominicis warennis regis. Et mandatum est Gilberto de Segrave, justiciario foreste, quod libertatem illam in singulis comitatibus predictis eidem Herberto habere permittat. Teste rege apud Burdegalam, xv. die Aprilis.

De mensuris inveniendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod inveniri faciat xv. mensuras circa feretrum Beati Edwardi usque ad adventum regis in Angliam. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est camerariis regis Lond' quod faciant habere[5] Rogero de Ros unum dolium vini de dono regis. Teste ut supra.

De perdonatione pro R. de Cantuaria.—Rex perdonavit Roberto de Cantuaria xxx. libras quas recepit de exitu cambii Cantuarie per manum Willelmi Hardel, custodi (*sic*) ejusdem cambii, de prestito regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Robertum de predictis xxx. libris quietum esse faciant, et eas predicto Willelmo in exitu cambii predicti allocari faciant. Teste rege apud Burdegalam, xviij. die Aprilis.

---

[1] Substituted for 'Samueli.'
[2] The words 'Rex eciam perdonavit' are interlined, and 'et Samueli filio ejus. Perdonavimus eciam' are cancelled.
[3] The word 'habeant' is cancelled.
[4] Substituted for 'nostris.'
[5] The words 'Reg' Lond'' are here cancelled.

1243.

De perdonatione pro Johanne de Balun.—Rex perdonavit Johanni de Balun xxv. marcas de debitis que debet Mokke filio Hamonis, Judeo Hereford'. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est J. de Munemuth' quod faciat habere abbati de loco Sancti Edwardi viij. quercus in Nova Foresta de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Galfrido de Lucy quod faciat habere eidem abbati vij. quercus in foresta de la Bere de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de loco Sancti Edwardi et pro conversis London'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod distringant executores testamenti P. quondam Wintoniensis episcopi ad reddendum regi c. libras quas regi debent de arreragiis debitorum ejusdem episcopi de quibus, ex quo solute fuerint, faciant habere abbati de loco Sancti Edwardi l. marcas ad fabricam ecclesie sue dono regis ; residuas eciam c. marcas liberari faciant W. de Haverhull' et Edwardo filio Odonis ad terras emendas ad opus conversorum London' ad sustentationem eorundem. Teste rege ibidem, xx. die Aprilis.

Et mandatum est predictis Willelmo et Edwardo quod denarios illos ab eis recipiant, et terras ad opus predictorum conversorum emant, ita quod terre predicte empte fuerint citra instans festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste. Teste ut supra.

De perdonatione pro Georgio Diffuble.—Rex perdonavit Georgio Deffuble xij. marcas quas debet Bonefei, Judeo Bristoll', de fine quem fecit cum eo per xxiiij. marcas de omnibus debitis que eidem Judeo debuit, et dominus rex vult quod quietus sit a pena quam commisit versus ipsum Judeum, non observando terminos suos. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum de predictis xij. marcis et a pena predicta quietum esse, et munimenta sua que idem Judeus inde habet, ei reddi faciant. Teste rege apud Burdegalam, xxij. die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est Gilberto de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Herberto filio Mathei x. quercus in foresta de Melkesham, et x. quercus in foresta de Chipenham de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Nicholao de Molis iiij. quercus in foresta de la Wesse de dono regis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est camerariis regis Lond' quod faciant habere magistro Milicie Templi in Anglia ij. dolia vini ad capitulum suum celebrandum de dono regis, et fratri Johanni elemosinario unum dolium vini de dono regis. Teste rege.[1]

De perdonatione pro Galfrido de Bakepuz.—Rex perdonavit Galfrido de Bakepuz x. marcas quas debet Mosseo filio David et Annoto fratri ejus, Judeis de Notingeham, de fine quem fecit cum ipsis de

[1] Unfinished.

1243.

debitis que debuit David patri ipsorum. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum inde quietum esse faciant; et cum de residuo ejusdem finis eis satisfecerit, munimenta que iidem Judei ab eo habent, ei reddi faciant. Teste rege apud Burdegalam, xxiiij. die Aprilis.

Hybernia.—Mandatum est justiciario Hybernie et G. de Turvill', thesaurario Hybernie, quod sub quanta poterint festinatione, regi mittant in Wasconiam omnes denarios quos mittere poterint, ita quod rex ad minus habeat[1] iij. milia marcarum, et de perquisitis regis fieri faciant in castro Dublun' unam aulam continentem sexcies xx. pedes in longitudine et quater xx. in latitudine, et cum fenestris et verinis ad modum aule Cant' quam satis viderunt, et fieri faciant in gabulo ultra deisium unam fenestram rotundam xxx. pedes in qualibet parte rotunditatis continentem. Depingi eciam faciant ultra idem deisium regem et reginam sedentes cum barnagio suo. Fieri eciam faciant ad introitum ejusdem aule magnum portallum, ita quod dominus rex aulam illam ex toto factam in adventu suo inveniat. Teste ut supra.

Mandatum est eidem justiciario quod de terris que fuerunt Hugonis de Lacy in Ultonia et sunt in manu regis, habere faciat Emeline que fuit uxor predicti Hugonis xl. libratas terre, tenendas de gratia regis,[2] donec rex aliud inde providerit. Teste rege apud Burdegalam, xxv. die Aprilis.

Mandatum est justiciario Hybernie et Waltero de Godarvill' quod capiant in manum regis manerium de Nober, quod est de terris que fuerunt Hugonis de Lacy, quondam comitis Ultonie, et illud salvo custodiant donec dominus rex certificetur de conventionibus factis inter dominum regem et ipsum comitem de eodem manerio et de aliis terris que fuerunt predicti comitis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Mares.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod Roberto de Mares faciant habere x. libratas terre de primis exkaetis regis, quamcito acciderint. Teste rege apud Vasatum, xxviij. die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod faciant habere Johanni Maunsel xxx. quercus ad maeremium in bosco de Suthmalling' de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Stopham.—Mandatum est Nicholao de Molis quod faciat habere Roberto de Stopham totam avenam, quam seminare fecit in terra de Alvreton' anno etc. xxvj., dum fuit custos terrarum que fuerunt J. quondam comitis Linc'. Et rex in exitibus terrarum predictarum avenam illam ei allocari faciet. Teste rege apud Vasatum, xxix. die Aprilis.

Pro Willelmo de Senevill'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod faciant habere Willelmo de Senevill'

[1] Substituted for 'habeant.'
[2] Substituted for 'nostra.'

1243.

respectum de debitis que debet Judeis, usque ad adventum regis in Angliam, ita quod interim non currant usure. Teste ut supra.

De xl. libris Burdegalensibus mutuandis.—Mandatum est Roberto de Mucegros quod mutuo accipiat ab aliquo xl. libras Burdegalenses, solvendas de garderoba nostra,[1] usque ad adventum regis, ad marrandum[2] centum targias et centum lanceas quas Hugo le Porter fieri facit ad opus regis apud Burdegalam. Teste rege apud Vasatum, j. die Maii.

[m. 8.] *De operibus faciendis.*—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod fieri faciant in mota de Windles' unam cisternam quo (*sic*) totam pluviam cadentem super eandem motam circumquaque recipiat, et elargari[3] faciant fossata circa castrum illud quantum domus ville exterius sive earum ruina permittant, et quod fieri faciant in eodem castro operationes quas viderint necessarias ad defensionem ejusdem castri, usque ad summam cc. librarum vel cccc. marcarum, et pecuniam illam de mutuo perquirant, si necesse habuerint. Teste ut supra.

Mandatum est eisdem quod fieri faciant unam capellam parvuam (*sic*) et decentem juxta cameram domini regis Suthampton', et apenticium inter ipsam cameram et cameram regine emendari faciant, et quod fieri faciant unam capellam magnam de plastro in castro regis Hertford.' Teste ut supra.

Mandatum est W. de Cantilupo quod mutuo accipiat a quocumque poterit, denarios usque ad summam c. librarum vel cc. marcarum ad perficiendam rotundam turellam ceptam in mota de Notingeham, ita quod in ea duo sint estagia cum eo quod nunc factum est, et due camere, scilicet utraque cum camino ; et fieri faciat gradus ligneos quibus eatur ad aluras muri mote conpetenter, quia dominus rex vult quod nullam pretendat excusationem quin omnia ista perficiantur citra festum Sancti Michaelis. Et cum dominus rex sciverit custum omnium predictorum, illud ei reddi faciat. Teste rege apud Sanctum Severum, iiij. die Maii.

Pro monachis Evesh'.—Quia dominus rex audivit quod Radulfus de Ayrel equos qui fuerunt in abbacia Evesham', audita morte abbatis Evesham', abduxit et alia bona ejusdem abbacie, scilicet carnes et vina, pro sue voluntatis arbitrio dissipavit et in usus suos proprios convertit, mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod si predictus Radulfus talia perpetraverit, sufficientes ab eo capiant emendas ; et insuper si idem Radulfus non fuerit idoneus ad custodiam ejusdem abbacie et fidelis, statim eum amoveri faciant, et alium loco ejus subrogari, ne diucius grassandi in rebus ejusdem abbacie, quarum custodia ad regem pertinet, ei facultas tribuatur. Domos eciam ejusdem abbacie sustentari faciant ne decidant vel discooperiantur, dum fuerint in custodia regis.

---

[1] The words 'solvendas . . . nostra' are interlined.
[2] Substituted for 'acquietandum.'
[3] Substituted for 'elongari.'

1243.

Pro Henrico de Neketon'.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod allocari faciant Henrico de Neketon' in arreragiis compoti sui de tempore quo fuit excaetor regis, xl. marcas quas rex ei dedit pro eodem servicio suo. Teste rege apud Sanctum Severum, vj. die Maii.

De compoto recipiendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod conpotum capiant a custodibus operationum castri Bristoll' et castri Glouc', et recepto conpoto illorum eis allocent quod de jure fuerit allocandum. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni Maunsel quod de focagio Wasconie faciat habere Magistro Hugoni carpentario denarios ad perficiendum castrum ligneum quod ceptum est inter Duo Maria, ita quod per visum et testimonium aliquorum fidelium denarii illi expendantur. Teste rege apud Sanctum Severum, ix. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Ricardo de Clifford' x. quercus in foresta de Den' de dono regis, ubi ad majus commodum predicti Ricardi et ad minus nocumentum ejusdem foreste capi possint. Teste ut supra.

Hybernia. Pro abbate de Sancto Severo.—Mandatum est justiciario Hybernie et G. de Turvill', thesaurario Hybernie, quod faciant habere sine dilatione nuncio abbatis et conventus Sancti Severi litteras regis deferenti xl. libras ad fabricam ecclesie sue de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia eas habuit ad Scaccarium Anglie.*

Pro burgensibus Elye de Brigerak.—Mandatum est maiori et juratis Burdegale quod consuetudinem quam exigunt a burgensibus Elye de Brigerak, in respectum ponant donec aliud a rege habuerint mandatum, et quod ab eisdem ceperunt, postquam inde rex cum eis loquebatur, in manu sua retineant usque ád adventum regis.

Pro abbate de Sancto Severo.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod fieri faciat unam casulam de bono samitro rubeo cum largo aurifragio, et eam ex parte regis habere faciat nuncio abbatis et monachorum de Sancto Severo ad opus eorundem de dono regis. Et cum rex sciverit custum, breve de Liberate ei inde faciet habere. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod faciant habere Roberto de Cant' juniori cui rex contulit ecclesiam de Lamheth' x. quercus[1] in bosco de Cruenden' ad turrim ejusdem ecclesie reedificandam de dono regis. Teste rege apud Aquis, xiiij. die Maii.

De frumento et baconibus datis.—Mandatum est Rogero de Aswell' quod de instauro regis quod habet Burdegale, faciat habere Edeline uxori Elie de Bleinak xl. quarteria frumenti et xx. bacones, de dono regis. Teste rege apud Aquis, xvij. die Maii.

[1] Substituted for 'fusta.'

1243.

De damis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Ricardo de Clifford' iiij. damos vivos et viij. damas vivas in foresta de Den' de dono regis. Teste rege apud Baionam, xxij. die Maii.

Pro Willelmo de Marisco.—Quia Herbertus filius Mathei, senescallus Wasconie, manucepit coram rege quod Willelmus de Marisco veniet coram rege in curia sua et stabit recto de omnibus que rex versus eum loqui voluerit,[1] mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod de omnibus terris et tenementis, de quibus idem Willelmus seisitus fuit quando rex per preceptum suum fecit eum disseisiri, plenam seisinam ei sine dilatione habere faciant, excepta insula de Lunday quam rex in manu sua wlt (*sic*) retineri. Teste rege apud Burdegalam, j. die Junii.

Eodem modo scribitur M. filio Geroldi, justiciario Hybernie usque ad illam ultimam clausulam excepta insula etc.

Pro Amaurico de Plesset'.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo quod provideat Amaurico de Pless' secundum continenciam litterarum regis de provisione ei concessarum, eo non obstante quod mandatum erat eidem archiepiscopo quod prius provideret clericis in partibus transmarinis cum rege existentibus, quam aliis quibus provisiones similiter fuerunt concesse. Teste ut supra.

De grisio opere et aliis ad opus regis arestandis.—Rex custodibus[2] nundinarum Sancti Botulfi salutem. Mittimus ad predictas nundinas Johannem le Flemeng', ad arestandum ibidem ad opus nostrum xxv. milia de grisio opere et xv. milia de cuniculis et xv. milia cere et de pannis, tam laneis quam lineis, et rebus aliis si quas invenerit ad opus nostrum necessariis, donec Rogerus de Ros, scissor noster, quem illuc missuri sumus, ad nundinas illas venerit ad omnia predicta apprecianda, et ad opus nostrum plenius retinenda, vobis precipientes quod eidem Johanni le Flemeng' ad predictum negocium nostrum exequendum consulentes sitis et auxiliantes, ita quod inde vos possimus merito commendare. Test rege apud Burdegalam, iij. die Junii.

Eodem modo scribitur cutodibus nundinarum de Lenn'. Teste ut supra.

Pro Stephano de Holewell'.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo quod Stephano de Holewell', nepoti Roberti Passelewe, provideat quamcito se facultas optulerit, in beneficio ecclesiastico spectans (*sic*) ad donationem regis secundum tenorem litterarum suarum de provisione, non obstante revocatione ei facta de beneficiis conferendis, quia rex vult quod inter primos quibus provisiones rex concessit, ei precipue provideatur. Teste ut supra.

Mandatum est custodi insularum de Ger' et de Gern' quod terram que fuit Juliane filie Willelmi Godeland in Gernere, et que capta fuit in manum regis eo quod eadem Juliana moram aliquandiu fecit in Normannia, eidem Juliane plenarie restitutui faciat. Teste ut supra.

---

1 The word 'et' is here cancelled.
2 Altered from 'custodi.'

1243.

De perdonatione pro Nicholao de Saunford'.—Quia rex perdonavit Nicholao de Saunford' x. marcas de lucro ad quas tenebatur Aaron filio Abrahe et Diaye[1] genero Elie le Evesk pro xx. marcis quas mutuavit ab eisdem Judeis, simul et totum lucrum quod eis accrescere posset ratione mutui predicti, mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod solutis tantum xx. marcis ipsum Nicholaum quietum esse faciant, et munimenta sua simul et munimenta Gilberti de Saunford' fratris sui eis reddi faciant. Teste rege apud Burdegalam, iiij. die Junii.

Pro Philippo Basset.—Mandatum est vicecomiti Suff'[2] quod faciat habere Philippo Basset blada seminata in terra de Keresye, cum fenis ad eandem terram pertinentibus, de dono regis, et quod non permittat quod aliquid ei de eisdem subtrahatur. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo. Teste ut supra.

Pro Hugone de Anselvill'.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo et Karleolensi episcopo quod, non obstantibus aliquibus litteris revocatoriis quod nulli clerico providerent antequam esset provisum clericis regi assistentibus in partibus transmarinis, Hugoni de Anselvill', nepoti Theobaldi de Englechevill', provideant secundum tenorem litterarum suarum, cum oportunitas se optulerit. Teste rege apud Burdegalam, vj. die Junii.

[m. 7.] *Littere petitionis.*—Rex rogavit Hardwinum de Maylly, senescallum Pictavie, quod reddi faciat ad opus regis lv. libras et xiij. solidos Turonenses de arreragiis reddituum hominum de insula de Re, qui regi debentur de tempore quo insula predicta fuit in manu regis, et pro quibus Franco de Bren' cepit vadia dum habuit custodiam insule predicte, et liberavit Willelmo Bassener, ballivo de Talemundeis, quando rex reddidit insulam Amabili que fuit uxor Savarici de Malo Leone, coram hominibus ejusdem insule. Teste ut supra.

Et mandatum est predicte Amabili quod pecuniam illam redat (*sic*) latori litterarum domini regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Lexynton'.—Rex concessit Johanni de Lexinton' scutagium de feodis militum que tenet de rege in capite, et similiter concessit ei de dono suo scutagium de feodis militum que tenet de aliis, de quibus scutagium regi debetur, videlicet de scuto xl. solidos pro excercitu, etc. Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et Willelmo de Cantilupo quod ex quo certificati fuerint quibus comitibus scribi debeat pro scutagio predicto, et quibus expedit habere litteras regis de quietancia scutagii quod eidem Johanni rex dedit, et de aliis qui de rege tenent, litteras ei fieri faciant quales eidem J. et aliis viderint expedire ; et si quid ex eo captum fuerit, id eidem J. reddi faciant. Teste rege apud Burdegalam, vij. die Junii.

---

[1] Interlined and 'Samueli' cancelled.
[2] Substituted for 'Suthampt'.'

1243.

Pro Waltero de Tremblay.—Quia constat regi per inquisitionem quod Willelmus de Sumervill' tenuit terram in Secroft' de J. de Lacy, quondam comite Linc', per servicium feodi unius militis, et quod Walterus de Tremblay, consanguineus predicti Willelmi,[1] propinquior heres ejus est, mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod accepta securitate ab eodem Waltero de relevio suo de omnibus terris et tenementis que fuerint (*sic*) predicti Willelmi, et de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, eidem Waltero plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Burdegalam, viij. die Junii.

Et habet unum breve directum soli archiepiscopo. Teste ut supra.

Pro Hamone Passelewe.—Rex concessit Hamoni Passelewe comitatus Norf' et Suff' a tempore quo eos recepit, tenendas per eandem firmam, quamdiu regi placuerit, per quam eos tenuit Johannes de Ulecot'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic irrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro Elya de Chanis' et Stephano Gote.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis,[2] et camerariis quod absque omni difficultate reddant Elye de Chanis' et Stephano Gote dcc. marcas, quia dominus rex impignoravit pro pecunia illa quedam jocalia m. marcas et amplius valencia, et recipiant ab eisdem Elya et Stephano litteras suas patentes quod pecuniam illam receperunt, et eas per latorem litterarum domini regis regi mittant, quia tediosum esset regi, nisi jocalia illa haberet ante recessum suum a partibus Wasconie. Teste rege apud Burdegalam, xj. die Junii.

Pro Michaele de Fedles.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo quod Michaeli de Fedles provideat in aliqua ecclesia que spectat ad donationem regis, non obstante mandato regis quod rex ei fecit ut prius provideretur clericis cum rege in partibus transmarinis morantibus quam aliis quibus littere de provisione fuerunt concesse. Teste rege ibidem, xv. die Junii.

De iterata licencia eligendi.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod si Agnes de la Ferrere et Constancia Saunzaver cedere velint electionibus de eis factis in abbatissas Sancti Edwardi, et renunciare ipsi juri, tunc licenciam prebeant conventui Sancti Edwardi iterum procedendi ad electionem.

Pro Engelardo de Cygony.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod annuum feodum Engelardi de Cygony, quod percipere consuevit ad Scaccarium, decetero ei habere faciat ad eosdem terminos ad quos rex illud ei concessit percipiendum, simul cum arreragiis ei debita (*sic*). Teste rege apud Burdegalam, xv. die Junii.

De perdonatione pro Roberto Passelew.—Rex perdonavit Roberto Passelewe ccc. marcas quas regi debet de fine quem fecit cum rege

---

1 Substituted for 'Walteri.'
2 Substituted for 'suo.'

1243.

pro habenda gratia et bona voluntate regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Robertum de predictis ccc. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Thoma Gresleg'.—Rex concessit Thome Gresleg' quod a tempore quo primo venit ad servicium regis ad partes transmarinas, et eciam quamdiu stabit in servicio regis in partibus predictis, quietus sit de warda quam debet castro Lanc'. Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod ipsum Thomam de warda predicta quietum esse faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Burdegalam, xviij. die Junii.

Et mandatum est vicecomiti Lancastr' quod ipsum de warda predicta quietum esse permittat. Teste ut supra.

Pro Margareta que fuit uxor H. quondam comitis Kancie.—Rex Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, salutem. Sciatis quod inspeximus tenorem cartarum donationes factas H. de Burgo, quondam comiti Kancie, et Margarete uxori ejus continencium, et ideo vobis mandamus quod de omnibus terris, maneriis, redditibus, feodis et castro de Horneby cum omnibus pertinenciis suis, de quibus predicti Hubertus et Margareta conjunctim feofati fuerunt, et de quibus predictus Hubertus fuit seisitus die qua obiit, eidem Margarete plenam seisinam habere faciatis, accepta tamen ab eadem Margareta securitate quod nichil de predictis terris, maneriis, redditibus, feodis et castro predicto dabit vel alienabit alio modo citra adventum nostrum in Angliam. Teste rege apud Burdegalam, xix. die Junii.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Westmonasterio quod faciant habere fratri Johanni elemosinario unum dolium vini de vinis regis que sunt in custodia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Rading'.—Rex concessit Willelmo de Rading' id quod ad regem pertinet per unum annum et unum diem de terris et catallis que fuerunt David Brid, qui fugit pro morte hominis. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod de omnibus terris que fuerunt ipsius David in balliva sua, plenam seisinam eidem W. vel certo nuncio suo habere faciat. Teste rege apud Burdegalam, xix. die Junii.

Pro abbate Certes'.—Rex rogavit dominum Cycestrensem, cancellarium suum, quod cartam abbatis de Certes', quam ei mittit de quodam mercato apud manerium de Bocham, eidem abbati habere faciat, et rex de denariis ei debitis pro carta predicta ei in adventu regis in Angliam responderi faciet. Teste ut supra.

Pro uxore que fuit W. de Marisco.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod uxorem Willelmi de Marisco, que in prisona regis detenta est pro felonia ipsius W., deliberari faciant. Teste rege apud Burdegalam, xx. die Junii.

1243.

De perdonatione pro Roberto de Val.—Rex perdonavit Roberto de Val xxv. marcas quas debet Aaron filio Abrahe et Aaron le Blund, Judeis Lond'. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege ibidem xxvij. die Junii.

De perdonatione pro Galfrido de Bello Campo.—Rex perdonavit Galfrido de Bello Campo xx. marcas quas debet Aaron de Eboraco, Judeo, de residuo finis quem fecit cum eo pro debitis in quibus ei tenebatur, et xx. libras quas debet Salomoni le Evesk, Judeo London', pro xx. marcis quas Ricardus de Melclegh' mutuo accepit ab eodem Judeo ad opus ipsius Galfridi. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de predictis xx. marcis et xx. libris ipsum Galfridum quietum esse, et munimenta sua que predictus Aaron ab eo habet, ei reddi, et predictas xx. marcas in debitis que regi debet, eidem Judeo allocari faciant; munimenta eciam que predictus Salomon habet a predicto Ricardo, ei reddi, et eidem Judeo solum xx. marcas quas mutuo dedit in debitis que regi debet allocari faciant, quia rex nichil inde de lucro ei vult allocari. Teste ut supra.

Pro filio N. de Molis.—Quia rex vult quod Jacobus, primogenitus filius Nicholai de Molis, nutriatur cum Edwardo filio regis, mandatum est Hugoni Giffard et Bernardo de Sabaud' quod eum recipiant, et ei cum uno vadletto, custode suo, necessaria inveniant. Teste ut supra.

Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod id fieri permittant. Teste ut supra.

De perdonatione pro Ricardo Bauzan.—Rex perdonavit Ricardo Bauzan xx. marcas quas recepit de prestito ab Eboracensi archiepiscopo, quando fuit in procinctu itineris veniendi ad partes transmarinas ad servicium regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Burdegalam, xxix. die Junii.

Pro Nicholao de Lambresard.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod si vicecomes Sutht', occasione cujusdam terre quam Gerardus de Lambresard[1] habuit de ballio regis, cepit in manum regis alias terras quas a diversis emerat et dederat Nicholao de Lambresard, cujus avunculus idem Gerardus fuit, tunc eidem Nicholao de predictis terris plenam seisinam habere faciant, retenta in manu regis solum terra quam habuit de ballio regis. Teste rege ut supra.

Pro Burdegalensi archiepiscopo.—Quia Burdegalensis archiepiscopatus (*sic*) liberavit per preceptum regis Henrico de Trublevill', tempore quo fuit senescallus Wasconie, illas d. marcas quas recepit ad Scaccarium de prestito, sicut per litteras patentes predicti Henrici liberationem predictam protestantes, quas rex inspexit, regi plenius innotuit, mandatum est thesaurario et camerariis quod illos c. quater xx. v. marcas xj. solidos et iiij. denarios, quos nuncius predicti

[1] 'Gerardus de Lambresard' is interlined.

1243.

archiepiscopi debuit recepisse ad Scaccarium Pasche per breve de Liberate, et quos hucusque ei liberare distulerunt, pro prestito predictarum d. marcarum facto predicto archiepiscopo, nuncio predicto habere faciant. Teste rege apud Burdegalam, j. die Julii.

De credencia.—Radulfus filius Nicholai et Petrus Chaceporc habent litteras de credencia clausas, directas regi Navarre. Teste rege ibidem, iij. die Julii.

De centum marcis mutuandis.—Mandatum est maiori Baione et Petro Roset quod mutuo accipiant ab aliquo c. marcas, et eas habere faciant Nicholao de Mol', senescallo Wasconie, ad quedam negocia regis expedienda, et dominus rex pecuniam illam eis reddet, quando denarii sui venient de Anglia. Teste rege ibidem, iij. die Julii.

Ne redemptio cujusdam prisonis solvatur W. de Munchanesy.—Rex Warino de Munchanesi, salutem. Quia didicimus quod prisones capti, nobis presentibus,[1] in gwerra a quocumque fidelium nostrorum de jure nobis reddi debent, et ita semper fieri consuevit temporibus predecessorum nostrorum, et eciam per considerationem curie nostre adjudicatum est sicut et prisones predictos sic et eorum redemptiones ad nos de jure pertinere, vobis mandamus ne aliquo modo illas c. marcas per quas S. de Monte Forti, comes Leic', redemit quendam prisonem quem captum detinuistis apud Xancton', ab eodem comite vel a plegiis ejusdem redemptionis exigatis. Nolumus enim ipsos, sicut et eis mandavimus, vobis teneri ad redemptionem illam solvendam, cum ad vos non pertineat. Teste ut supra.

Super eodem scribitur tam predicto comiti, principali debitori, quam comiti Marescallo et comiti Wintonie, plegiis ejusdem pecunie, ne in aliquo de redemptione predicta ei sint respondentes. Per Johannem Maunsel. Teste ut supra.

Pro Henrico de Neketon'.—Rex Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, salutem. Mittimus vobis transcriptum quarundam litterarum per quas Henricus de Neketon' dicit quod precepimus ei allocari quasdam expensas quas posuit in liberatione quorundam servientium tempore quo ipse et Magister W. le Brun habuerunt custodiam terrarum que fuerunt comitum Linc' et Warenn', et nondum sunt ei allocate, eo quod predicte littere integre non pervenerunt ad barones de Scaccario. Vobis mandamus quod in rotulo de liberate de anno etc. xxv. quem W. de Sancto Albano secum detulit in Angliam, videri faciatis si dicte littere verbo ad verbum fuerint irrotulate, que si irrotulate fuerint, consimiles litteras ei fieri, et sigillo nostro quod penes[2] vos habetis, sigillari faciatis, nisi predicte expense ei fuerint alias allocate coram baronibus predictis. Teste rege apud Burdegalam, vij. die Julii.

Pro Galfrido Esturmi.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Cum concesserimus Galfrido Esturmi quod de debitis que debuit David de Oxonia, Judeo, et Benedicto Crespin,

[1] The words 'nobis presentibus' are interlined.
[2] The word 'penes' is interlined.

1243.

reddat nobis ad Scaccarium nostrum xl. marcas per annum, donec debita predicta nobis persolverit, et sic sit idem Galfridus solutus et quietus quo ad Judeos predictos de eisdem debitis, vobis mandamus quod omnia munimenta que predicti Judei habent ab eodem Galfrido de debitis predictis, ei vel certo attornato suo, litteras nostras deferenti, sine dilatione deliberari faciatis ; et cum idem Galfridus vel certus attornatus suus coram vobis venerit ut certificetur quantum debuit in universo predictis Judeis, et quantum inde reddidit, ipsos Judeos coram vobis venire faciatis ad ipsum Galfridum vel attornatum suum inde certificandum. Teste rege ibidem, ix. die Julii.

Rex Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, salutem. Monstravit nobis Galfridus Esturmi quod non obstantibus litteris nostris de protectione, quas ei concessimus, quasdam terras suas committi fecistis Ricardo Bryan, pro debitis que idem Galfridus ei debet, ut dicitur, et inde ipsum disseisiri fecistis, postquam iter arripuit veniendi ad servicium nostrum in partes transmarinas. Et ideo vobis mandamus quod si ita est, de terris predictis ipsum vel attornatum suum, litteras nostras deferentem, resaisiri, et si quid de terris ipsis postea captum fuerit, ei reddi et ipsum de debitis ipsis pacem habere faciatis usque ad redditum nostrum in Angliam. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Molis.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod compotum Nicholai de Molis de tempore quo fuit vicecomes Eboraci, simul et custos episcopatus Dunholmensis, et terrarum que fuerunt J. de Lacy, quondam comitis Linc', ponant in respectum, donec rex redierit in Angliam. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Ely.—Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod per inspectionem rotulorum de Scaccario inquirant quantum rex concessit Radulfo de Ely ad Scaccarium de annuo feodo percipiendum, et idem feodum suum, sicut fieri consuevit, simul et id quod ei aretro est, ei reddi faciant. Teste ut supra.

De pluribus faciendis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod apud Rumes' fieri faciant unam pulcram imaginem Beate Marie magnam cum Infante suo et cum tabernaculo, quod contineat in latitudine xviij. pedes, cum pulcherrimis coronis ligneis convenientibus matri et Infanti, que ammoveri possint et reponi, et alias coronas argenteas, precii x. marcarum, cum lapidibus, deauratas, convenientes eisdem, que similiter ammoveri possint et reponi in solempnibus festivitatibus, et ipsam imaginem cum ornamentis suis cariari faciant usque Westmonasterium, liberandam ibidem abbati et monachis Westmonasteriensibus de dono regis. Fieri eciam faciant duo paria mitrarum episcopalium, duo paria sandalium, duos anulos episcopales cum saphiris et duos baculos pastorales, reponenda in capella regis et in capella regine, ita quod prompta sint in adventu regis in Angliam. Et cum rex sciverit custum predictorum, illud eis faciet allocari. Teste rege apud Burdegalam, x. die Julii. [*Cancelled.*] *Quia redditum fuit breve.*

Pro Willelmo filio Henrici.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod si constiterit ei per inquisitionem quam rex fieri fecit, quod

1243.

maritagium Dionisie filie Roberti filii Alvredi de Berton', quod rex aliquando concessit Willelmo filio Henrici, ad regem pertineat, et custodia cujusdam molendini extra Glouc', eo quod sit de tenemento quod eadem Dionisia tenere debet de rege per servicium militare, tunc predictam Dionisiam et de eodem molendino ei vel attornato suo, litteras regis deferenti, seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Alvredo de Den'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod Alvredum de Dene, senescallum prioris et conventus Sancte Trinitatis Cantuarie, non ponat vel poni permittat in assisis, juratis vel recognitionibus citra Natale Domini anno etc. xxviij., quia rex vult ipsum inde interim esse quietum ad instanciam dictorum prioris et monachorum. Teste ut supra.

De terra vel redditu emendis ad unum cereum sustentandum.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod de exitibus predicti archiepiscopatus emi faciant terram aliquam aut redditum prope Cantuariam ad sustentandum imperpetuum unum cereum ad altare Sancti Edwardi, quod rex fieri precepit in ecclesia Christi Cantuariensi, ardentem ad missas ibidem celebrandas, ita quod in adventu regis in Angliam, terram aut redditum illum emptum et ad hoc assignandum inveniat. Et cum rex sciverit custum quod ad doc apposuerint, illud eis faciet allocari. Teste rege apud Burdegalam, xj. die Julii.

[m. 6.] *Pro abbacia Evesham'.*—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod domos et edificia abbacie Evesh', culturam terrarum et vinearum sustentari faciant, ne deteriorentur per injuriam, et ecclesiam Evesh' cooperiri, et monachis honestam et consuetam sustentationem inveniri, dum abbacia predicta fuerit in custodia regis. Et quia rex didicit per relationem quorundam quod Radulfus de Ayrel minus bene se habuit in custodia ejusdem abbacie et in custodia episcopatus Londoniensis, mandatum est eisdem. quod super hoc prospiciant indempnitati regis, ejusdem abbacie et episcopatus predicti, et si super hujusmodi inveniatur culpapilis (*sic*) et suspectus, statim ab aministratione sua amoveatur, et alius loco ejus subrogetur, acceptis ab eo rationibus de tempore aministrationis sue, ne regi aliquid quod habere debeat illicite subtrahatur. Teste ut supra.

Pro comitissa Arundell'.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod comitisse Arundell', que fuit uxor H. quondam comitis Arundell', assignent cc. libratas in locis competentibus de terris que fuerunt predicti comitis, in tenanciam quousque rationabilis dos ei fuerit assignata. Teste rege apud Burdegalam, xij. die Julii.

Pro abbate Sancti Johannis Ageliacensis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de terris abbatis et conventus Sancti Johannis Angeliacensis in Wolovis et Modingam, quas Magister Petrus de Burd' tenuit ad firmam de predictis abbate et conventu, et quas occasione

1243.

mortis predicti Petri in manum regis seisivit, eidem abbati vel certo nuncio suo plenam seisinam habere faciat, et si quid de terris ipsis ea occasione cepit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Thoma de Newerk.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod si invenerint in rotulis Cancellarie qui sunt in Anglia, quod Thomas de Newerk habuerit per unum annum vel duos, scilicet quolibet anno xx. libras de dono regis ad sustentationem suam, qui est unus justiciarius ad custodiam Judeorum assignatus, tunc ei xx. libras de anno xxvij. habere faciant, et inde fieri breve de Liberate. Teste ut supra.

Pro Alano de Caudebek.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod districcionem quam rex fieri precepit de terris, redditibus et catallis Alani de Caudebek in Redmar' et Sheton' pro debitis unde debuit acquietasse Johannem de Ireby, ut dicitur, poni faciant in respectum usque ad adventum regis in Angliam. Teste rege apud Burdegalam, xiij. die Julii.

De c. marcis mutuandis.—Rex Nicholao de Mol', senescallo suo Wasconie, salutem. Sciatis quod misissemus c. marcas ad expensas vestras et gentis vobis assistentis, set in recessu presencium non habuimus nuncium per quem illas vobis secure mittere potuimus. Et ideo vobis mandamus quod denarios mutuo accipiatis a quocumque poteritis super illas c. marcas, et illas vobis mittemus in proximo. Teste rege apud Burdegalam, xv. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod faciat habere Geraldo filio Mauricii vj. damos in foresta de Wirhal', de dono regis. Teste ut supra.

Hybernia. De perdonatione.—Rex concessit[1] Geraldo filio Mauricii, Willelmo Crok et Henrico de Capella quod ipsi et homines sui de eis tenentes per servicium militare quieti sint de auxilio ad opus regis assiso in Hybernia. Et mandatum est justiciario Hybernie quod ipsos inde quietos esse faciat. Teste rege apud Burdegalam, xv. die Julii.

Rex perdonavit Henrico de la Chapele viij. marcas quas regi debet pro catallis cujusdam fugitivi. Et mandatum est eidem justiciario et thesaurario Hybernie quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Hybernia.—Mandatum est eisdem justiciario et thesaurario quod acquietent frettum navium in quibus Geraldus filius Mauricii et propria familia sua transfretaverunt ad veniendum ad servicium regis in partibus transmarinis. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti Baldewini de Ver.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod executoribus testamenti Baldewini de Ver liberam faciant habere amministrationem de omnibus bladis, averiis et aliis catallis

[1] Altered from 'perdonavit'.

1243.

que fuerunt ejusdem B. de manerio de Fithelinton' ad executionem testamenti sui perficiendam, et si quid inde subtractum fuerit, id eis reddi faciant. Teste rege apud Burdegalam, xvij. die Julii.

Pro Willelmo de Kaenes.—Mandatum est eisdem quod si per inquisitionem, quam fieri faciant, invenerint quod Willelmus de Kaenes, cujus terre custodiam habet abbatissa de Tarent' de ballio regis usque ad etatem ejusdem Willelmi, plene etatis sit, tunc seisinam terre sue ei reddi faciant. Teste ut supra.

Pro Thoma Gresl'.—Rex perdonavit Thome Gresleg' x. libras ad quas amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Oxonie pro disseisina, et rex mandavit baronibus de Scaccario quod ipsum Thomam de predictis x. libris quietum esse facerent, set quia predicte x. libre regi solute fuerunt, prout rex audivit, antequam littere regis de perdonatione ad predictos barones pervenerunt, mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod predictas x. libras eidem Thome vel certo nuncio suo sine dilatione reddi faciant, et si regi solute non sint, litteras regis de perdonatione predictis baronibus directas ei inde habere faciant. Teste ut supra.

De galieis et aliis vasis exkippandis.—Rex Drogoni de Barentin salutem. Sciatis quod in crastino assumptionis Beate Marie proposuimus naves ascendere, iter tunc versus regnum nostrum Anglie per mare arripientes, et ideo vobis mandamus quod circa festum illud nobis occurratis versus costeram Britannie cum galeis et aliis bonis vasis, quotquot habere poteritis, bene exkippatis et bona gente munitis ad nos in Angliam feliciter conducendos, ita quod nobiscum sitis, cum per costeram illam transierimus. Et nos custum quod ad hoc apposueritis, cum illud sciverimus, vobis faciemus allocari. Teste rege apud Burdegalam, xviij. die Julii.

De perdonatione pro monialibus Cestrie.—Rex perdonavit monialibus Cestrie x. marcas, quas regi debent de anno etc. xxvij. pro terra quam tenent de rege ad firmam de dominico regis Cestrie. Et mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod nullam districtionem propter hoc faciat, et si quam fecerit, eam penitus remittat, quia rex illas x. marcas in exitibus comitatus Cestrie ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti Emerici de Rupe.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod non impediant aut impediri permittant executores testamenti Emerici de Rupe, clerici, quin de bonis suis liberam possint habere amministrationem ad testamentum suum exequendum, et si quid inde distractum fuerit, id eisdem executoribus reddi faciant, nisi forte bona illa in manum regis capta fuerint pro debito aliquo quod regi debuisset. Teste rege apud Burdegalam, xxvj. die Julii.

Mandatum est eisdem quod ecclesiam de Congresbir' in qua decanus et capitulum Wellense jus sibi vendicant, in equa manu teneri

1243.

faciant, ita quod filius Petri Saraceni, clericus, cui eam contulerunt de facto, aut predicti decanus et capitulum nullam inde habeant amministrationem antequam rex in Angliam revertatur. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De ecclesia de Cler'.—Mandatum est vicecomiti Suthampton' quod non permittat quod Walterus filius Petri per vim laicam et armatam ingressum habeat in ecclesiam de Clere, quia non decet possessiones ecclesiarum violenter ocuperari (*sic*). Teste ut supra.

Pro Petro Kailou et quibusdam aliis.—Quia thesaurarius et camerarii hucusque liberare distulerunt Petro Kaylou et Arnaldo Cailou, fratri suo, Arnaldo Tuskanan et Willelmo Sicaud d. et xl. libras sterlingorum pro vinis regis venditis, mandatum est eisdem per unum breve, et Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo per aliud, quod sine ulteriori dilatione eisdem vel eorum nunciis pecuniam predictam reddi faciant, sicut continetur in litteris regis de liberate, quas predicti thesaurarius et camerarii penes se habent. Teste ut supra.

De maeremio capiendo.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod permittant (*sic*) vicecomitem Glouc' capere maeremium in foresta de Den' ad operationes camere regine in castro Glouc'. Teste ut supra.

Gernere.—Mandatum est Drogoni de Barentin quod pro alicujus voluntate de insula de Gernere non permittat quod mercatum Sancte Marie de Castro decetero teneatur alibi vel alio modo quam teneri consuevit quando primo levatum fuit ; et si fortassis de novo mutatum fuerit, ad easdem consuetudines quibus prius teneri consuevit, illud sine dilatione reduci faciat. Teste ut supra.

De pluribus faciendis per manum W. de Haverhull'.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod fieri faciat unum magnum pannum de iiij. vel v. vel eciam vj. samittis, si necesse fuerit, et alium minorem de tribus samittis, quorum alterum, videlicet majorem, rex dependi faciet in ecclesia Beati Petri Westmonasteriensi ex opposito organorum, et minorem juxta crucem ; et unum vexillum de uno bono samitto rubeo bene brudatum auro, sicut Mabilia de Sancto Edmundo illud melius sciverit providere, cum una imagine de Sancta Maria et alia de Sancto Johanne. Fieri eciam faciat c. scutellas et c. salsaria de argento ponderis conpetentis, ita quod omnia predicta prompta sint in adventu regis in Angliam. Et cum rex custum sciverit, illud faciet ei allocari. Teste ut supra.

[m. 5.] *Pro Fratribus Minoribus Burdegale.*—Mandatum est maiori et juratis commune Baione quod non impediant quominus fratres minores Burdegale abducere possint unam navatam maeremii quam prosterni fecerunt in bosco Baione ad fabricam ecclesie sue. Teste rege apud Burdegalam, xxviij. die Julii.

1243.

Pro Hugone le Engleis.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, quod, si Hugo[1] le Engleis monstrare poterit Rogerum de Ros[2] aliquid recepisse de bonis suis que depredata fuerunt in nave illa quam Henricus Picheppapp'cepit, ea ei restitui faciant; et, si similiter monstrare poterit quod alii de potestate regis de predictis mercandisis suis aliquid habuerunt, eos distringant ad ea que inde receperint, ei reddenda. Teste ut supra.

De ecclesia de Cungresbir' et aliis.—Mandatum est eisdem quod non permittant quod aliqua persona instituatur in ecclesia de Cungresbir', vel eciam quod capitulum Wellense eam ingrediatur citra adventum regis in Angliam. De misericordiis hominum capituli de Welles, mandatum est eisdem quod, inquisita veritate utrum capitulum predictum fuit hactenus in seisina pacifica misericordiarum predictarum vel non, et si invenerint quod hujusmodi seisinam inde habuerit, tunc illam seisinam eidem capitulo habere faciant; si non, tunc ipsas misericordias, sicut prius esse solent, remanere faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne de Burgo.—Mandatum est eisdem quod Johanni de Burgo, filio et heredi H. de Burgo, quondam comitis Kanc', plenam seisinam habere faciant de omnibus terris et tenementis de quibus predictus Hubertus fuit seisitus ut de feodo die qua obiit, exceptis terris illis et tenementis, de quibus Margareta, quondam uxor ejusdem Huberti, fuit feofata simul cum predicto Huberto, viro suo, et de quibus habet seisinam per preceptum regis, et omnia placita predictum Johannem tangencia in respectum poni faciant usque ad reditum regis in Angliam. Teste rege apud Burdegalam, xxx. die Julii. Per ipsum regem.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Munemuth' quod faciat habere Petro de Russell' iij. damos in Nova Foresta, de dono regis. Teste rege ibidem j. die Augusti.

De perdonatione pro Ricardo de la Rokel'.—Rex perdonavit Ricardo de la Rokel' xx. libras quas recepit ad Scaccarium de prestito. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum ese (*sic*) faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Gilberto de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Willelmo Lungesp' iiij. damis (*sic*) in forestis de Rokingh' et de Clive, de dono regis. Teste rege apud Burdegalam iiij. die Augusti.

Mandatum est eidem quod faciat habere Margerie, comitisse Penbrok' vj. damos in foresta de Brehull', de dono regis. Teste ut supra.

[In Schedule.] Justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Henrico de Neketon' quod centum et decem marcas, quas debet Leoni de Eboraco, Judeo,

[1] Substituted for 'Thomas.'
[2] 'de Ros' interlined.

1243.

de fine septies viginti marcarum quem cum eodem Judeo fecerat pro debitis in quibus ei tenebatur, de quo quidem fine terminos suos non servavit, et unde reddidit ei triginta marcas ad primum terminum, solvat eidem Judeo ad alios terminos subsequentes consimiles, quia volumus ipsum fidelem nostrum de terminis suis preteritis indempnem servare, et eciam de usuris de eisdem terminis non observatis esse quietum ; et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste me ipso apud Burdegalam, vj. die Augusti anno regni nostri xxvij.

[adhuc m. 5.] *Pro Runcino Bonacurci et aliis mercatoribus.*—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod in presencia baronum de Scaccario computari faciat cum attornato Runcini Bonacurci, Clar' de Palezoll', Runcini Simonete et Fuline Willelmi, mercatorum de Florencia, vel cum uno eorundem mercatorum, quantum scilicet posuerint in expensis attornati sui vel unius eorum in veniendo usque Lond' pro xx. marcis quas liberaverunt Bartholomei (*sic*) Pech' de prestito, quando rex eum ad dominum Imperatorem destinavit, et expensas rationabiles quas alter eorum monstrare poterit se fecisse post quindenam Pasche anno etc. xxvij. quousque predictas xx. marcas ad Scaccarium receperit, ei reddi faciat. Et cum rex sciverit quantum ei habere fecerit, breve de Liberate rex ei faciet habere. Teste rege apud Burdegalam, xj. die Augusti.

Pro hominibus Johannis de Burgo de Erleg'.—Mandatum est Gilberto de Sedgrave, justiciario foreste, quod demandam quam facit hominibus Johannis de Burgo de Erleg' pro expeditatione canum, ponat in respectum usque adventum regis in Angliam. Teste ut supra.

Littere directe W. Lungesp' pro negocio regis.—Mandatum est Willelmo Lungesp' quod viriliter se habeat in obsidione castri de Garro, quo capto illud muniri et salvo custodiri faciat, et statim se divertat usque Eustar' ad firmandum ibi castrum regis. Et interim rex mittet nuncios suos qui ei oretenus exponent totam intentionem regis super eo quod rex significavit de rege Navarre. Teste rege apud Burdegalam, xvj. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Gilberto de Sedgrave, justiciario foreste, quod permittat Johannem filium Galfridi capere xx. damas vivas et iiij. damos vivos in foresta de Bernewude ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De karettis faciendis et runcinis emendis in Anglia.—Mandatum est W. de Haverhull, thesaurario regis, quod per visum Ricardi Marescall' fieri faciat ad opus regis quinque longas karettas cum omnibus instrumentis et armamentis ad easdem pertinentibus. Et cum rex custum sciverit, illud ei reddi faciet. Teste rege apud Burdegalam, xviij. die Augusti.

Mandatum est custodibus nundinarum Sancti Egidii Wintonie quod acquietari faciant[1] x. bonos equos karettarios quos Ricardus

[1] The words 'acquietari faciant' are interlined and 'in eisdem nundinis emi faciant ad opus regis' are cancelled.

1243.

Marescallus emet ad opus regis in nundinis Wintonie.[1] Et cum rex precium eorum sciverit, illud eis reddi faciet. Teste ut supra.

Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, quod, si ad nundinas ipsas tempore competenti venire non possint, ipsi provideant eidem Ricardo de denariis, quibus emat eosdem carettarios. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Berking' capellano.—Mandatum est fratri Johanni, elemosinario, quod inveniri faciat in hospitali Oxonie Willelmo de Berking', capellano ceco, necessaria, ut in victu et vestito, quamdiu vixerit. Teste rege apud Burdegalam, xx. die Augusti.

De operationibus capelle regis Wind'.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo quod tam in hyeme quam in estate operari faciat, donec capella regis Windesor' perficiatur, et fieri faciat ibidem cumulum altum ligneum ad modum cumuli novi operis Lichfeld', ita quod appareat opus lapideum, cum bona lambruscura et pictura, et capellam illam plumbo cooperiri ; et iiij. imagines fieri faciat in eadem capella deauratas, et eas assideri locis quibus prius hujusmodi imagines rex poni disposuerat et unam turellam lapideam ad frontem ejusdem capelle, in qua possint suspendi iij. vel iiij. campane. Teste ut supra.

Pro Judeo.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, quod faciant habere Benedicto Crespin, Judeo Lond', respectum de omnibus debitis, tam de tallagis quam aliis, et omnibus aliis demandis ipsum contingentibus usque adventum regis in Angliam. Teste ut supra.

Pro hominibus de Regula.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod sine ulteriori dilatione liberent nuncio proborum hominum de Regula litteras regis deferenti, cccc. marcas quas rex eis liberari precepit ad clausuram ville sue de Regula per breve de Liberate, et si forte pecuniam illam promptam non habuerint, eam mutuo perquirant ad opus eorundem hominum. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Hereford'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant totam terram Radulfi de Hereford', quantum scilicet valeat in dominicis, redditibus et omnibus aliis exitibus terre, de qua quidem terra plenam seisinam ei habere faciant, et secundum valorem terre sue faciant habere eidem Radulfo racionabiles terminos de debitis, in quibus tenetur Aaron de Eboraco, Annot filio David le Lumbard de Notingeham et Mossee fratri suo, Judeis, et allocent eidem Radulfo in debitis predictis quicquid per ballivos regis vel per ipsos Judeos captum fuerit occasione debitorum predictorum. Teste rege apud Burdegalam, xxij. die Augusti. Per Johannem filium Galfridi et pro R. filio Nicholai.

Pro Gwidone de Russilun, Petro Chaceporc et Nicholao Lungesp'.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo quod non obstantibus

[1] The words 'quos . . . Wintonie' are interlined and 'et eos liberari faciant Ricardo Mareskallo' are cancelled.

1243.

aliquibus litteris quas rex prius concessit alicui clericorum suorum de provisione eis facienda, excepto Gwidone de Russilun, Petro Chaceporc et Nicholao Lungesp' provideant (*sic*) pre omnibus aliis in forma qua eis (*sic*) alias scripsit pro eisdem ; quia rex vult ipsos Petrum et Nicholaum et Gwidonem alii preferri in provisionibus predictis. Teste rege apud Burdegalam, xxiiij. die Augusti.

De maeremio capiendo.—Mandatum est forestario de Savernak quod permittat constabularium de Merleberg' capere maeremium sufficientem (*sic*) in foresta de Savernak per talliam et per visum forestariorum et viridariorum ad quandam domum ad stagium faciendum in castro de Merleberg', secundum quod rex ei injunxit. Teste rege ibidem, xxv. die Augusti.

Et mandatum est eidem constabulario quod maeremium illud ita capiat. Teste ut supra.

Pro Paulino Peyvr'.—Rex[1] Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, salutem. Sciatis quod concessimus Paulino Peyvr', cui aliquando commisimus maneria nostra de Linleg' et de Wilye ad se sustentandum, quamdiu nobis placuit, quod de maneriis illis habeat xx. libratas terre de dono nostro sibi et heredibus suis imperpetuum. Et ideo vobis mandamus quod maneria predicta extendi faciatis, quantum scilicet valeant per annum in dominicis, redditibus, villenagio et omnibus aliis exitibus terre, et ex quo de extenta inde facta certi fueritis, assignetis eidem fideli nostro manerium de Linleg' pro quanto fuerit extentum, et id quod ei defuerit de xx. libratis terre in Linleg', perficiatis ei in manerio de Wylye, ita quod plenarie habeat xx. libratas terre, et plenam ei inde seisinam habere faciatis, sicut predictum est. In eodem vero manerio de Wylye assignetis Hugoni de Botyun x. libratas terre, quas ei concessimus, et facta assignatione predicta, si quid residuum fuerit, illud in manu nostra retineatis, salvis eidem Paulino bladis et aliis rebus suis in eisdem maneriis existentibus et custo suo quod posuerit in terris illis warettandis, que non remanent in manu sua. Teste rege apud Burdegalam, xxvj. die Augusti.

Pro Hugone de Botyun.—Rex concessit Hugoni de Botiun x. libratas terre in manerio de Wylyes tenendas tota vita sua ad se sustentandum in servicio regis. Et mandatum est eisdem quod facta extenta de maneriis de Linleg' et de Wylye, et assignatis Paulino Peyvr' xx. libratis terre in eisdem secundum tenorem litterarum regis, prefato Hugoni vel certo nuncio suo, litteras regis deferenti, plenam seisinam habere faciant de predictis x. libratis terre in Wylyis, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 4.] *Hybernia. De terris Ricardi de Burgo capiendis in manum regis.*—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod capiat in manum regis castra, terras et omnia tenementa que fuerunt Ricardi de Burgo, de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, et ea salvo custodiri faciat, donec rex (*sic*) aliud inde rex preceperit, salvo

[1] Substituted for 'mandatum est,' which is cancelled.

1243.

tamen inde estoverio Egidie, que fuit uxor ejusdem Ricardi, donec rationabilis dos ei fuerit assignata. Tres eciam prius genitos liberos ipsius Ricardi mittat in Angliam. Teste rege apud Burdegalam, xxviij. die Augusti.

Pro Herefordensi episcopo.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod domos de Lamheth' liberent nuncio P. Herefordensis episcopi ad opus ejusdem episcopi, quas rex ei accomodavit ad moram ibidem faciendam. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Drumar'.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod sine dilatione liberet Reginaldo de Drumar' vel certo nuncio suo x. libras de feodo suo, et xx. marcas quas rex ei concessit pro amissione equorum suorum in servicio regis, prout brevia sua de Liberate protestantur, ne oporteat ipsum Reginaldum redeundo ad regem laboribus fatigari et expensis. Teste ut supra.

Pro pluribus hominibus religiosis.—Mandatum est eidem quod nunciis decani et capituli Sancti Seuerini Burdegale, decani et capituli Sancti Andree, et episcopi, decani et capituli Baionensium, et abbatis Sancti Severi pecuniam quam eis dedit per brevia sua de Liberate, habere faciat, ita quod pecunia illa solvatur ante adventum regis in Angliam. Teste ut supra.

De vinis reponendis apud Westmonasterium.—Mandatum est custodibus vinorum regis Lond' quod de vinis regis que sunt in custodia sua, reponi faciant in celario abbatis Westmonasteriensis ad opus B. comitisse Provincie xx. dolia vini, et in eadem abbacia in domibus in quibus abbas Evesham jacere consuevit, duo dolia vini ad opus Johannis Maunsel. Teste rege apud Burdegalam, xxix. die Augusti.

De baudekinis et aliis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod contra adventum regis arestari faciat aurum ad valenciam mille marcarum, et emi faciat xv. baudekinos auri pulcros, et tres et tres simul jungi faciat, ita quod de xv. baudekinis fiant v. panni ad oblationes regis et regine et liberorum suorum faciendas. Teste ut supra.

De quercubus[1] *datis.*—Mandatum est Walerando Teutonico quod faciat habere priori de Munemuth' x. quercus in foresta de Albo Castro de dono regis ad fabricam ecclesie sue. Teste rege apud Burdegalam, xxx. die Augusti.

De cereis et aliis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod contra adventum regis apud Westmonasterium fieri faciat tot cereos quot ad festum Sancti Edwardi solent poni in ecclesia de Westmonasterio, et ibidem ardeant in adventu regis ; et provideat quod magnum lampadarium, quod est in ecclesia predicta, tunc accendatur et ardeat. Et cum rex custum sciverit, illud ei reddi faciet. Teste ut supra.

---

1 Interlined and 'damis' cancelled.

1243.

De candelabris argenteis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod fieri faciat iiij. candelabra argentea, et poni loco illorum iiij. qui sunt circa feretrum beati Edwardi Westmonasterii. Et cum rex sciverit custum, illud reddi faciet. Teste ut supra.

De vinis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Westmonasterio quod in domo Novi Templi Lond' de vinis regis poni faciant iiij. dolia vini ad opus archiepiscopi Ebredunensis, qui in eadem domo jacebit, et in domo que fuit Briani de Insula, iiij. dolia vini ad opus episcopi de Reth', qui in eadem domo jacebit. Teste ut supra.

De bacinis argenteis faciendis.—Mandatum est Bertramo de Cryoyl quod fieri faciat iiij. bacinos argenteos, et poni locis iiij. bacinorum ligneorum cereos ferencium, qui sunt ante feretrum Sancti Thome Martiris. Et cum rex custum sciverit, illud ei reddi faciet. Teste ut supra.

De scutellis et salsariis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod fieri faciat xx. scutellas et xx. salsaria argentea simul cum c. scutellis, que rex alias fieri precepit. Et cum rex sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste rege apud Burdegalam, j. die Septembris.[1]

De capis et una casula faciendis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod fieri faciat duas [capas] et unam casulam de bono samitto rubeo cum largo aurifragio. Et cum rex sciverit custum, illud ei reddi faciet. Teste ut supra.

De uno vexillo et aliis faciendis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod fieri faciat unum vexillum masclatum de armis regis et armis comitis Provincie cum auro verberato, ita quod rex illud promptum habeat in adventu suo. Et cum rex custum sciverit, illud ei reddi faciet. Omnem eciam diligenciam quam poterit, aponat una cum W. de Haverhull', thesaurario regis, quod rex in adventu suo habeat mille marcatas auri, et eciam arestari faciat ad opus regis lapides preciosissimos tam[2] de makaus quam de aliis lapidibus pulcris et decentibus. Teste ut supra.

Hybernia. Pro Geroldo filio Mauricii.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, et G. de Turvill', archidiacono Dubliniensi et thesaurario Hybernie, quod faciant habere Geroldo filio Mauricii l. libras de dono regis. Teste rege apud Burdegalam, iij. die Septembris. [*Cancelled. Quia postea facte fuerunt patentes.*]

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Willelmo de Burgo x. bonas quercus ad maeremium cum cooperonibus et omnibus excaetis[3] in bosco de Clive extra parcum, ubi commodius et propinquius domui sue capi possint. Teste rege ibidem, v. die Septembris.

---

1 Substituted for 'Augusti.'
2 Interlined.
3 The words 'cum . . . excaetis' are interlined.

1243.

De quadam capa reparanda.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod capam que vocatur capa Otueli, bene et decenter cum largo aurifragio reparari, et unum monile in eadem capa fieri faciat, quod valeat xxx. marcas, cum quodam magno makau vel alio lapide precioso, quia rex dederat in mandatis custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod faciant ei habere xl. marcas ad operationes predictas faciendas. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Chilham et aliis.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Ostensum est nobis ex parte Ricardi de Chilham quod cum vobis daremus in mandatis quod ipsum quietum esse faceretis de c. libris quas debet Benedicto Crespin, Judeo Lond', per plevinam Alvredi de Den', Roberti de Chilham, Willelmi le Joefne et Johannis de Herst, ut dicitur, vos nondum deliberari fecistis predictis plegiis cartas suas per quas obligaverunt se eidem Judeo pro dicto Ricardo, eo quod predicti plegii debitores principales se constituerunt de debito predicto in cartis suis inde confectis, et dictus Benedictus idem debitum exigit a plegiis memoratis tanquam a debitoribus principalibus, quod quidem, si ita est, nolumus sustinere. Et ideo vobis mandamus quod diligenter inquiri faciatis si dictus Ricardus predictas c. libras mutuo recepit a dicto Benedicto, et si dicti Alvredus, Robertus, Willelmus et Johannes pro ipso se debitores principales constituerunt, et si inveneritis quod predicti plegii alia ratione non teneantur dicto Benedicto in debito predicto nisi occasione mutui quod idem frater noster fecit, non obstante aliqua obligatione fraudulenta eidem facta, tam ipsum Ricardum quam predictos plegios de predictis c. libris quietos esse, et cartas et munimenta sua, per que dicto Benedicto se obligaverunt, eis deliberari faciatis. Teste ut supra.

De damis et cervis capiendis.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, quod in foresta de Essex' l. tam damos quam cervos et in foresta de Selveston' alios l. de pinguedine capi et saliri et in larderio poni [faciant] apud Westmonasterium contra adventum regis. Teste ut supra.

De perdonatione pro Nicholao de Mol'.—Rex perdonavit Nicholao de Mol', senescallo Wasconie, cl. libras de debitis que regi debet ad Scaccarium de arreragiis corporis comitatus Eboraci de tempore quo fuit vicecomes ejusdem comitatus, et de arreragiis terrarum que fuerunt J. quondam comitis Linc' et W. quondam comitis Warenn' et episcopatus Dunholmensis de tempore quo habuit custodiam terrarum illarum et predicti episcopatus. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis cl. libris ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Burdegalam, ix. die Septembris.

De perdonatione pro Galfrido de Insula.—Rex perdonavit Galfrido de Insula xxx. marcas de fine quem fecit cum rege pro quadam transgressione de tempore quo fuit vicecomes Suthampt'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Roberto de Shyburne.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Roberti de Shyburne,

1243.

et extenta illa facta, de debito quod idem Robertus debet Bonami de Cantuaria, Judeo, rationabilem finem et rationabiles terminos secundum valorem ejusdem terre eidem Roberto habere faciant. Teste ut supra.

Pro Ada de Wigornia, capellano.—Mandatum est fratri Johanni elemosinario quod Adam de Wigornia, capellanum, in hospitali de Ospring' admittat, et victui necessaria inveniat. Teste ut supra.

De perdonatione pro Bartholomeo Pech'.—Rex perdonavit Bartholomeo Pech' xl. marcas de debitis que regi debet. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Hugone Reiler et Willelmo Reiler.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod Hugoni Reiler et Willelmo Reiler habere faciant feoda sua de termino Sancti Michaelis anno etc. xxvij., sicut ea habere consueverunt, et in rotulis de Scaccario continentur. Teste ut supra.

De perdonatione pro Willelmo Turbert.—Rex perdonavit Willelmo Turbert x. marcas de fine quem fecit cum rege pro habenda custodia terre et heredis Henrici de Tybetot. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De perdonatione pro J. de Pless'.—Rex perdonavit Johanni de Plesseto c. libras quas regi debet de terris que fuerunt Thome quondam comitis Warr', pro relevio suo. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Solak, xiiij. die Septembris.

Pro fratribus minoribus de Oleron'.—Mandatum est preposito de Oleron' quod faciat habere fratribus minoribus de Oleron' boscum ad focum suum de dono regis. Teste rege in navi, xvj. die Septembris.

Hic applicuit dominus rex apud Portes' quando recessit a Wasconia in Angliam, et continuatur iste rotulus simul et alii rotuli facti in Wasconia usque ad annum regni domini regis vicesimum octavum.

[m. 3.] *Pro Henrico filio Roberti.*—Rex cepit homagium Henrici filii et heredis Roberti filii Agnetis de terris et tenementis que idem Robertus tenuit de rege in capite in Bothelton', et relevium suum ei inde perdonavit. Et mandatum est vicecomiti Lanc' quod de omnibus terris et tenementis de quibus idem Robertus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, et que ipsum Henricum jure contingunt hereditario, plenam seisinam ei habere faciat. Teste rege apud Port', xxvij. die Septembris.

Pro Ricardo de Clar'.—Rex Ricardo de la Lade salutem. Sciatis quod cepimus homagium Ricardi de Clar', qui plene etatis est, et reddidimus ei omnes terras et tenementa que ipsum jure contingunt hereditario, et extiterunt in manu nostra, postquam idem Ricardus fuit in custodia nostra. Et ideo vobis mandamus quod de omnibus terris et tenementis predictis eidem Ricardo plenam seisinam habere faciatis. Teste rege apud Wintoniam, xxviij. die Septembris.

1243.

Pro Johanne Maunsel.—Rex vicecomiti Essex' salutem. Scias quod dederamus Johanni Maunsel in partibus transmarinis[1] custodiam terrarum que fuerunt Nicholai de Bello Campo una cum maritagio heredum predicti Nicholai antequam data esset in Anglia Matheo Bezil, habendam usque ad legitimam etatem eorundem heredum. Et ideo tibi precipimus quod non stante mandato nostro tibi prius facto de seisina inde facienda predicto Matheo, eidem Johanni de eadem custodia plenam seisinam habere facias, sicut predictum est. Teste rege apud Wintoniam, xxx. die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Kantebr', Suff.

De damis capiendis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod permittat Robertum de Mares et socios suos capere xx. damos ad opus regis in parco de Odiham. Teste ut supra.

De galiis custodiendis.—Rex Henrico Buchard', Willelmo Beufiz, Bricio le Paumer et Pagano le Paumer, salutem. Sciatis quod commisimus vobis galias nostras custodiendas, et ideo vobis mandamus quod ipsas custodiatis, et in domo nostra de la Rye ad custodiam ipsorum factam, ipsas allocari faciatis. Teste ut supra.

Pro Waltero Byset.—Mandatum est Warnero Engaine[2] quod dominicos boves regis et instaurum, si quod habuit in manerio de Ludeham, habere faciat Waltero Biset de dono regis. Teste ut supra.

De capis et casulis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod provideat quod rex in adventu suo London' promptas habeat duas casulas et duas capas pulcherinas (*sic*) ad oblationes regis, regine et liberorum suorum faciendas. Et cum rex precium sciverit, illud ei reddi faciet. Teste rege apud Wintoniam, j. die Octobris.

De pluribus faciendis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod in camera regis apud Westmonasterium iiij Ewangelistas supra leones depingi faciat bonis et decentibus coloribus, ita quod imago Sancti Johannis Ewangeliste depingatur in orientali parte camere illius, Sancti Mathei in occidentali, Sancti Luce in australi, Sancti Marci in boreali. Consimiliter Ewangelistas illos fieri faciat in camera regine et in cameris vicinis eidem camere, et eciam in camera Edwardi, ubi Scaccarium residere consuevit; fieri eciam faciat duas sellas, unam ad opus Edwardi filii regis et aliam ad opus filie regis, ita quod utraque sella fiat cum duabus sedibus, et sella filie regis fiat cum quadam pulcra sambuia, que quidem selle mittantur usque Wind', ita quod sint ibi die Jovis proximo ventura. Magnam eciam aulam regis et ceteras domos regis Westmonasterii contra adventum regis mundari faciat. Et cum rex custum sciverit, illud ei reddi faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod in bosco de Weysse faciant habere Willelmo de Alta Villa iiij. quercus ad maeremium de dono regis. Teste ut supra.

1 The words 'in partibus transmarinis' are interlined.
2 Interlined, and 'vicecomiti Notingham' cancelled.

1243.

Pro Johanne de Ely.—Rex dedit Johanni de Ely custodiam terre quam Willelmus de Luverez tenuit de rege in capite in Cuuelesfeld' usque ad legitimam etatem heredum ipsius Willelmi. Et mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod de balliva foreste de Bokholt, spectante ad predictam terram ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti Ricardi de Burgo.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod res et catalla que fuerunt Ricardi de Burgo, que nuper applicuerunt apud Bristoll', arestari faciant, donec Johannes de Burgo et alii executores testamenti sui illic venerint et ea receperint. Teste rege apud Wintoniam, ij. die Octobris.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi terrarum que fuerunt H.[1] quondam comitis Arundell' in comitatu Warewik, quod in forinseco bosco de Covintr' faciat habere fratri Johanni elemosinario xx.quercus ad maeremium inde faciendum ad edificationem hospitalis Oxonie. Teste ut supra.

De scutellis et salsariis argenteis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod fieri faciat c. scutellas argenteas et c. salsaria argentea competentis ponderis ad opus regis, et cum rex sciverit custum, illud reddi faciet. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Simonis de Lutrewrth'.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Willelmus filius Simonis de Lutrewurth', captus et detentus in prisona Warr' pro morte Roberti de Kinelwurth', unde appellatus est, appellatus est de morte illa odio et atia etc., et quod Walterus le Roer et Adela uxor ejus, Rogerus le Taylur et Willelmus Pinton culpabiles sunt de morte predicta, mandatum est vicecomiti Leic' quod si predictus Willelmus invenerit ei xij. liberos et legales homines de comitatu suo, qui eum manucapiant habere etc., tunc ipsum tradat in ballium etc. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod in bosco de la Wesse faciant habere custodi operationis ecclesie Sancti Switini Wintonie xx. quercus de dono regis ad maeremium inde faciendum ad alas ecclesie Sancti Switini, et custodi infirmarie Sancti Switini duo robora in Rughehaye ad focum infirmorum ejusdem infirmarie. Teste ut supra.

De tribus marcis auri.—Mandatum est Thome de Newerk et Johanni le Fraunc' quod omnem diligenciam quam poterint, apponant quod habeant a Judeis Anglie iij. marcas auri, et eas liberent Edwardo filio Odonis ad faciendam inde quandam aquilam auream. Teste ut supra.

De vinis kariandis et datis, et de prestito vinorum facto.—Mandatum est preposito et custodibus vinorum regis apud Portes' quod de viginti doliis veteris vini que Wibertus de Kanc', clericus regis, eis liberavit, habere faciant uxori Emerici de Sacy j. dolium vini, de dono regis, et

[1] Substituted for 'W.'

1243.

priori Sancti Switini Wintonie ij. dolia vini de prestito, et residua xvij. dolia vini simul cum uno dolio musti liberent vicecomiti Suthamton' carianda usque Wind'. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere Magistro Henrico de Secus' xxx. quercus, videlicet in Pakest' x. quercus, in Tadel' x. quercus, in Rowehaye x. quercus, cum omnibus branchiis et omnibus earundem quercuum exkaetis ad cindulam faciendam ad cooperiendum domos suas Sancte Crucis Wintonie. Teste rege apud Wintoniam, iiij. die Octobris.

Mandatum est eisdem quod faciant habere fratri Henrico Byset, monacho Sancti Swithini Wintonie, ij. quercus in bosco de Rowehaye ad maeremium pro reparandis domibus aniversariorum. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Pratis.—Abbatissa de Pratis fecit regi fidelitatem de terris quas de rege tenere debet in Anglia. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod terras quas ipsa habet in balliva sua, ipsam pacifice possidere permittat. Teste ut supra.

Pro Petro le Puleter.—Mandatum est ballivis Wintonie quod catalla Petri le Puleter, qui est de potestate regis Francie, que appreciata fuerunt ad lxj. solidos et ij. denarios, que occasione gwerre arestaverunt, procuratori suo deliberent. Teste me (*sic*) ut supra.

De scutellis et salsariis argenteis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod fieri faciat c. scutellas argenteas et c. salsaria argentea, ita quod rex ea prompta habeat in adventu suo London', simul cum c. scutellis et c. salsariis argenteis que rex nuper fieri precepit. Et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est[1] custodibus vinorum regis Lond' quod faciant habere fratri Johanni elemosinario j. dolium vini, de dono nostro. Teste rege apud Wind', vj. die Octobris.

Pro Hugone le Fraunceys.—Rex concessit Hugoni Fraunceys, vadletto de dispensaria regis, iij. denarios in die elemosina constituta, quos Hugo quondam carpentarius regis habuit de dono regis, tenendos et habendos ad vitam suam. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eidem Hugoni predictos iij. denarios habere faciant. Teste ut supra.

De vinis cariandis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Westmonasterii quod de vinis regis que sunt in custodia sua retari faciant j. dolium vini et kariari usque Merton'. Et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste rege apud Wind'. viij. die Octobris.

De volatilibus querendis ad opus regis.—Mandatum est custodi episcopatus Londoniensis quod sub omni festinatione querat ad opus

[1] The words 'Petro de Grendon', capellano, quod de xviij. libris' are here cancelled.

1243.

regis contra instans festum Sancti Edwardi, de dono et empto et alio modo, sicut poterit, omnes cignos et omnes pavones et alia volatilia que per totam ballivam suam querere poterit, et ea kariari faciat usque Westmonasterium contra festum predictum, ita quod sint ibi hac die Lune proxima. Et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste rege apud Wind' viij. die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Essex' et Middelsex', et custodi terrarum que fuerunt H. quondam comitis Arundelli.

De perdonatione transgressionis.—Rex perdonavit Henrico Dolewine, Reginaldo Dismare et Roberto Heyward' transgressionem quam fecerunt de venatione regis in foresta de Wind', ad petitionem Edwardi filii regis. Et mandatum est constabulario de Wind' quod ipsos a prisona deliberet. Teste ut supra.

Pro Egidio de Sancto Audoemaro.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod deliberet Egidium[1] de Sancto Audoemaro a prisona regis, qui captus fuit tempore gwerre et detinetur in prisona regis de Norf', quia testificatuum fuit quod nichil habet in bonis. Teste ut supra.

Pro pluribus, de eorum deliberatione a prisona regis.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Si Michael . . .[2], Willelmus Bedhot, Thomas filius Dolfin, Willelmus carpentarius, Walterus filius Emme, Henricus de Camera, Robertus filius Alicie, Ricardus Railef, Thomas a la Port', Walterus bercarius et Robertus forestarius, capti et detenti in prisona nostra Eboraci pro suspicione habita de eis quod in mortem Magistri W. de Lanun, archidiaconi Dunhomensis, domini sui, fuerunt machinati, invenerint tibi probos et legales homines, videlicet quilibet eorum vj. vel plures, qui eos manucapiant habere coram justiciariis nostris ad primam assisam etc. ad respondendum de suspicione predicta, si quis versus eos inde loqui voluerit, et si bonam securitatem tibi prestiterint quod occasione captionis et imprisonationis sue predicto archidiacono aut suis nullum dampnum querent aut molestiam, nec per eos eveniet, tunc ipsos a predicta prisona deliberes, et predictis vj. hominibus tradas in ballio, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo Pech'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod si alique terre defuerint Bartholomeo Pech', de quibus Johannes Boystard' fuit seisitus ut de feodo, die quo obiit, in Chiveliswell, que quidem terre sunt de terris Normannorum, et ideo rex illas eidem Bartholomeo concessit, tunc in cujuscumque manu fuerint, ei inde plenam seisinam habere faciat in forma qua rex alias ei precepit. Teste ut supra.

[m. 2.] *Pro hostiario camere Edwardi.*—Mandatum est Hugoni Giffard' et Magistro Willelmo le Brun quod Waltero de Kanun', hostiario camere Edwardi filii regis, inveniri faciant fenum et avenam ad unum equum, sicut uni aliorum servientum ejusdem Edwardi. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Octobris. Per R. de Mucegros.

---

[1] Substituted for 'Audoenum.'
[2] Space left blank.

1243.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod in foresta de Shirewude faciat habere Waltero Biset x. quercus ad edificia sua de Ludeham facienda, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Roberto de Lexint' in bosco[1] de Clipston' xl. quercus ad maeremium inde faciendum ad domos suas reparandas, de dono regis. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Rex mittit Robertum des Mares et alios vadlettos regis ad capiendum x. damas in parco de Haverhull' ad opus Johannis Maunsel. Mandatum est R. .rdo de Munfichet quod ipsos ad hoc admittat. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Octobris.

Pro Godefrido de Craucumb.'—Rex concessit Godefrido de Craucumb' quod quietus sit de secta comitatus et hundredi usque ad Pascham anno etc. xxviij. Mandatum est vicecomiti Essex' quod ipsum de secta illa quietum esse faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cantebr'.

De perdonatione.—Rex perdonavit fratribus et sororibus leprosis Sancte Marie de Pratis extra Sanctum Albanum iiij. marcas et ij. solidos, qui ab eis exiguntur per summonitionem Scaccarii pro debitis Ricardi filii Alexandri. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod in foresta de Shirewud faciat habere Johanni de Lexinton' vj. damas, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Octobris. Per W. de Cantilupo.

De damis datis.—Mandatum est G. de Sedgrave, justiciario foreste, quod in foresta de Selewude faciat habere magistro Milicie Templi in Anglia x. damas vivas ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Octobris. Per G. dispensarium.

De perdonatione.—Rex perdonavit Thome Gresl' c. marcas, per quas finem fecit cum rege apud Portesm' in ultima transfretatione regis, ut remaneret in Anglia, quia postea venit in Wasconiam ad servicium regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti Ricardi de Burgo.—Mandatum est priori Fratrum Predicatorum Bristoll' quod denarios qui fuerunt Ricardi de Burgo, et quos homines predicti Ricardi liberaverunt suppriori ejusdem domus custodiendos, liberent executoribus ejusdem Ricardi ad executionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

[1] Interlined, and 'haya' cancelled.

1243.

De damis capiendis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Havering' et in parco de Havering' capi faciat xl. damas, et in parco de Gudeford' xx. damas, et eas mitti faciat usque Westmonasterium, ita quod sint ibidem ad instans festum Omnium Sanctorum anno etc. xxviij. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Aylmereton'.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod diligenter inquirat utrum infans ille qui nuper obitus fuit quadam caretta in Sniterle, obitus fuit casu inopinato et infortunio an per feloniam et ex[1] malicia excogitata Reginaldi de Aylmereton' qui duxit karettam illam, capti et detenti in prisona regis pro morte infantis predicti, et si per feloniam et malicia predicti Reginaldi excogitata, per quam feloniam et qua malicia, et tunc remaneat in prisona regis,[2] et si casu inopinato et infortunio hoc accidit, tunc ipsum Reginaldum xij. probis et legalibus hominibus de comitatu suo qui eum manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam, etc. ad standum inde recto coram prefatis justiciariis, tradat in ballium, sicut predictum est, etc. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Mandamus vobis quod si D. Casserensis archiepiscopus impetat H. Limiricensem, G. Lismorensem, D. Launensem, B. Artfertensem et C. Imilicensem episcopos, suffraganeos suos, super spirittualitate episcopatuum suorum, in nullo vos inde intromittatis, nec permittatis quod idem archiepiscopus inquietet ipsos episcopos super terris et rebus temporalibus spectantibus ad coronam et dignitatem nostram, nec vos ad mandatum prefati archiepiscopi manum mittatis ad eorum temporalia sine speciali precepto nostro. Teste ut supra.

De baconibus.—Mandatum est vicecomiti Notingeham quod cccc. bacones regis,qui sunt in castro Notingeham, vendi et loco eorum alios cccc. bacones per visum proborum hominum emi et in eodem castro poni faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Octobris.

Pro abbatissa de Pratellis.—Rex dedit licenciam abbatisse de Pratellis quod licite possit vendere de claro bosco suo in Stures Pratellorum, qui quidem boscus situs est in foresta de Gillingeham, ubi non sit subboscus, usque ad summam x. librarum. Et mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod id fieri permittat. Teste ut supra.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Rex concessit per cartam suam Ricardo, abbati Westmonasteriensi, et successoribus suis imperpetuum omnes fines propriorum hominum suorum de quacumque causa evenerint, et coram quibuscumque justiciariis facti fuerint. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ita fieri et irrotulari faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Octobris.

Mandatum est abbati de Persor' quod decetero se non intromittat ad habendum introitum aliquem in aliquibus terris que sint de feodo abbatis Westmonasteriensis, ex cujuscumque dono seu venditione seu quocumque alio modo eidem abbati de Persor' fuerint collata,

---

[1] Interlined.
[2] Substituted for 'nostra.'

1243.

quia dominus rex nullo modo sustinebit quod aliquem decetero habeat ingressum in terris memoratis in prejudicium predicti abbatis vel abbacie sue. Teste ut supra.

Pro monialibus de Cestrehunt'.—Mandatum est M. comitisse Warenn' quod sine dilatione faciat habere priorisse et monialibus de Cestrehunt' x. quarteria frumenti, que eis debet de elemosina W. quondam comitis Warenn', domini sui, quod si non fecerit, rex tale consilium ad hoc apponet quod ei forte non expediret. Teste ut supra.

De vinis arestandis.—Mandatum est B. de Cryoyl, constabulario Dovor', quod iij. naves karcate vinis que nuper applicuerunt in portu de Sandwic', arestari faciat, non permittendo magistros nec marinellos predictarum navium alias divertere quam Lond' cum ipsis navibus, accepta ab eis bona securitate quod alibi non divertent. Teste ut supra.

De instauro vendendo.—Mandatum est ballivis de Portes' quod totum instaurum quod remansit in navibus regis apud Portes', exceptis baconibus, vendi faciant, et denarios inde provenientes liberent Waltero le Aven' regi deferendos. Regi eciam scire faciant particulas predicti instauri, et pro quanto fuerit venditum. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Westmonasterii quod de vinis regis faciant habere Willelmo de Burgo j. dolium vini de dono regis. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Rex mittit Robertum de Mares et socios suos, vadlettos regis, usque ad parcum de Gudeford' ad capiendum in eo xv[1] damas ad opus regis. Mandatum est parcario de Gudeford' quod ipsos ad hoc admittat. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Octobris.

Pro Judeo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod omnes rotulos scaccarii qui fuerunt Aaron, Judei de Eboraco, faciant habere Elye le Evesk', Judeo Lond', vel attornato suo, permittendo ipsum habere contrarotulum de rotulis Scaccarii Judeorum, sicut ipse Aaron contrarotulum habere consuevit; nullam autem summonitionem faciant decetero de aliquo debito de quo debetur responderi coram eis, nisi per visum et testimonium predicti Elye, vel illius quem ad hoc loco suo attornaverit. Teste ut supra. Per W. de Cantilupo et Edwardum filium Odonis.

Et mandatum est eisdem quod quociens idem Elyas intendere non possit ad sedendum ad scaccarium, Joceum filium Copini loco suo recipiant ad ea facienda ad idem Scaccarium que ad presbiteratum Judeorum pertinent. Rotulos eciam qui fuerunt Jocei, predecessoris sui, eidem Elie vel attornato suo habere faciant. Teste ut supra.

Pro Philippo Basset.—Mandatum est Margerie que fuit uxor Ricardi de Rivers quod duos filios et j. filiam suam et predicti Ricardi,

[1] Altered from 'xx.'

1243.

quos Eboracensis archiepiscopus ei commisit custodiendos, liberet nuncio Philippi Basset, cui rex concessit custodiam terrarum Matillidis de Lucy. Teste ut supra.

[m. 1.] *De damis capiendis.*—Rex mittit Hamonem filium Philippi ad capiendum in parco de Farneham xx. damas ad opus regis. Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod ipsum ad hoc admittant. Teste rege ut supra.

Pro Johanne Maunsel.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per vicecomitem Kancie quod S. quondam Cantuariensis archiepiscopus concessit Magistro Thome de Frakeham', quondam persone ecclesie de Maydenestan, et successoribus suis imperpetuum, personis ejusdem ecclesie, libertatem faciendi et habendi unum gurgitem in aqua de Medeweye secus manerium de Maydestan', et quod predictus Magister Thomas tempore suo usus est ea libertate, mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod Johannem Maunsel, personam ejusdem ecclesie, permittant quendam gurgitem facere et habere in aqua predicta loco quo illum habere consuevit prefatus Thomas tempore suo. Teste ut supra.

Pro Willelmo Ruffo.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Mandamus vobis quod si Willelmus Ruffus reddiderit nobis ad Scaccarium nostrum finem quem fecit nobiscum per quater xx. marcas pro habenda quietancia compoti sui de tempore quo fuit custos escaetarum nostrarum sub Petro de Rivall', tunc capitali excaetatore nostro, pro quo fine eciam eum quietum clamavimus de omnibus que ad nos pertinerent de tempore predicto, sicut in litteris nostris patentibus, quas inde habet, continetur, tunc eum de omnibus predictis quietum esse faciatis ; ita quod si aliquid nobis supersit reddendum de fine predicto, id nobis reddat. Teste ut supra.

Pro decano et capitulo Wellensi.—Rex Roberto Passelewe custodi episcopatus Bathoniensis salutem. Quia accepimus per inquisitionem factam per vicecomitem Sumerset' quod J. quondam Bathoniensis episcopus dedit per cartam suam decano et capitulo Wellensi omnia amerciamenta hominum suorum et feodorum suorum de itineribus justiciariorum, et quod ipsi decanus et capitulum fuerunt in seisina eorundem amerciamentorum, dum idem episcopus superstes fuit, vobis mandamus quod eisdem decano et capitulo amerciamenta tenencium suorum de predicto episcopatu et feodorum suorum ejusdem episcopatus de itinere justiciariorum a tempore mortis prefati episcopi secundum tenorem carte sue habere faciatis. Teste ut supra.

De pluribus ponendis per ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Thomas filius Willelmi, Radulfus le Clerk, Ricardus Prudfot, Radulfus de Hodham, Ricardus Hardam et Egidius de Rasne, capti et detenti in prisona Linc' pro morte Willelmi le Serjaunt, unde appellati sunt, appellati sunt de morte illa odio et atia etc., et quod Michael de Hornesee, capellanus, Thomas filius Radulfi et Johannes filius Thome de morte illa sunt culpabiles, mandatum est vicecomiti Linc' quod si singuli eorum inprisonatorum invenerit ei

1243.

vj. liberos et legales homines etc. ad standum inde recto etc. tunc eos tradat etc. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Johannes de Wulvelye occidit Alexandrum de Shelflay per infortunium et non per feloniam aut maliciam excogitatam, mandatum est vicecomiti Eboraci quod si idem Johannes invenerit ei xij. liberos et [legales] homines de comitatu suo qui eum manucapiant habere etc., tunc ipsum tradat etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Octobris.

Pro abbatissa et monialibus de Tharent'.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod de blado manerii predicti episcopatus de Ebbeleburn' faciant habere abbatisse et monialibus de Tharent' xxx. quarteria frumenti et xxx. quarteria ordei ad sustentationem domus sue, de dono regis. Teste ut supra.

De navibus exkippandis.—Mandatum est B. de Cryoyl, constabulario castri Dovor', quod sine dilatione habere faciat Willelmo Beufiz et Henrico Buchard' ij. bonas naves et securas ducendas usque Whitsand sub expectatione adventus B. comitisse Provincie et Senchie filie sue, ad ipsas in Angliam exkippandas. Provideat eciam ex quo certus fuerit de adventu ipsarum usque Whitsand, quod habeat viij. bonas naves promptas mittendas usque Whitsand ad familiam suam exkippandam. Et tam prefatis Willelmo et Henrico quam marinellis omnium predictarum navium necessaria inveniri faciat. Et cum rex custum sciverit, illud[1] ei reddi faciet. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Ricardo de Grey vij. libras x. solidos xj. denarios et obolum qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii, de arreragiis de tempore quo fuit vicecomes Essex' et Hertford'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est G. de Sedgrave, justiciario foreste, quod in foresta de Porstok' habere faciat uxori Radulfi de Gorg' v. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per P. Peyvr'.[2]

De blado dato.—Mandatum est Petro de Wakering' quod de blado manerii de Taunton' faciat habere Johanne que fuit uxor Radulfi de Gorges, x. quarteria frumenti et x. quarteria de mestilona ad sustentationem suam, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Octobris. Per B. Peche.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo de Langeleg' quod in foresta de Whichewud' faciat habere Galfrido de Wulward' ij. damas, de dono regis. Teste ut supra. Per P. Peyvr.'

De quercubus datis.—Mandatum est custodi episcopatus Coventhrensis et Lichfeldensis quod in bosco de Canok faciat habere Magistro

1 Substituted for 'ed.'
2 'Per P. Peyvr' ' is cancelled.

1243. Simoni de Wauton' x. quercus ad edificia sua, de dono regis. Teste ut supra. Per P. Peyvr'.

De damis datis.—Mandatum est custodi de Chipeham et de Melkesham quod faciat habere abbatisse de Sancto Edwardo iij. damas, de dono regis.

Mandatum [est] custodi de Savernak quod faciat habere eidem abbatisse iiij. damas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priorissa et monialibus de Stamford'.—Rex M. comitisse Warenn', salutem. Bene meminimus vobis alias significasse quod quamdiu tenueritis de nobis ad firmam terras que fuerunt W. quondam comitis Warenn', domini vestri, in comitatu Eboraci, solvi faceretis duas partes elemosine ipsius comitis constitute in terris predictis, que ad nos pertinet (*sic*) solvende, et illud ad Scaccarium nostrum vobis faceremus computari. Vobis mandamus rogantes quod xl. solidos, qui restant solvendi priorisse et monialibus de Stamford' de predicta elemosina constituta, sine dilatione eis reddi faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Octobris.

De filiabus J. quondam comitis Linc' mittendis usque Windes'.—Rex mandavit comiti W. Marescallo et uxori ejus quod duas filias J. quondam comitis Linc' mittant usque Windl',[1] ut ibi alentur (*sic*) cum filiabus ipsius regis, et mandatum est H. Giffard' et B. de Sabaudia quod eas recipiant et necessaria eis inveniant. Teste ut supra.

CLAUSE FACTE IN WASCONIA DE ANNO REGNI DOMINI H. REGIS FILII REGIS JOHANNIS VICESIMO SEPTIMO, ET CONTINUATE IN ANGLIA USQUE AD ANNUM REGNI EJUSDEM REGIS VICESIMUM OCTAVUM.

1242. [m. 14*d*.] Rex J. duci Britannie et comiti Rychemund', salutem. Veniens ad nos abbas de Sancto Gildasio litteras vestras de credencia nobis detulit, continentes quod super jure vestro comitatus Richemund' petendo fidem adhiberemus, et nos ea que idem abbas nobis exposuit, audivimus. Licet autem servicium et homagium vestrum plurimum affectemus, consilium ad presens non habuimus de terra illa quam petitis vobis reddenda, eo quod idem abbas potestatem non habuit certificandi nos in quibus status noster melioraretur, et que utilitas nobis acresceret, si preces vestras exaudiremus. Et ideo vobis significamus quod cum nobili viro P. quondam duce Britannie, patre vestro, tractatum habere velitis cujusmodi subsidium, et in quibus per vos accessum habere possimus ad jura nostra recuperanda, si petitioni vestre annuamus, et post ea super eo citra Purificationem Beate Marie nos certificetis. Teste rege apud Regulam, x. die Novembris.

Rex Aquenwill' de le Sparr', salutem. Mandamus vobis firmiter precipientes[2] quatinus sicut nos et honorem nostrum diligitis,[3] sitis

---

[1] Substituted for 'Westmonasterium.'

[2] 'firmiter precipientes' interlined, and 'rogantes' cancelled.

[3] The passage 'sitis . . . omittatis' originally read as follows:—'ita parati sitis et prompti equis et armis ad veniendum in servicium nostrum infra tercium diem postquam mandatum a nobis receperitis, quod grates vobis scire debeamus.'

1242. ad nos apud Sanctam Basiliam die Veneris proxima post octabas Sancti Martini ita parati equis et armis quod inde vos merito possimus commendare, et hoc nullatenus omittatis. Teste rege apud Regulam, xij. die Novembris.

Eodem modo scribitur omnibus subscriptis :—

*Hugoni de Castilun,
*Poncio de Casteleun,
*Emeneo de Buch',
*Willelmo Bernardi de Ornon,[1]
*Bertramo de Ponenzak,
*Emeneo de Noylan,
*Dominis de Rupe Talliata.
*Dominis de Farges,
*Bernardo de Scussan,
*Domino de Trinne,
*Elye de Blennak,
*Roberto de Rauncon',
*[2]Vicecomiti de Frunzak,
Amanew de le Bret,
*¶Amauvino de [Verres[3]] Bareys,
*Arnaldo de Gyrund',
*Dominis de castro de Redort',
*Bernardo de Veteri Villa de Sumenzak,
*Gwillelmo Reimundi de Pinibus,
*Petro de Burdegala,
*Petro Gaveret,
*Arnaldo de Blankeford',[4]
*Arnaldus (*sic*) de Muntaliu,
Vicecomiti Tartac', *l.*
Vicecomiti Abortent', *l.*
Vicecomiti Sol', *l.*
Vicecomiti de Maremm', *l.*
Reimundo Garsie de Navailes,
Vicecomitisse de Benauges,
*Willelmo Segin de Ryuns,
*Olivero de Linan,
*Emerico de Burgo,
*Bertramo[5] de Arminak, *l.*
*Vicecomiti de Avilars, *l.*
*Elye Rydel de Brigerak,
*Vicecomiti de Casteleun,
*Galfrido Rydel de Blavia,
*et Galfrido filio suo et Gerardo filio suo,
Bertramo de Sillak,
Elye de Sillak,
Comiti de Bygorr',[6]

1 Substituted for 'Durnun.'
2 For the meaning of the "points" before the names in this list see the last entry but one on this membrane *infra*.
3 Cancelled.
4 Between two columns opposite this name and 'Bertramo de Sillak' the words 'Nichil habuit ad presens' have been written and erased.
5 Substituted for 'Bernardo.'
6 Substituted for 'Bernardo Veteri Villa de Sancta Basilia.'

1242.

*Willelmo de Veteri Villa,
*Menesent de Coumund',
*Dominis de Castello Novo de Mammes,
*Bertramo de Mussak,
*[1]Willelmus (*sic*) Amaneui de Mota,
Olivero de Chaleis.

Omnes isti summoniti sunt quod sint apud Silvam die Dominica in festo Sancti Andree.

Postea quia gens regis Francie que venit pro castro de Lausert obsidendo, inde recessit, mandatum est omnibus prescriptis militibus et subscriptis civibus et hominibus quod non est necesse quod usque Sanctam Basiliam veniant, sicut summoniti erant.

1243.

Postea mandatum erat omnibus subscriptis quod sint apud Silvam die Jovis in crastino Cinerum cum equis et armis pro prece et excercitu :—

Justiciario et probis hominibus de Langun,
Maiori et juratis commune Burdegale,
Consilio et probis hominibus de Regula,
Juratis et probis hominibus de Sancto Makario,
Justiciario et probis hominibus Vasatensibus.

Mandatum est istis quod totum servicium regi debitum tunc ibidem venire faciant.

Mandatum est vigerio Aquensi quod clamari et summoneri faciat omnes illos de civitate Aquensi qui servicium regi debent quod tunc sint ibidem, et idem vigerius similiter, ad servicium suum domino regi faciendum.

Et mandatum est similiter abbati de Sancto Severo quod clamari et summoneri faciat omnes illos de potestate sua quod tunc sint ibidem, et similiter eidem abbati quod tunc sit ibidem.

Mandatum est omnibus baronibus et militibus et communitatibus prescriptis quod sint apud Sanctum Severum in proximo instantibus reoctabis Pentecostes cum equis et armis pro excercitu faciendo. Teste rege apud Baionam, xxiij. die Maii.

Eodem modo scribitur probis hominibus Aquensibus.

Mandatum est eciam abbati de Sancto Severo quod promptus sit et paratus eodem die cum servicio quod regi debet pro excercitu faciendo.

Postea totum excercitum illud revocatum fuit per quoddam breve patens. Teste rege apud Burdegalam, x. die Junii.

1242.

Rex Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, salutem. Intimavit nobis abbas Sancti Nicholai Andegavie quod cum prior de Spalding' peteret versus Jollanum de Bradehus' quandam terram in Spalding', ut dicitur, et idem Jollanus ipsum abbatem de terra illa vocaret ad warantum, dictus abbas agens in partibus transmarinis, ex quo de summonitione ei facta de warantia hujusmodi facienda ei constitit, propter hoc regnum nostrum Anglie adire proposuit, facturus de warantia predicta quod secundum legem et consuetudinem regni nostri fecisse debuit, set cum ad mare

[1] For the meaning of the "points" before the names in this list see the last entry but one on this membrane *infra*.

1242.

transfretaturus advenisset, nullo modo patebat eidem abbati vel certo attornato suo via veniendi in Angliam propter hostilitatem inter nos et regem Francie tunc inchoatam, et eo quod omnibus de terra nobis guerrina libertatem transeundi in Angliam precludi fecimus. Timens igitur ne pro absencia suo medio tempore coram justiciariis nostris de Banco defaltam fecerit, pro qua domus sua graviter dampnificaretur, supplicavit nobis quod impotenciam suam pro impedimentis predictis haberemus excusatam, et non sineremus quod in tam arto positus super warantiam predictam sibi vel domui sue detrimentum incurrat. Attendentes igitur impedimenta predicta, quorum nos ipsi causa fuimus, dum eidem abbati sicut et aliis transitum per mare prohibuimus, vobis mandamus quod justiciariis nostris de Banco detis in mandatis quod pro aliqua defalta quam idem abbas fecerit in loquela predicta ab octabis Sancte Trinitatis anno etc. xxvj. usque ad festum Sancti Andree anno etc. xxvij., vel eciam qualicumque loquela alia contra ipsum mota, si quam defaltam in eo fecerit infra eundem terminum, in nullo sit perdens, quia volumus ipsum indempnem servari, ex quo pro defensione juris sui regnum nostrum ei intrare non licebat. Loquelam eciam de warantia predicta simul et alias, si que versus ipsum mote sint, poni faciatis in respectum usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xxvij. Teste rege apud Regulam, xvj. die Novembris. Per Johannem Maunsel.

Mandatum est abbati Sancte Crucis Burdegale quod sit coram rege die Veneris proxima ante festum Sancti Andree ostensurus qualiter teneat justiciam de Sancto Makario que capta fuit in manum regis tempore quo Hubertus Hoese fuit senescallus Wasconie, et in quam vice-comitissa de Benauges dicet se jus habere.

Et mandatum est Rustano de Solio quod eodem die sit coram rege ad ipsum certificandum super justicia predicta.

1243.

Rex Aquenwill' de le Sparr', salutem. Mandamus vobis quod sitis coram nobis die Dominica in media quadragesima apud Burdegalam ad faciendum nobis id quod facere debetis, ut in homagio et aliis serviciis excepto excercitu. Teste rege apud Burdegalam, xiij. die Marcii.

Eodem modo scribitur omnibus suprascriptis militibus, hiis exceptis qui non sunt punctati. Teste.[1]

Mandatum est preposito inter Duo Maria et preposito Vasatensi et preposito de Regula quod clamari faciant quod omnes illi qui de rege tenent, sint coram rege die Dominica etc. ut supra.

[m. 13*d.*] Mandatum est omnibus baronibus et militibus quorum nomina prescripta sunt, quod sint apud Burdegalam die Lune proximo post festum Sancti Jacobi Apostoli ad tractandum cum rege de negociis que rex eis exponet. Teste rege apud Burdegalam, xv. die Julii.

Et mandatum est maiori Baione quod unacum iiij. probis hominibus ejusdem civitatis sit ibidem eodem die. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur maiori de Regula. Vasat'.

[1] Incomplete.

1243. Et mandatum est episcopis Baionensi, Aquensi, Vasatensi, Olerensi, Adurensi, et eciam abbati de Sancto Severo, quod tunc sint ibidem.

1242. Mandatum est episcopo Karleolensi episcopo (*sic*) quod decetero se non intromittat de negociis regis, quia tempus est quod saluti anime sue decetero intendat. Teste rege apud Sylvam, iiij. die Decembris.

Et substituti sunt ei dominus Eliensis et dominus Wygorniensis. Teste ut supra.

Et mandatum est domino Eboracensi et Willelmo [de Cantilupo] quod eum decetero ad agenda regis non admittant. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni Maunsell' quod illud quod rex ei injunxit communicandum Thome, comiti Flandrie et Hannonie, ei non permittat communicari. Et si quem nuncium propter hoc ad ipsum miserit, eum faciat revocari. Teste rege apud Silvam, viij. die Decembris. [*Cancelled.*] *Quia postea revocatum.*

Rex fratri Rogero, salutem. Mandamus vobis quod pro asperitate alicujus verbi quod vobis dixerimus, non omittatis quin statim visis litteris istis ad nos veniatis officium elemosinarie nostre executuri Teste rege apud Burdegalam, xj. die Decembris. Per Petrum Chaceporc.

Rex ad querimoniam proborum hominum de Aquis fecit sumoneri episcopum Aquensem quod sit coram eo responsurus quare hostiliter invasit predictos homines in enorme dedecus regis et ejus dignitatis lesionem[1] et ex eis tres[2] cepit et unum occidit ; et prefixus est dies apud Burdegalam quinto die Natalis Domini. Teste rege apud Burdegalam, xv. die Decembris.

Item dies prefixus est predictis civibus et ibidem ad prosequendum contra episcopum predictum. Teste ut supra.

Rex archiepiscopo Eboracensi et Willelmo de Cantilupo, salutem. Monstravit nobis dilectus et fidelis noster Willelmus de Odingesheles quod cum emisset a Davide de Lindeshye manerium de Periton' cum pertinenciis in comitatu Hertf', quod Fluria Juvenall' habet ad firmam usque ad terminum contentum in rotulis justiciariorum nostrorum de Banco, Ricardus de Bekyton', inpetrata a predicto David quadam carta adulterina de feoffamento ejusdem manerii, nititur seisinam ipsius manerii, forte consenciente eadem Fluria, adipisci ; et sic[3] posset idem Willelmus, qui est in servicio nostro in Wasconia, sua emptione defraudari. Et ideo vobis mandamus firmiter injungentes quatinus non permittatis quod predictus Ricardus, vel aliquis alius, possessionem ejusdem manerii injuste ingrediatur in prejudicium predicti Willelmi, unde ipse aliquod sustineat dampnum, dum fuerit in servicio nostro in partibus predictis. Teste rege apud Burdegalam, xvij. die Decembris.

---

1 The words ' et prefixus est ' are here cancelled.
2 Substituted for ' duos.'
3 Substituted for ' quia.'

1243.

Rex priori et conventui Bathoniensi, salutem. Cum venissent ad nos monachi domus vestre, destinati a vobis pro licencia eligendi a nobis petenda, fuimus in voluntate quod Petrus Chaceporc promoveretur ad episcopatum Bathoniensem, et ipsis injunximus quod ex parte nostra de ipso eligendo vos sollicitarent. Postea vero habita nobiscum deliberatione studiosa ob certas causas voluntas nostra in contrarium est mutata. Et ideo vobis duximus significandum quod, si contingat monachos predictos de ipso Petro eligendo aliquam facere intimationem ex parte nostra, preces illas irritas esse volumus et inanes. Teste rege apud Burdegalam, ix. die Januarii.

Vicecomiti Abortensi,
Vicecomiti Sol',
Vicecomiti Tartacon',
Vicecomiti Maremm',
Vicecomiti Avilarz,
B. comiti[1] de Arminak,
Arnaldo de Muntaliu,
Arnaldus (*sic*) Willelmi de Marzan,
Arnaldo Willelmi de Egremund,
Arnaldo de Marzan,
Augerius (*sic*) de Miremund,
Reimundo Garsie de Navailles,
Garsie Arnal de Navaill',
Amanew de le Bret,
Rustano de Landirans,
Petro de la Mote,
Gailardo de la Mote,
Emerico de Burgo,
Sacriste Sancti Andree,
Poncio de Castilun,
Sacriste Sancti Severini.

Omnes isti superscripti sunt barones de Landis Burdegale et summoniti sunt quod sint apud Burdegalam ad regem die Dominica in Ramis Palmarum ad faciendum regi id quod facere debent ut in homagio et aliis serviciis excepto excercitu.

Omnes isti barones summoniti sunt quod sint apud Baionam die Sabati proximo post festum Sancti Petri ad Vincula, prompti et parati equis et armis ad eundum cum rege in servicio regis pro prece et excercitu.

Eodem modo scribitur probis hominibus Aquensibus et de Sancto Severo.

Superscripti autem qui non sunt de Landis Burdegale, sumoniti sunt quod sint apud Belin die Jovis proximo post festum Sancti Petri ad Vincula pro eodem. Teste.[2]

Eodem modo scribitur probis hominibus de Regula, de Sancto Makario, de Langun.

Mandatum est omnibus episcopis, abbatibus et omnibus baronibus, quorum nomina superius et hic sunt irrotulata, quod sint ad regem apud Burdegalam die Martis in festo Sancti Egidii, ad tractandum

[1] The words 'B comiti' are interlined, and 'Bertramo' cancelled.
[2] Incomplete.

1243.

cum rege de negociis que rex eis exponet. Teste rege apud Burdegalam, xxij. die Augusti.

[m. 12d.] Rex justiciario Hybernie, salutem. Datum est nobis intelligi quod de lege et consuetudine terre nostre Hybernie bene licebit nobis distringere viduas que sunt maritande et sunt de donatione nostra, per terras suas ad illos in viros capiendos pro quibus illas rogamus, dummodo non disperagantur (*sic*), si forte preces nostras non exaudierint. Et ideo vobis mandamus quod, si ita est, et A. que fuit uxor Hugonis de Lacy nos exaudire noluerit pro Stephano Lungesp', ipsum capiendo in virum, sicut eam rogavimus, tunc ipsam secundum quod alias fieri consuevit in Hybernia, per terras suas distringatis ad se maritandam dicto Stephano. Teste rege apud Burdegalam, viij. die Februarii.

Mandatum est justiciario Hybernie quod secundum legem et consuetudinem Hybernie faciat habere Aleys filie Ricardi de Burgo racionabilem dotem que eam contingit de omnibus terris que fuerunt Muriardach Hobren in Hybernia, ne rex amplius inde clamorem audiat. Teste rege apud Burdegalam, xvij. die Februarii.

Rex Elye Rydel de Brigerak, salutem. Dilectionem vestram requirimus et rogamus quatinus homines vestros, sicut ceteri barones et milites faciunt, ad dandum, seu solvendum nobis focagium exponatis nobis et attencius inducatis, necnon eciam illis quos Johannes Maunsel, custos Wasconie, ad colligendum sive recipiendum hujusmodi focagium duxerit deputandos, responderi liberaliter faciatis, preces nostras taliter impleturi quod vobis ad gratiarum teneamur acciones.

Eodem modo scribitur

Arnaldo de Blankeford',
Kenwill' de le Sparr',
Amaneo de le Bret,
Galfrido Rydel de Blavia.
Vicecomitisse de Benaug' et filio suo,
Vicecomiti de Frunc',
Vicecomiti de Castellione,
Vicecomiti Tartacon',
Vicecomiti de Orta.

Consimiliter scribitur universis clericis, baronibus et militibus inter Duo Maria, Vasatensis diocesis, Aquensis diocesis, Baionensis diocesis et universis clericis, baronibus et militibus per archipresbiteratum Sernensem constitutis et per Medulcum.

[m. 11d.] *Pro Johanne filio Galfridi.*—Extenta facta de manerio de Waddon' per sacramentum Radulfi Appelgard', Galfridum (*sic*) Sharp de Muresl', Willelmi de Pucle, Philippi de Schenl', Oliveri de Stuecle, Benedicti de Behampton', Willelmi de Chaumpayne, Ricardi de Muresleg', Alexandri filii Milonis, Roberti Giffard', Walteri de Mora, Warini de Burton', qui dicunt quod manerium valet per annum in dominicis iiij. libras, in redditibus ix. libras et x. denarios, de avena de Newenton' v. solidos, de redditu gallinarum vij. solidos et iiij. denarios, de quodam capone iij. obolos, de operibus villenagiis xlviij. solidos ij. denarios

1243.

et obolum, in pasturis xx. solidos, in auxiliis custumariorum xl. solidos, in praeriis iiij. libras.

· Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis inter Warnerum Engayne petentem et abbatem Majoris Monasterii deforciantem de advocacione ecclesie de Ledenham, in respectum ponant usque ad festum Sancti Johannis Baptiste anno etc. xxvij. Teste rege apud Burdegalam, xj. die Marcii.

Pro Johanne de Lexinton'.—Inquisicio facta per Johannem de Seggebrok', Thomam de Morthing', Robertum de Ullay, Matheum de Aston', Rogerum de Bergh', Hugonem de Heringetorp', Willelmum de Wintewurth', Robertum Bastard, Stephanum de Arlay, Ricardum de Barneby, Rogerum senescallum de Roderam, et Rogerum Falays, qui dicunt quod Matillis que fuit uxor Galfridi de Saucemar' tenet in Roderam in dotem, de dono Willelmi de Tylly, xiiij. bovatas terre et dimidiam, xxxiiij. seldas et medietatem mercati, et medietatem unius molendini, et medietatem herbagii unius bosci, et valet in universo tota predicta terra cum pertinenciis xxxviij. marcas. Dicunt eciam quod predictus Willelmus natus fuit apud Ruderam, set Radulfus de Tylly, pater ejus, cujus heres ipse est, Normannus fuit, et plures terras habuit in Normannia, unde dicunt, ut intelligunt, quod predicta terra debet esse excaeta domini regis, ut terra Normannorum, post decessum dicte Matillidis. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

Rex Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, salutem. Cum per experienciam didicerimus quod quamplures domine regni nostri, spreta securitate que per legem et antiquam consuetudinem regni Anglie capi solet et debet ab eis ne se maritari permitterent sine consensu et voluntate nostra, non requisito super hoc nostro assensu, quibuscumque voluerunt, indistincte se fecerunt maritari, unde tam nobis quam corone nostre et dampnum et obprobrium emerserunt ; et quia nobis et dignitati nostre volumus arcius a similibus precavere, ne futuris temporibus nobis et heredibus nostris per hujusmodi presumptionem et insolenciam dampnum inevitabile generetur, vobis mandamus firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, quatinus sine dilatione a Margeria sorore quondam comitis Warr', que est una de generosioribus mulieribus regni nostri, et castrum habet ingentis fortitudinis et situm versus partes Marchiarum, pro quo nobis nullatenus expediret quod aliquem in virum acciperet, nisi de ipso tanquam de nobis ipsis confideremus, castrum de Warr' et de terris suis quas vos ipsi eligetis, in plegium capiatis preter securitatem debitam quod ipsa nulli vivencium sine licencia nostra in matrimonio copulabitur ; ita quod si forte temerario ausu contra hoc fecisset, castrum predictum et terre in plegium similiter capte nobis perpetuo et heredibus nostris incurrantur. Teste rege apud Burdegalam, xxvj. die Marcii.

[m. 10*d.*] *Pro Johanne de Lexinton'.*—Inquisicio facta per Johannem de Seggebrock, Thomam de Morthing', Robertum de Ullay, Matheum de Aston', Rogerum de Bergh', Hugonem de Heringthorp, Willelmum de Wintewurth, Robertum Bastard', Stephanum de Arlay, Ricardum

1243.

de Barneby, Rogerum senescallum de Roderam, et Rogerum Falays, qui jurati dicunt quod Matillis que fuit uxor Galfridi de Sausemar' tenet in Roderam, in dotem de dono Willelmi de Tylly, primi viri sui, xiiij. bovatas terre et dimidiam, xxxiiij. seldas et medietatem mercati, et medietatem unius molendini, et medietatem herbagii unius bosci, et valet in universo tota predicta terra cum pertinenciis xxxviij. marcas. Dicunt eciam quod predictus Willelmus, primus vir ejus, natus fuit apud Roderam, set Radulfus de Tylly, pater ejus, cujus heres ipse fuit, Normannus fuit, et plures terras habuit in Normannia, unde dicunt, ut intelligunt, quod predicta terra debet esse excaeta domini regis, ut terra Normannorum, post decessum dicte Matillidis.

Rex A. de le Bret, salutem. Bene recolitis quod cum inter nos et comitem Tholose fedus iniretur, sacramentum nobis prestitis corporale super quo vos duximus ammonendos, quatinus cum ipse comes a federe illo jam illicite recesserit, formam ipsius federis et conventionis, intuentes tam indempnitati nostre quam vobis ipsis, in hac parte prospicere curetis. Teste rege apud Burdegalam, vj. die Aprilis.

Consimiliter scribitur omnibus illis qui sacramentum prestiterunt pro comite Tholose, quod a fidelitate regis non recederent, quorum nomina scribuntur in rotulo patente anni xxvj., ubi confederationes facte inter dominum regem et comitem Tholose scripte sunt.

Pro abbate de Burgo.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et Willelmo de Cantilupo, quod loquelam quam rex habet versus abbatem de Burgo de placito namii vetiti, et quam alias rex poni preceperat in respectum usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xxvij., adhuc a termino illo poni faciant in respectum usque ad adventum regis London'. Teste rege apud Burdegalam, xviij. die Aprilis.

Rex Eboracensi archiepiscopo, salutem. Non est admiratione dignum si precipue clericorum nostrorum innitamur promotioni, velimusque eis beneficia conferri, qui nobiscum in partibus transmarinis in variis casibus et fortunis permanserunt, et adhuc in eisdem partibus nobis assistunt, pro quo licet plurium petitionibus inclinati pluribus provisiones concesserimus de beneficiis ecclesiasticis eis conferendis, volumus tamen prescriptos clericos nobiscum ibidem morantes ceteris omnibus ad beneficia ecclesiastica de dono nostro optinenda preferri. Quocirca paternitati vestre mandamus firmiter injungentes quatinus eisdem clericis nobiscum, ut prediximus, in servicio nostro commorantibus, ex quo vacare continget secundum continenciam litterarum suarum de provisione vobis directarum pre omnibus aliis beneficia ecclesiastica conferatis, scilicet prebendalia et alia, loco nostro, inter quos solum Willelmum Hardel precipue volumus nominari, taliter in hac parte vos habentes quod predicti clerici nostri pro laboribus suis inmensis fructum reportent et utilitatem, et vos specialiter ex hoc habere debeamus commendatos.

Mandatum est omnibus baronibus et militibus subscriptis quod sint coram rege in curia Sancti Severi a die Pasche in iij. septimanas,

1243.

ad respondendum regi et aliis de eis querelantibus et ad justiciam recipiendam. Teste rege apud Burdegalam, xviij. die Aprilis.

Vicecomes Tartac',
Vicecomes de Seule,
Vicecomes Orte,
Vicecomes Maremme,
Brumos de Sort,
W. Lupus de Til,
P. de Estivaus,
A. de Monteliu,
Dominus de Osserain,
Dominus Coupene,
W. Reineri de Polion,
Dominus Darricau,
Dominus Damors,
A. Willelmus de Marsan,
Augerius de Miremon,
Dominus Dorgoos,
A. de Marsan,
A. de Sancto Albino,
Dominus de Potailes,
A. Seguin Daston,
Dominus de Benqued,
A. W. de Egremund,
J. de Cames,
Augerius de Oazid,
P. de Fins,
Abbas Sordue,
P. de Fou,
Gyraud Trenkeliun.

[m. 9*d*.] Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, quod non permittant distringi Colinum Poyntz ad arma capienda antequam rex venerit in Angliam. Teste rege apud Burdegalam, xxij. die Aprilis.

Rex eisdem, salutem. Audivimus nuper quod archidiaconus Oxonie ab ecclesia[1] Sancte Crucis[2] extra Oxoniam, quam Poncius de Pontibus tenet, annuam exigit procurationem que retroactis temporibus ab eadem non solet erogari. Et quia libertati nostre non minimum derogaretur, si predicta ecclesia nobis inconsultis novam ac insolitam subiret servitutem, non permittatis quod idem archidiaconus pro sue voluntatis arbitrio predictam extorqueat procurationem, taliter vos habentes in hac parte quod ex hoc, sicut de solita sollicitudine vestra singulis agendis nostris vigilanter adhibita, vos habeamus specialiter commendatos. Teste rege apud Burdegalam, xxij. die Aprilis.

Significatum est regi Navarre quod rex est in veniendo versus partes Baione, ut in occursum veniat domino regi, si voluerit, die

[1] The word 'nostra' is here cancelled.
[2] 'Oxonie' is here cancelled.

1243.

Jovis proxima ante Ascensionem Domini in Erbroe, ubi propinquius fieri possit partibus de Garsie, vel apud Eurdas,[1] cum consilio suo ad tractandum cum domino rege de contentionibus diu inter eos ortis, quia dominus rex secundum quod justum fuerit, eidem regi Navarre interceptiones ei factas vult emendare, dummodo veniat paratus domino regi faciendum id idem.

Mandatum est justiciario Hybernie, quod inquiri faciat utrum certa dos et nominata assignata esset Margerie de Lacy ad hostium ecclesie die qua disponsata fuit Waltero de Lacy, vel dotata de tercia parte omnium terrarum que fuerunt et forent imposterum ipsius Walteri, et secundum quod per inquisitionem illam inde fuerit certificatus, eidem Margerie plenam et scelerem (*sic*) justiciam secundum consuetudinem parcium illarum exhibeat. Teste rege apud Capseus, j. die Maii.

Eodem modo scribitur Waltero de Godarvill.'

Rex justiciario Hybernie, salutem. Venit ad nos nuper in Wasconiam A. Armachanus archiepiscopus, petens a nobis plures terras et possessiones ut jus ecclesie sue sibi restitui, scilicet villam de Drogheda, Logheda et alias, et eciam manerium de Nober, quod fuit H. de Lacy, quondam comitis Ultonie. Nos vero, quia super juribus ecclesie sue penitus fuimus ignari, certum super hiis ei dare non potuimus responsum, et ideo vobis mandamus quod assumptis vobiscum[2] archidiacono Dublunensi, thesaurario nostro Hybernie, et W. de Godarvill', senescallo nostro Midensi, diligenter inquiratis de juribus ecclesie sue super rebus petitis, et nos super eodem jure certioretis, quia eidem archiepiscopo, cum de jure suo certi fuerimus, nichil volumus aut debemus subtrahere. Teste rege apud Sanctum Severum, vj. die Maii.

Rex probis hominibus suis Baione, salutem. Sciatis quod prefixus fuit dies coram nobis in curia nostra hac die Mercurii cabdello confratrie Baione ad respondendum Ernaldo Willelmi, civi Burdegale, qui eum appellat ; et quia idem cabdellus coram nobis in curia nostra die predicto non conparuit, vobis mandamus quod eum die crastina, scilicet die Jovis proxima ante Assensionem,[3] apud Aquis coram nobis venire faciatis ad respondendum predicto Arnaldo, sicut predictum est. Teste rege apud Aquis, xj. die Maii.

Gailardus de Mota, W. de Haurgues, Jordanus de Haurgues, Bertramus de Ponpenac, abbas de Fonte Willelmi, P. de Prisseay, W. Arnaldi de Tantalon', et Arnaldus Garsie de Sancto Salvatore, et illi quos manulevaverunt, et fidejussores eorundem, habent diem coram rege vel coram senescallo suo, videlicet diem Mercurii proximam post diem Pentecostes apud Burdegalam. Et mandatum est preposito de Besadeis quod diem prenotatam eis prefigat.

Quidam de consiliariis domini regis mittendi sunt ad confinia terrarum domini regis et regis Navarre a die Pentecostes in tres

[1] The words 'vel apud Eurdas' are interlined.
[2] Substituted for 'te[cum]'.
[3] The words 'proxima ante Assensionem' are interlined.

1243.

septimanas usque Austebat, qui plenam potestatem habebunt emendandi quod ex parte regis fuerit interceptum ; et hoc significatum est regi Navarre ut dictis die et loco mittat aliquot de secretariis suis, qui plenam potestatem similiter habeant emendandi ea que ex parte sua fuerint intercepta. Teste rege apud Baionam, xix. die Maii.

Rex maiori et[1] probis hominibus Dublun', salutem. Ex parte abbatis et monachorum Sancte Marie juxta Dublun' nobis est intimatum quod cum quidam abbates ejusdem ordinis batellos suos in aqua de Aveneleffi de jure habere debeant, et habere consueverunt ex quorundam pia collatione, vos dictos abbatem et monachos Sancte Marie, quibus alii abbates usus eorundem batellorum concesserunt in eadem aqua ad piscandum nomine suo, pro voluntate vestra non permittitis concessione predicta gaudere, immo eis graves estis et injuriosi, quod nollemus. Quia vero pium esse credimus collationes predictis viris religiosis factas ita tueri et fovere quod inde possint pro sua voluntate disponere, vobis mandamus quod si dicti abbates batellos ad ipsos pertinentes dictis abbati et monachis commiserint, ut predictum est, ipsos decetero non impediatis quominus dictis batellis uti possint eque libere, ut alii abbates ipsis uterentur, si in manu nostra retenti fuissent. Teste etc.

Mandatum est probis hominibus Dublin' quod permittant abbatem et monachos Sancte Marie Dublun' habere libertates, quibus hucusque usi sunt. Teste etc.

Mandatum est B. comiti de Erminak et Reimundo Garsie de Navayles, quod Garsiam Arnaldi de Gares quem manulevaverunt, habeant coram rege a die Sancti Johannis Baptiste in xv. dies ubicumque tunc rex fuerit in Wasconia, ad standum recto regi et aliis de eo querelantibus. Teste rege apud Burdegalam, xvij. die Junii.

[m. 7*d.*][2] Mandatum est justiciario Hybernie, quod si Willelmus Crok, qui est in servicio regis in partibus transmarinis, amiserit seisinam alicujus terre postquam inpetravit litteras regis de protectione, per aliquod placitum aliud a tribus placitis contentis in litteris regis de protectione, tunc ipsum inde resaisiri faciat, nisi forte aliqua terra sit unde Ricardus de Burgo recuperaverit seisinam ratione hujusmodi litterarum de protectione. Teste rege apud Burdegalam, xxij. die Junii.

Rex priori et conventui Sancte Trinitatis Cantuarie, salutem. Ex insinuatione quorundam episcoporum de regno nostro, suffraganeorum Cantuariensis ecclesie, nobis innotuit quod finibus vestris non contenti manus ad ea que ad dignitatem pertinent archiepiscopalem, aliter quam deceret, extendere nitimini, quantum in vobis est, intendentes libertates ecclesiarum suarum hactenus optentas adnullare, et ipsis ac subditis suis quasi jugum quoddam servitutis imponere, non solum in grave ipsorum prejudicium, set eciam manifestam regie dignitatis lesionem, ut asserunt. Cupientes igitur sic ipsis regni nostri prelatis, qui nostrum inde consilium invocarunt, adesse quod vobis aut ecclesie vestre juri non videamus prejudicasse[3], devotionem

1 The words 'maiori et' are interlined.
2 The dorse of m. 8. is blank.
3 Altered from 'precavisse.'

1243.

vestram monendam duximus et rogandam, vobis eciam singulis ac universis consulimus et mandamus, sicut alias mandavimus, quod articulos qui materiam contentionis inter vos relincunt (*sic*), utpote insolotos (*sic*) et hucusque, ut dicitur, inauditos teneatis in suspenso quousque in Angliam revertamur, ut tunc, convocato consilio tocius regni nostri, liberius deliberemur qualiter super tam arduo negocio ad concordiam vos revocemus. Mandavimus quidem Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod nichil novum aut insolitum, vel aliquid quo usi non fuistis die quo ultimo transfretavimus, vel antea, in perturbationem cleri et regni nostri vos interim attemptare permittant, in quo non intendimus juri vestro in aliquo derogare. Teste rege apud Burdegalam, xxvj. die Junii.

Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod articulos singulos qui materiam contendendi inter ipsos suffraganeos et dictos priorem et monachos relinquunt, teneri faciant in suspenso quousque rex in Angliam revertatur, et quod non permittant ipsos priorem et conventum aliquod novum indebitum aut insolitum quo usi non fuerunt[1] temporibus predecessorum regis et suo, interim attemptare. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod appellum quod Eustachius de la Val et homines sui faciunt versus homines Ade de Chesmuth' in comitatu suo de pace sua fracta, in respectum ponat usque ad festum Sancti Michaelis proximo sequens.

Rex Eboracensi archiepiscopo[2], salutem. Cum contulerimus Magistro Willelmo de Alta Villa quamdam prebendam in ecclesia de Gnoushal' a qua, sicut asserit, non vocatus et sine cause cognitione spoliatus est, vobis mandamus quod, si ita est, eundem Willelmum in pristinam possessionem induci faciatis, eum in eadem protegentes, et si quid de fructibus ejusdem prebende ei fuerit violenter subtractum, similiter ei reddi faciatis. Teste etc. Per ipsum regem.

Mandatum est Semerun, preposito de Vasato, quod attachiari faciat Gailardum de la Mote et alios malefactores pacem regis perturbantes, et de eis bonam capiat securitatem quod sint coram Nicholao de Mol', senescallo Wasconie, die et loco quibus alii loquelas habentes coram eodem atterminati sunt, ad respondendum regi et aliis de dampnis et injuriis per eos perpetratis, quia viam regalem et communem fregerunt apud Castellum Novum, ubi per viam illam transeuntes depredati sunt, qui eciam boves et vaccas et alia animalia contra pacem regis abduxerunt ; et tam latori litterarum domini regis quam aliis de eis querelantibus, quorum bona et catalla depredati sunt, ea eis reddi faciat. Teste rege apud Burdegalam, iiij. die Julii.

Rex Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, salutem. Mandamus vobis quod nullum de monachis abbacie de Bardenay capi faciatis aut capi permittatis occasione alicujus sentencie in eos late per episcopum Lincolniensem, vel alium suffraganeum Cantuariensis ecclesie, post appellationem interpositam,

[1] Interlined, and 'sunt' cancelled.
[2] The words 'Karleolensi episcopo cum et' are cancelled.

1243.

et ad sedem Cantuariensem ad tuitionem, et de aliis excommunicatis per dictos suffraganeos post hujusmodi appellationem, sub dissimulatione pertranseatis donec in Angliam redierimus, ita quod non capiantur. Teste rege apud Burdegalam, x. die Julii.

Mandatum est vicecomiti Norf' quod inquirat qui fuerunt illi qui apud Stynton' in domo Rogeri de Cler' ceperunt catalla Johannis de Sancto Dionisio contra pacem regis, dum idem Johannes fuit in prisona regis, et si invenerit per inquisitionem illam qui catalla illa ceperint modo predicto, vel ea habuerint, ipsi Johanni ea reddi faciat. Teste ut supra.

Rex Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, salutem. Cum omnia beneficia ecclesiastica ad domum de Bardenay spectancia et usibus monachorum appropriata, domo predicta vacante, ad custodiam nostram de jure spectare noscuntur sicut et tenementa eorum laica, miramur veementer (*sic*) quod predicta beneficia in manum nostram non cepistis, sicut capi consueverunt in hujusmodi domibus vacantibus in manus predecessorum nostrorum temporibus suis. Et ideo vobis mandamus quod predicta beneficia in manum nostram capi faciatis, et dictis monachis solitum et rationabile estoverium suum inde et aliis ad domum suam pertinentibus exhiberi, et ecclesiam et domos ejusdem abbacie sustentari faciatis, et residuum in manu nostra retineatis. Teste ut supra.

Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis inter Isabellam de Brus petentem et Rogerum de Monte Alto deforciantem de consuetudinibus et serviciis, in respectum ponant usque ad adventum regis in Angliam. Teste.[1]

Mandatum est priori de Regula quod districtionem quam facit Petro Feraunt de domibus suis quas habet in Regula, remittat, quia rex vult quod super demanda quam ei facit, coram rege vel senescallo Wasconie justiciam utrique eorum exhiberi. Teste rege apud Burdegalam, xvj. die Julii.

Mandatum est Amaneo de le Bret et domino Cavi Montis per duo brevia, quod sint coram rege apud Burdegalam die Ma[r]tis in crastino Sancte Margarete ad loquendum cum domino rege, et interim teneant in suspenso gwerram inter eos ortam.

Mandatum est maiori et preposito de Oleron', quod distringant Johannem le Flemeng' ad veniendum coram rege in crastino Beate Marie Magdalene, ad reddendum compotum de tempore quo fuit prepositus de Re. Petrum eciam Noaw et Galfridum fratrem ejus qui molestiam et injuriam intulerunt Eudoni clerico, dum fuit prepositus de Oleron', distringant quod tunc sunt coram rege ad respondendum eidem Eudoni super hiis que versus eum dicturus est. Teste rege apud Burdegalam, xiij. die Julii.

---

[1] Incomplete.

1243.

Postea quia non venerunt ad illum diem, mandatum est eisdem maiori et preposito quod distringant eos per corpora et catalla sua, quod sint coram rege die Mercurii proximo post festum Sancti Petri ad Vincula.

Rex Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, salutem. Ex querela multorum de potestate nostra ad nos veniencium, pro certo didicimus quod comes Britannie, non respiciens ad treugam inter nos et regem Francie initam, quicquid potest dampni infert nostris per mare transeuntibus, naves suas capiendo, et bonis et mercandisis suis eos spoliando et plures interficiendo, super quo plurimum perturbamur, nec decet quod tantam injuriam sub dissimulatione pertranseamus. Et ideo vobis mandamus quod omnes illos de Quinque Portubus qui de navibus suis servicium nobis debent, convenire faciatis certis die et loco, quam cicius fieri poterit, cum navibus suis bene munitis et paratis ire in servicium nostrum ad predictum comitem gravandum, quando preceperimus, si idem comes injurias et dampna predicta nobis emendare noluerit. Teste rege apud Burdegalam, xij. die Julii.

Mandatum est W. de Cantilupo, quod non omittat qui[n] turrim infra castrum Notingeham et cameras in illa decentes cum fenestris decentibus versus ripam et una tantum fenestra versus villam, et alias operationes in eadem turri fieri faciat secundum quod alias rex ei mandavit. Teste.[1]

Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, quod fieri faciant perambulationem inter terram Willelmi de Oddingesel' in manerio de Sulihull' in comitatu Warr' et terram domini regis in maneriis de Norton' et Brumesgrave in comitatu Wigornie, que Henricus de Hasting' habet in tenencia de ballio regis, ita quod perambulatio illa fiat per certas metas et divisas, et cum perambulatio illa facta fuerit, eam regi scire faciant, ut rex eam stare et teneri faciat. Teste rege apud Burdegalam, xvij. die Julii.

[m. 6*d.*] Rex Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, salutem. Nunciante nobis dilecto nobis fratre J. elemosinario nostro, custode hospitalis de Ospring', ad nos pervenit quod cum quandam terram cepisset ad firmam de Henrico de Cornhull' ad opus dicti hospitalis, prior Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia de cujus feodo terra illa est, ut dicitur, fratres dicti hospitalis nostri de terra illa ejecit, in eo non solum dicto custodi et fratribus set eciam nobis qui ejusdem hospitalis patroni sumus, gravis existens et injuriosus. Et ideo vobis mandamus quod inquisita rei veritate omnem quam poteritis[2] secundum legem et consuetudinem regni nostri dicto custodi inde justiciam exhiberi faciatis. Teste me ipso apud Burdegalam, xx. die Julii.

[1] Incomplete.
[2] The word 'diligenciam' is here cancelled.

1243.

Mandatum est eisdem, quod diligenter inquiri faciant qui magnates de Anglia, sive episcopi sive alii, tallagium vel scutagium auctoritate sua propria super liberos homines suo[s] assiderunt et ab eisdem ea ceperunt contra consuetudinem Anglie, et eciam qui terras tenentes in Anglia steterunt cum rege Francie in hac ultima gwerra, ita quod rex de utroque articulo in adventu suo in Angliam possit certificari. Teste rege apud Burdegalam, xx. die Julii.

Rex eisdem, salutem. Fuit nobis ex parte Ele comitisse Warr' ostensum quod facta ei dote de terris que fuerunt Thome quondam comitis Warr', viri sui, non fuit ei sua pars de feodis militum que de ipso comite tenebantur, assignata. Et ideo vobis mandamus quod si de predictis feodis partem debitam non habuerit, vos ei, secundum legem et consuetudinem regni nostri, super parte quam habere debet de feodis predictis plenam ei justiciam faciatis exhiberi. Teste ut supra.

Mandatum est Petro de Abbetot, preposito inter Duo Maria, quod fieri faciat in boscis in ballia sua d. bonas cleias de longitudine vij. pedum, et xxiiij. pontes, unde duodecim sint de longitudine xxvij. pedum, et xij. de latitudine xv. pedum, ita quod prompti sint die Jovis ante Assumptionem Beate Marie, et illos venire faciat super kayum Burdegale, et rex custum ei reddi faciet, cum illud sciverit. Teste rege apud Burdegalam, xxviij. die Julii.

Mandatum est preposito Aquensi quod conducat bargias et mitti faciat usque Sanctum Severum cum hominibus qui possint karkare ingenia regis, et postea ea ducere usque Baionam in eisdem bargiis, ita quod ingenia predicta sint apud Baionam cum omni festinatione. Teste ut supra.

Mandatum est preposito inter Duo Maria quod per totam balliam suam clamari faciat quod omnes illi qui servicium excercitus regi debent, sint apud Baioniam die Dominica proxima post festum Sancti Petri ad Vincula prompti et parati ad eundum in servicium regis. Teste.[1]

[m. *5d.*] Dominus rex rogat abbatem et capitulum Cysterciense quatinus regi liberaliter concedere velint quod abbates ordinis sui in potestate regis constituti de licencia et gratia sua competens auxilium regi impendant ad onera expensarum quibus dominus rex gravatur levius sustinenda, transmittendo domino regi per Willelmum de Plesseto litteras suas patentes super eodem negocio, dirigendas toto ordini tam in Anglia quam in Hybernia et Wallia constituto. Teste rege apud Burdegalam, xxj. die Augusti.

Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, quod loquelam que est inter Fluriam Juvenal et Nicholaum de Saunford' de intrusione facta in manerio de Periton' per ipsum Nicholaum, ut dicitur, ponant in respectum usque in quindenam post festum Sancti Michaelis anno etc. xxvij., eo quod loquela illa tangit Willelmum de Oddingesel', qui fuit in servicio regis in partibus transmarinis, et ad partes suas de licencia regis est reversus. Teste rege apud Burdegalam, xxij. die Augusti.

---

[1] Incomplete.

1243.

Rex W. Lungesp', Nicholao de Mol', senescallo Wasconie, et aliis fidelibus suis cum ipsis existentibus, salutem. Satis intelleximus ex verbis Johannis le Gras qui ad nos reversus est de rege Navarre, quod idem rex intendit tueri et manutenere Arnaldum Willelmi de Egremund' contra nos, dicens castrum Acris Montis esse de feodo suo. Nos vero, licet sciamus quod castrum illud sit de dominico et feodo nostro, nolumus quod gwerram eidem regi moveatis, castrum predictum obsidendo, antequam vobiscum et aliis fidelibus nostris de Wasconia, quos vocari fecimus quod sint ad nos apud Burdegalam die Martis in festo Sancti Egidii, inde tractatum habuerimus, ad quem diem volumus quod ad nos veniatis ; verumptamen si ex responso Vasatensis episcopi et Ricardi de Clifford' quos ad dictum regem Navarre destinavimus, audieritis quod amicabiliter erga nos se gerere noluerit, et de castro predicto commodum et honorem nostrum quoquomodo facere possitis, id totum discretioni vestre, de qua multum confidimus omnino relinquimus, ut faciatis quod videritis expedicius inde faciendum tam nostro quam honori vestro conveniens ; et super eo consulcius vobiscum deliberetis et bonum et sanum consilium habeatis, antequam aliquid attemptetis, de quo certi non fueritis quod ad bonum finem perducere possitis, et super eo prudentiores esse debetis, eo quod statum parcium illarum melius quam nos novistis. Teste rege apud Burdegalam, xxiij. die Augusti.

Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, quod singulis vicecomitibus Anglie scribi faciant quod scire faciant omnibus de ballivis suis qui tenent per servicium militare et habeant (*sic*) feodum militis integrum, sive tenementum propter quod milites fieri debeant, sicut ultimo provisum fuit antequam rex transfretaret, quod parati sint ad arma capienda ad mandatum regis postquam in Angliam venerit, de quocumque teneant, sive de rege in capite sive de alio ; et singuli vicecomites inquirant districte qui sint illi qui milites fieri debeant et milites non sunt, et qui teneant de rege in capite et qui de aliis, ita quod iidem archiepiscopus etc. habeant nomina singulorum penes eos inrotulata in adventu regis. Teste rege apud Burdegalam, j. die Septembris.

Mandatum est maiori et juratis Vasatensibus, quod sint apud Burdegalam hac instanti die Sabati, et ibidem habeant coram rege obsides illos quos rex eis commisit custodiendos, quando fuit apud Vasatum. Teste ut supra.

Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod inquiri faciant si Hugo le Veautr', captus et detentus in prisona regis de Aylesbyr' pro morte hominis, appellatus sit de morte illa vel non, et utrum culpabilis sit de morte illa nec ne ; et si invenerint quod de morte illa sit culpabilis, dummodo inde non sit appellatus, faciant ipsum terram regis abjurare, si voluerit, et si de morte illa non fuerit culpabilis, faciant ipsum tradi in ballio, sicut hujusmodi rettati de morte hominis tradi consueverunt in ballio, ad standum inde recto coram justiciariis regis, si quis versus eum inde loqui voluerit. Teste rege apud Burdegalam, iij. die Septembris.

1243.

Dies datus est Rustano de Solar' a domino rege in crastino Purificationis Beate Marie[1] anno etc. xxviij. de castro de Belin cum pertinenciis. Teste rege apud Solak, xiij. die Septembris.

[m. 3*d*.] Quia rex retinuit G. de Segrave, justiciarium foreste, propter recentem adventum regis, mandatum est vicecomiti Glouc' quod placita foreste que summonita fuerunt coram eodem G. in quindena Sancti Michaelis, clamari faciat per ballivam suam quod omnia placita predicta sint coram ipso in eodem statu quo summonita fuerunt ad predictam quindenam. Teste rege apud Wintoniam, xxx. die Septembris.

Memorandum quod subscripti retenti fuerunt in castro de Wind' per preceptum regis in festo Sancti Dionisii.

Stephanus de Sathanay,	miles.
Gervasius Purcel, Willelmus Blampom,' Willelmus de Aubervill', Robertus de Aubervill', Robertus Purcel,	servientes.
Willelmus de la Done, Hugo le Saucer, Robertus,	vigiles.

Rex rogat D. filium L. quondam principis Norwallie, quod residuum ccc. marcarum quod quidem regi restat solvendum, una cum iiij. equis quos ei promisit ante trasfretationem suam in auxilium illius trasfretationis, reddat eidem domino regi reddat (*sic*). Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Octobris.

[m. 1*d*.][2] Mandatum est vicecomiti Suff. quod si Magister W. de Clar', officialis Norwicensis episcopi. [*Cancelled.*]

Rex concessit Norwicensi episcopo quod Henricus de Hatfeld', Ricardus vicarius ecclesie de Hes', et Radulfum (*sic*) Haliday, clerici, detenti in prisona regis pro morte hominis, unde appellati sunt, tradantur eidem episcopo, ita quod eos habeat ad standum inde recto ubi et quando debuerint. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod eos deliberari faciat sicut predictum est. Teste.[3]

Prior de Wenlac, Brianus de Bramton' et Willelmus de Hellegh' constituti sunt justiciarii ad audiendum querelas super terris et tenementis que Leulinus quondam princips Norwallie occupavit a Wenunwenne patre Griffiini filii sui, secundum formam pacis pridem factam inter regem et David nepotem, filium Leulini, nepotem domini regis, et quod conveniant ad diem et locum quos viderint expedire ad hoc faciendum. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Octobris.

1 Substituted for ' festo sancti Hyllarii.'
2 The dorse of m. 2 is blank.
3 Incomplete.

27 HENRY III.—PART II.

1242.
[m. 10.] *Pro Hugone de Cornevill'.*—Rex concessit Hugoni de Cornevill', hostiario suo, id quod ad regem pertinet per unum annum et unum diem de terra que fuit Nicholai de Suningewell', qui fugit pro morte fratris sui quem interfecit, ut dicitur. Et mandatum est vicecomiti Berkes' quod de predicta terra cum pertinenciis eidem Hugoni plenam seisinam habere faciat, et si quid inde captum fuerit, id ei reddi faciat Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Stanes, xxix. die Octobris, anno etc. xxvij.

De catallis hominum de Dep' arestandis.—Quia rex audivit quod ballivi de Depe arestaverunt catalla Ricardi Alard et Willelmi Pollard, mercatorum Bristoll', ad valenciam lx. marcarum, mandatum est ballivis regis Suhampton' quod omnia catalla hominum de Depe inventa in villa sua arestari faciant, donec rex aliud inde preceperit Teste ut supra.

Pro Eadwardo filio regis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampton' quod de vinis regis de prisa faciant habere ballivis regis Suhampton' quatuor dolia vini carianda usque Windles' ad opus Eadwardi filii regis. Teste ut supra.

Pro domino Eboracensi archiepiscopo.—Mandatum est servienti de Weregrave quod porcos venerabilis patris W. Eboracensis archiepiscopi admittat ad inpinguendum (*sic*), in bosco de Culeham, donec sufficienter inpinguentur. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Keninton', ij. die Novembris.

Pro Willelmo de Whitinton'.—Willelmus de Whitinton' captus et detentus in prisona regis de Bruges' pro morte Margerie de Dunesleg', unde appellatus etc., habet breve quod ponatur in ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste ut supra.

Pro mercatoribus de potestate regis Francie (*sic*).—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod in propria persona sua accedat usque Bristoll', et omnia catalla que mercatores de potestate comitis Flandrie et domini Imperatoris et [ducis] Brabancie probare poterint sua esse, per sacramentum proborum et legalium hominum, de catallis que sunt in coga Flandrie, quam tres naves, videlicet una de Waterford et alia de Sueneseye et tercia de Bristoll' ceperunt, sine dilatione eis deliberari faciat una cum coga illa. Et si homines de predictis tribus navibus aliquid ceperunt de catallis que fuerunt in predicta coga Flandrie, sive in denariis sive in armis sive in pannis sive in aliquibus aliis, easdem tres naves arestari faciat, donec predictis mercatoribus de ablatis fuerit satisfactum. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, iiij. die Novembris.

1242.

Pro Stephano Sybri clerico.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod Stephanum Sybry clericum qui detentus est in gayola regis Noting', liberet Magistro Laurencio archidiacono Lincolnensi has[1] litteras regis deferrenti una cum litteris W. Eboracensis archiepiscopi patentibus, Teste ut supra.

De porcis inpinguandis ad opus domini regis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quatinus omnes porcos quos inpinguari fecerunt ad opus regis, occidi, bene saliri et salvo custodiri faciant, donec rex aliud inde preceperit, et escaetas inde vendi faciant. Et insuper emant ad opus regis mille porcos bene inpinguatos ad idem inde faciendum, nisi tot bacones ad vendendum invenire possent. Nichil autem de sexcentis libris de quibus significaverunt W. Eboracensi archiepiscopo, ad hoc capiant, set ipsas integras apud Sanctum Swithinum, sub sigillis abbatis de Hida et prioris Sancti Swithini et suis, ita quod salvo ibidem custodiantur, donec rex aliud inde preceperit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, vj. die Novembris.

De quodam austurco liberando.—Mandatum est Bartholomeo de la Hoes' quatinus austurcum regis quem ei tradet Rogerus de Halewurth', recipiat et bene custodiat, non faciens eum volare nisi deliciose, videlicet semel vel bis ad plus in septimana. Teste ut supra.

Pro Johanna Wak'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod si aliquod scutagium recepit de feodis militum que Johanna Wak' de rege tenet in capite in balliva sua antequam litteras regis ei detulisset de scutagio suo habendo, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra. Idem mandatum est vicecomitibus Cumbrie et Eboraci.

Pro mercatoribus transmarinis.—Mandatum est ballivis de Portesm' quod xxx. miliaria stagni arestati in villa sua sine dilatione deliberari faciant, quia Johannes Blancbuilly manucepit quod stagnum illud veniet London.' Teste ut supra.

Pro hominibus regis de Jernem'.—Rex dedit probis hominibus de Jernem' totam partem regis ipsum regem contingentem de navi de Bononia, que capta fuit per guerram, simul cum parte regis armamenti ejusdem navis. Et mandatum est vicecomiti Norff' quod partem regis inde eis habere faciat. Teste ut supra.

Quia naves de Jernem' aliquamdiu moram fecerunt cum navibus Quinque Portuum, nichil expedientes nec commodum aliquod facientes, mandatum est B. de Crioil, constabulario Dovor', quatinus ultra octabas Sancti Martini predictas naves de Jernem' ad partes suas redire permittat. Teste ut supra.

Pro hominibus de Templo.—Quia non constat W. Eboracensi archiepiscopo et consilio regis utrum rex velit quod homines tenentes de Templo in partibus transmarinis venientes in Angliam tempore guerre debeant arestari necne, mandatum est ballivis Suhampt'

[1] The words ' Lincolnensi has ' are interlined, and ' Rychemund ' is cancelled.

1242.

quod Willelmum de Perer', latorem presencium, tenentem de Templo, cum omnibus rebus suis hac vice de gratia regis deliberent. Teste ut supra.

Pro Johanne le Vadlet.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quatinus si Johannes le Vadlet, mercator, invenerit eis bonos et salvos plegios, qui manucapiant ad habendum corpus suum et omnia catalla sua in Anglia existencia coram rege vel consilio regis quando rex preceperit, tunc ipsum Johannem libere ire per civitatem suam permittant, ad perquirendum debita sua que in predicta civitate ei debentur. Teste ut supra.

Pro Adam de Kaleston'.—Mandatum est custodibus gaiole de Flet' quod Adam de Kaleston', detentum in predicta prisona pro Philippo de Kaleston', fratre suo, sine dilatione deliberari faciant. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, viij. die Novembris.

Pro rege, de galia sua.—Mandatum est Simoni de Bristoll', Danieli le Bretun et Willelmo de Tanet quatinus ipsi tres remaneant cum galia regis apud Portesm', et omnes alios socios suos ad partes suas redire permittant, donec rex aliud eis preceperit, et rex liberationes suas, tam illas que a retro sunt quam alias, eis mitti faciet. Teste ut supra.

Pro abbate de Bello Loco Regis.—Mandatum est custodi vinorum regis Suhampt' quod de vinis regis que sunt in custodia sua, habere faciat abbati de Bello Loco Regis quoddam dolium vini ad celebrandum divina in domo sua, quod rex ei concessit per cartam suam singulis annis percipiendum. Teste ut supra.

De assisis nove disseisine.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod omnes assisas nove disseisine in balliva sua venire faciat coram W. Eboracensi archiepiscopo apud Norhampton' in crastino Sancti Hyllarii. Teste ut supra.

Pro Roberto de Bruis'.—Rex reddidit Roberto de Bruis' qui desponsavit Beatricem neptem et heredem Walteri de Evermuth', omnes terras que fuerunt ipsius Walteri, quas de rege tenuit in capite in balliva vicecomitis Norf', et que ipsam Beatricem jure contingunt hereditario, et idem Robertus fidelitatem inde regi fecit, et homagium regi inde faciet in proximo reditu regis in Angliam, et de relevio suo regi satisfecit. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod de omnibus terris predictis in balliva sua de quibus idem Walterus seisitus fuit in dominico suo ut de feodo die qua obiit, eidem Roberto plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne le Vadlet.—Quia Johannes le Vadlet, lator presencium, invenit maiori et vicecomitibus London' salvos plegios per preceptum regis qui tam corpus suum quam omnia catalla sua existencia in Anglia habebunt coram rege vel consilio regis, quando rex preceperit, mandatum est vicecomiti Kancie quod ei venienti in ballivam suam

1242.

pro debitis suis perquirendis nullam faciat vel fieri permittat molestiam aut gravamen. Teste ut supra.

Pro Thoma de Newerc.—Mandatum est custodi episcopatus Londoniensis quod in bosco predicti episcopatus de Haringeye faciat habere Thome de Newerc duas quercus ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

De quadam priorissa procreanda.—Mandatum est conventui Sancti Eadwardi de Shaftebur', quod cum rex priorisse sue et eis licenciam dederit abbatissam eligendi, et jam non sit aliqua de eis priorissa, non debent ad electionem abbatisse procedere sine priorisse creatione precedente, unde rex bene concedit quod habito inter eos diligenti tractatu, sicut fieri consuevit, cui intersit custos regis domus sue ratione vacationis abbatie sue in manu regis existentis, qui locum abbatisse optineat in priorisse creationem, ad priorissam inter eas creandam de communi consilio procedant, quia rex non poterit sustinere quod abbatissa ab eis eligatur sine priorissa. Teste ut supra.

Mandatum est R. Passelewe quod loco abbatisse intersit creationi priorisse sue. Teste ut supra.

Pro Johanne Ganefrey et sociis suis.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quia rex accepit per inquisitionem quam fieri precepit, quod Johannes Ganefrey, Thomas le Ferre, Johannes Belle, Henricus de Cornhampton' et Walterus Attebrok', capti et detenti in prisona regis de Guldeford' pro morte Johannis Makerel, unde appellati etc., et quod Johannes Cocus et Adam le Champiun de morte illa culpabiles sunt, predicti Johannes, Thomas, Johannes, Henricus et Walterus habent breve quod ponantur in ballium. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Fuleham, xij. die Novembris.

Pro Radulfo de Leic' clerico.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Radulfo de Leic', clerico regis, tres bonas quercus in forinseco bosco regis de Havering' de dono regis ad quedam edificia construenda. Teste ut supra.

De executione testamenti Hugonis Hodeng'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod faciat habere executoribus testamenti Hugonis Hodeng' liberam aministrationem omnium catallorum que fuerunt ipsius Hugonis in balliva sua, accepta ab eis securitate quod de debito quod regi debuit, si quod regi debuit, reddent, retentis tamen ad opus regis carucis suis ad precium ad quod appreciate fuerint, de quarum precio executoribus suis rex satisfaciet. Teste ut supra. Eodem modo scribitur vicecomiti Essex'.

Pro Johanne Gulias et Gilberto de Draiton'.—Johannes Gulyas et Gilbertus de Drayton', capti et detenti in prisona regis Oxonie pro morte Roberti de Danebur', unde rettati etc., habent breve vicecomiti Oxonie quod ponantur in ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste ut supra.

1242.

Pro abbate et conventu Glouc'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod habere faciat abbati et conventui Glouc' decimam tocius venacionis regis capte ad opus regis in foresta regis de Dene hoc anno postquam decimam non habuerunt, et quam decimam inde habere debent per cartam regis quam inde habent. Teste ut supra.

Rex significavit W. Eboracensi archiepiscopo et W. de Cantilupo quod quadringentos Walenses preparari faciant ad veniendum ad regem in Wasconiam. Et mandatum est J. Extraneo quod in [*Unfinished and cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

Pro Roberto camerario et sociis ejus.—Robertus camerarius, Jacobus clericus, Robertus Ulketel, Eudo filius Odelmi, Radulfus de Hockam, Walterus filius Ern', Ricardus filius prepositi, Bricius Carpe, Willelmus filius Jordani, Henricus Goce, Florencius Berker, Thomas filius Florencii, Walterus le Berker, Robertus filius Radulfi, Eudo de Tybeam, Robertus Rugge, Robertus filius prepositi, Robertus Weneng', Ricardus filius Stephani, Ricardus le Bedel, Robertus Bedel, Ricardus filius Rogeri, Eudo filius Umfridi, Jocelinus filius Edithe, Ricardus parcarius, Johannes filius Willelmi et Eudo filius Odelmi (*sic*), capti et detenti in prisona Norwic' pro morte Radulfi de Meyners, habent breve vicecomiti Norff' directum ut ponantur per ballium usque adventum justiciariorum. Teste ut supra.

De Walensibus ad regem mittendis.—Rex significavit W. Eboracensi archiepiscopo et W. de Cantilupo, quod quatuor milia Walensium preparari faciant ad veniendum ad regem in Wasconiam. Et mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod in balliva sua duo milia preparari faciat, ita quod prompti sint et parati cito post instans festum Sancti Hyllarii ad veniendum ad regem quando prefati archiepiscopus et W. de Cantilupo ei significabunt.

Eodem modo scribitur Johanni de Monem' de duobus milibus. Teste ut supra.

Pro Johanne Skau et pro aliis imprisonatis.—Johannes Skau, Ricardus frater ejus, Simon pistor et Robertus sutor, capti et detenti in prisona regis Cantebr' pro morte Petri le Messer de Ditton', unde appellati sunt etc., et quod Rogerus Russel de morte illa culpabilis est, habent breve vicecomiti Cantebr' quod ponantur in ballium. Teste etc. ut supra.

Pro Isabella filia Willelmi de Albiniaco.—Rex mittit Isabellam filiam et heredem Willelmi de Albiniaco ad H. Giffard et Magistrum W. le Brun, mandantes eis quatinus ipsam una cum aliis pueris regis in custodia regis existentibus bene custodiri et in necessariis exhiberi faciant. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, xix. die Novembris.

Pro Johanne de Tudeham et Thoma filio Roscelini.—Stephanus de Brokedis, Willelmus de Sancto Audamaro, Petrus Roscelin, Willelmus Malerb', Adam de Birlingham', Robertus de Curcun,

1242.

Robertus de Hedenham, Reynerus de Burgo, Johannes de Lodnes, Willelmus de Vallibus, Willelmus Mody et Willelmus filius Ade manuceperunt Johannem de Tudeham et Thomam filium Roscelini, rettatos de morte Walteri Comyn in comitatu Sussex', habendos coram justiciariis regis ad primam assisam, cum in partes illas venerint, ad standum inde recto. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod ipsos in comitatu suo ea occasione decetero non interrogat. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Tharente.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod in boscis predicti episcopatus de Dunton' faciant habere abbatisse de Tharente quinquaginta cheveronos ad fabricam ecclesie sue, ubi ad minus nocumentum predictorum boscorum capi possunt, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Lucia uxore Ricardi de Grey.—Mandatum est constabulario de Doninton' quod in parco de Doninton' faciat habere Lucie uxori Ricardi de Grey quatuor damas contra instans festum Natalis Domini, de dono regis. Teste ut supra.

De procreatione priorisse.—Mandatum est conventui Sancti Eadwardi quod cum abbatissa domus sue de consilio quarundam monialium seorsum vacatarum (*sic*) de discretioribus domus ejusdem eis preficere consueverit priorissam, sicut rex alias eis significavit, adhuc eciam eis significat quod in presentia R. Passelewe, custodis regis, qui in creatione priorisse vice regis locum optineat abbatisse ratione domus sue in manu regis existentis, ad priorissam creandam et non alio modo procedant. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Windles', xxv. die Novembris.

Pro Thoma de Berkel'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod scutagium quod exigit a Thoma de Berkel' de feodis militum que de rege tenet in capite in balliva sua ponat in respectum usque ad reditum regis de partibus transmarinis, quia idem Thomas misit ad regem ad partes transmarinas filium suum se tercio milite. Teste ut supra.

[m. 9.] *Pro Willelmo Caperun.*—Rex reddidit Willelmo Caperun manerium de Coleby cum pertinenciis quod prius tenuit de dono regis, et de quo eum disseisivit et commisit Roberto Malet per voluntatem suam. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem Willelmo vel certo nuncio suo has litteras regis deferenti talem seisinam de predicto manerio de Coleby cum pertinenciis habere faciat, qualem inde habuit quando per preceptum et voluntatem regis inde fuit disseisitus. Teste ut supra.

De rebus[1] *guerrinis mercatorum de potestate regis Francie.*—Mandatum est ballivis regis Bristoll' quod septem saccos et duas pisas lane, quatuor dacras et dimidiam coriorum, sexcentas pelles agninas et trescentas pelles ovinas, arestatas in coga Flandrie, et que sunt catalla Willelmi Gaylard, mercatoris de Sancto Audomaro de potestate

1 Substituted for 'terra.'

1242.

regis Francie, salvo custodiri faciant usque ad adventum W. de Cantilupo ad villam suam, et tunc commodum regis inde faciant secundum quod idem W. eis dicet ex parte regis, quia idem W. est ibi venturus in brevi. Teste ut supra.

Mandatum est eciam eisdem ballivis quod omnia catalla Willelmi Gaylard, mercatoris de Sancto Audomaro de potestate regis Francie, que per Martinum Bac, conburgensem suum, una cum illis que sunt in coga,[1] in villa sua poterunt arestari, salvo custodiri faciant, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De executione testamenti J. quondam Bathoniensis episcopi.—Mandatum est R. Passelewe, custodi episcopatus Bathoniensis, quatinus executores J. quondam Bathoniensis episcopi liberam amministrationem omnium bonorum que fuerunt ejusdem episcopi ad executionem testamenti sui faciendam habere permittat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Windles', xxx. die Novembris.

Pro Ricardo de Grey.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod habere faciat Ricardo de Grey tres damas in foresta Suhampton', de dono regis, ubi melius capi possunt sine detrimento foreste. Teste ut supra.

Pro domino W. Karleolensi episcopo.—Mandatum est constabulario de Doninton' quod habere faciat W. Karleolensi episcopo quinque damas in parco de Doninton', de dono regis. Teste ut supra.

De navibus arestandis.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod de navibus que jam venerunt vel noviter sunt venturê usque Suhampton' cum vinis, quinque bonas naves faciat arestari, in quibus gens regis cum bladis et rebus aliis ad regem ducendis in Wasconiam salvo et secure valeat transfretare, et cum illas arestaverit, id statim significet W. Eboracensi archiepiscopo et aliis de consilio regis. Teste ut supra.

Pro Eadwardo filio domini regis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampton' quod de vinis regis de prisa faciant habere ballivis regis Suhampton' quinque dolia vini carianda usque Windleshour' ad opus Eadwardi filii regis. Teste ut supra.

Pro Petro de Sabaudia.—Rex acomodavit Petro de Sabaudia domos que fuerunt J. Bathoniensis episcopi in London' ad hospitandum in eis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est Galfrido, custodi predictarum domorum, quod illas liberet assignato ipsius Petri, salvo ipsi custodi eo quod ad ipsum pertinet de custodia predictarum domorum. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Chareter.—Mandatum est ballivo hundredi de Chaderington' quod Willelmum le Chareter quem cepit eo quod verberavit et male tractavit homines W. Eboracensis archiepiscopi contra pacem regis, liberet constabulario castri Oxonie, cui rex mandavit

[1] The words 'una . . . coga' are interlined.

1242.

quod illum recipiat et in prisona regis ejusdem castri salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Ottinton', v. die Decembris.

Pro Ricardo le Provost.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Ricardum le Provost qui se subtraxit eo quod vulneravit et maletractavit homines W. Eboracensis archiepiscopi contra pacem regis, interrogari faciat de comitatu in comitatum, donec comparuerit ad standum inde recto, vel utlagatus fuerit secundum consuetudinem regni. Teste ut supra.

De manerio de Redmild' commisso Roberto de Crepping'.—Rex commisit Roberto de Crepping' manerium de Redmild' una cum aliis terris que fuerunt Willelmi de Albiniaco. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod predictum manerium ei liberet, et respondeat eidem Roberto de omnibus exitibus qui provenerunt de predicto manerio postquam devenit ad manus suas, de quibus idem Robertus respondere debet ad Scaccarium nostrum. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Retheref', xiij. die Decembris.

Eodem modo vicecomiti Linc' de terra que fuit ipsius Willelmi in Wulstorp'. Teste ut supra.

Pro abbate de Loco Sancti Eadwardi.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampton' quod de vinis regis que sunt in custodia sua, habere faciat abbati de Loco Sancti Eadwardi unum dolium vini de prisa de hoc anno regni regis xxvij., cui rex concessit per cartam suam unum dolium vini singulis annis percipiendum de dono regis apud Suhampton', ad celebrandum divina in domo sua. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Ottinton', viij. die Octobris.

Pro Paulino Peyvr'.—Rex commisit Paulino Peyvre terram de Linlegh' et Wylie quam Robertus Malet aliquando tenuit, habendam et tenendam quamdiu regi placuerit, pro quinquaginta marcis quas rex ei prius concessit percipiendas singulis annis ad Scaccarium regis, ita quod rex quietus erit de predictis l. marcis quamdiu terram illam tenuerit. Et mandatum est vicecomiti Hertford' quod de predicta terra cum pertinenciis plenam ei seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est custodi gaiole de Newegate[1] quod quinque prisones quos constabularius regis de Merleberg' ei liberabit, una cum prisonibus quos vicecomites regis Oxonie, Middelsex', Sumers', Suhampton', Sussex', Surr', Kancie, Glouc', Wiltes', Berk', Sumers' (*sic*) et Devonie ei liberabunt, ab eis recipiat et in prisona regis de Flete salvo custodiat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Rading', xvj. die Decembris.

Pro Willelmo de Cantilupo.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod de omnibus terris que fuerunt Hamonis de Valeynes in Hybernia, plenam seisinam habere faciat latori presencium ad opus dilecti et fidelis regis W. de Cantilupo, cui rex dedit custodiam

[1] 'Newegate' is interlined, and 'Flete' cancelled.

1242.

earundem terrarum una cum maritagio heredum ipsius Hamonis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Windles', xvij. die Decembris.

Pro dominis W. Eboracensi archiepiscopo et W. Karleolensi episcopo.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod capi faciat in balliva sua ubi commodius capi poterunt, septem damas ad opus W. Eboracensis archiepiscopi et v. damas ad opus W. Karleolensis episcopi, et illas eis mitti faciat contra instans festum Natalis Domini de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est B. de Sabaudia, constabulario de Windles', quod in foresta regis de Windles' faciat habere custodibus pontis de Windles', qui debilis est et fractus, quatuor quercus ad reparationem ejusdem pontis. Teste ut supra.

Pro Rogero de Stopham.—Mandatum est Jordano de Eynho, quod si habeat aliquod remanens pannorum qui empti fuerunt ad familiam Eadwardi filii regis, de illo remanenti faciat habere Rogero de Stopham, venatori regis, unam robam. Teste ut supra.

De allece emendo ad opus domini regis.—Mandatum est vicecomiti Norff' et Suff', quod, sicut regem et honorem regis diligit, in singulis bonis villis de balliva sua, in quibus allec venale poterit inveniri, per visum et testimonium proborum et legalium hominum singularum predictarum villarum per talliam inter ipsos et ipsum factam et per sacramentum eorundem appreciatum querat ad opus regis allec usque ad summam lx. lastorum, et illud cum primo vento oportuno in una bona et secura navi cariari faciat usque London', liberandum ibidem fratri Johanni, elemosinario domini regis, vel ei quem ad hoc assignaverit; et quantum receperit in singulis predictis villis et precium ejusdem significet W. Eboracensi archiepiscopo, qui custum illud sine dilatione reddi faciet. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Keninton', xviij. die Decembris.

Pro Johanne filio Galfridi.—Rex commisit dilecto et fideli suo Johanni filio Galfridi manerium de Waddon' cum pertinenciis, quod H. comes Arundell' nuper regi reddidit de terris Normannorum, habendum et tenendum ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit.[1] Et mandatum est vicecomiti Buk' quod de predicto manerio cum pertinenciis plenam ei seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Turrim Lond', xxv. die Decembris.

De blado domini regis vendendo.—Mandatum est R. de la Lade, custodi terrarum que fuerunt comitis Glouc', quatinus per visum et testimonium proborum et legalium hominum vendi faciat omnia blada que sunt in maneriis de custodia sua terrarum comitis supradicti, sicut melius et commodius ad opus regis vendi poterunt, salvo sustenemento eorundem maneriorum usque ad novum granum, et in venditione[2] illa ita se gerat diligenter et discrete quod diligenciam

[1] The words 'quamdiu . . . placuerit' are interlined and 'donec rex inquiri fecerit quantum manerium illud valeat per annum' are cancelled.

[2] The word 'sua' is here cancelled.

1242.

suam et discrecionem debeat rex specialiter commendare. Provideat eciam quod omnia arreragia que regi debentur in predicta custodia sua, habeat ad Scaccarium regis in crastino Sancti Hyllarii, anno etc. xxvij.

Pro Galfrido de Lucy.—Mandatum est Johanni de Venuz quod habere faciat Galfrido de Lucy ad opus Nicholae uxoris sue tres damas in foresta regis de Axiholt, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Alexandro de Costentin et Roberto Wal'.—Alexander de Costentyn et Robertus Wale, capti et detenti in prisona regis Linc' pro morte Simonis de Bekeby, unde appellati etc., habent breve vicecomiti Linc' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

Pro Milisanta de Merl' et Cecilia que fuit uxor Radulfi de Colecestr'.—Milisanta de Merl' et Cecilia que fuit uxor Radulfi de Colecestr', capte et detente in prisona regis Linc' pro morte Magistri Johannis de Snelleslund', unde appellate etc., habent breve vicecomiti Linc' quod ponantur per ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste ut supra.

Pro abbate de Waverl'.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond', quod occasione precepti quod rex eis fecit de allece arestando donec rex retinuerit quantum ad opus suum retinere voluerit, non arestent allec abbatis de Waverl' seu aliorum quorumcumque emptum ad usus suos proprios, set solummodo allec mercatorum venale. Teste ut supra.

Pro R. comite Pictavie et Cornubie.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod habere faciat R. comiti Pictavie et Cornubie decem damos et xx. damas in foresta de Chipham, et x. damos et xx. damas in foresta de Melkesham, et x. damos et xx. damas in foresta de Gillingham, de dono regis, ad instaurandum parcum suum de Corsham. Teste ut supra.

Pro Ricardo marescallo.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod habere faciat Ricardo marescallo domini regis, cui rex concessit manerium de Cheleberg' ad se sustentandum, preter quinque marcas quas inde reddere debet per annum ad Scaccarium regis, redditum ejusdem manerii de termino Sancti Michaelis anno etc. xxvj. ad se instaurandum, eo quod recepit predictum manerium nudum. Teste ut supra.

De quadam navi deliberanda.—Mandatum est ballivis de Winchels', quod navem de Baionia quam arestaverunt in portu suo, que vocatur *le Esparver*, sine impedimento permittant ire usque Sandwic', accepta prius a mercatoribus ejusdem navis securitate quod alibi se non divertent. Teste ut supra.

Pro Alexandro Galiet et sociis suis.—Alexander Galiet, Jordanus Russel, Rogerus Bren, Willelmus Tral, Aungerus filius Ricardi et Coleman frater ejus, capti et detenti in prisona regis Exonie eo quod.

1242. capti fuerunt in insula de Lunday cum Willelmo de Marisc' habent breve vicecomiti Devonie quod replegientur[1] per[2] xij. etc. usque ad adventum justiciariorum. Teste ut supra.

1243. *Pro Matillide que fuit uxor Ade Bleg'.*—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri precepit in comitatu Oxonie, quod Matillis que fuit uxor Ade Bleg' cum pueris suis fuit in seisina de una virgata terre in Chalgrave post mortem prefati Ade, donec Drogo de Barentyn ipsam Matillidem et pueros suos de predicta terra ejecit. et quod predicta Matillis habere debet custodiam predicte virgate terre usque ad etatem puerorum suorum, et quod pueri sui succedere debent jure hereditario predicto Ade patri suo in terra predicta, mandatum est vicecomiti Oxonie quod predicte Matillidi et pueris suis eandem de predicta terra seisinam habere faciat, qualem inde prius habuerunt antequam idem Drogo per voluntatem suam ipsos inde ejecerat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Norhampt', xij. die Januarii.

[m. 8.] *De coronatoribus eligendis.*— Mandatum est maiori et ballivis Lincoln' quod loco Johannis de Paris, Roberti filii Iwiny et Ricardi filii Jacobi, coronatorum regis in civitate regis Lincoln', qui mortui sunt, in plena curia regis ejusdem civitatis eligi faciant alios coronatores qui placita corone regis et ea que ad coronam regis pertinent, sciant et velint fideliter conservare, a quibus eciam sacramentum recipiant in eadem curia quod officio illi fideliter et diligenter intendent. Teste ut supra.

Pro Henrico le Curtiller et Thoma le Fulur.—Henricus le Curtiller et Thomas le Fullur, capti et detenti in prisona regis Linc' pro morte Ricardi Panne, unde appellati etc., quia Adam de Swymhamsted', canonicus de Novo Loco, de morte illa culpabilis est, habent breve quod ponantur in ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste ut supra.

Pro Roberto filio Osberti et Henrico fratre ejus.—Robertus filius Osberti et Henricus frater ejus, capti et detenti in prisona nostra Oxonie pro morte Rogeri de Chyngetr' et Alexandri filii Martini, unde appellati etc., quia Simon filius Willelmi et Ricardus frater ejus de morte illa culpabiles sunt, habent breve quod ponantur in ballium. Teste ut supra.

Pro Henrico Gubyun.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Henrico Gubyun de Jerdel' tres quercus in foresta de Whitlewode, ubi capi possunt ad minus nocumentum ejusdem foreste, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Henrico Pichepap'.—Mandatum est vicecomiti Norff' quod xvj. marcas et dimidiam que debentur Henrico Pichepap' pro sale suo vendito, et quas arestavit una cum nave in qua predictum sal continebatur, sine dilatione ei deliberari faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Norhampton', xxj. die Januarii.

---

[1] Interlined, and 'ponantur' cancelled.
[2] The word 'ballium' is here cancelled.

1243.

Pro Eadwardo filio domini regis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampton' quod decem dolia vinorum regis de prisa, que sunt in custodia sua, liberent ballivis regis Suhampton' carianda usque Windles' ad opus Eadwardi filii regis. Teste ut supra.

De navibus arestandis.—Mandatum est B. de Crioil, constabulario Dovor', quod de Quinque Portubus venire faciat xv. naves bonas cum primo vento oportuno usque Portesm' ad deferendum victualia domini regis in Wasconiam. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Kareter.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod si Willelmus le Kareter[1], captus et detentus in prisona regis Oxonie pro verberatione cujusdam servientis W. Eboracensis archiepiscopi, de cujus morte timebatur, invenerit ei sex legales homines ad standum inde recto coram justiciariis, vel quando rex preceperit, tunc tradat ipsum in ballium illis sex etc. Teste ut supra.

Pro Henrico de Bathonia.— Quia oportebit Henricum de Bathonia, vicecomitem regis Eboraci, morari in partibus illis ad custodiendum partes illas et castra regis in partibus illis, mandatum est baronibus de Scaccario, quod loco suo recipiant Ranulfum de Cern, ad compotum suum reddendum, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro hominibus abbatis Westmonasteriensis.—Quia abbas Westmonasteriensis fecit regi securitatem per Ricardum prepositum de Westmonasterio, Magistrum Alexandrum carpentarium, Radulfum Sum', Walterum West, Willelmum de Aqua et Willelmum le Barbur pro Willelmo Percehaye et Philippo le Messer et Thoma de Sutton'[2], captis et detentis in prisona regis Wigornie pro roberia facta in Tydesleg', unde Adam Berd et Ricardus clericus de Burlingeham eos appellant, quod predictos Willelmum et Philippum et Thomam[3] habebit ad standum inde recto ad primam assisam cum in partes illas [justiciarii] venerint, vel alibi ubi rex preceperit, mandatum est vicecomiti Wigornie quod per predictam plevinam predictos prisones deliberet. Teste ut supra.

De quadam assisa, quod non capiatur.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quatinus de capella de Coppenhal' spectante ad matricem ecclesiam de Wybonbur' nullam assisam capiat quamdiu episcopatus Coventrensis et Lichfeldensis fuerit in manu regis ; et si assisa forsitan inde capta fuerit, nullum inde judicium reddat nec aliquam executionem faciat ; et si quid factum fuerit, revocet. Teste ut supra.

Pro domino Elyensi episcopo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod allocari faciant H. Elyensi episcopo amerciamenta hominum suorum secundum tenorem cartarum suarum et sicut allocari consueverunt rege existente in regno suo Anglie. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, xxvj. die Januarii.

1 Interlined, and 'Ricardus le Provost' cancelled.
2 The words 'et Thoma de Sutton' are interlined.
3 The words 'et Thomam' are interlined.

1243.

Pro Hugone de Ardern'.—Mandatum est magistro Simoni de Wauton', custodi episcopatus Coventrensis et Lichfeldensis, quatinus in parco de Brewude faciat habere Hugoni de Ardern' xv. feras ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro domino Elyensi episcopo.—Mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' quod permittat H. Elyensem episcopum habere curiam suam de hominibus suis, cum implacitati fuerint in eisdem comitatibus, secundum tenorem carte sue quam rex ei fieri fecit, et sicut habere consuevit. Teste ut supra.

Pro Thoma de Multon'.—Mandatum est vicecomiti Cumbrie quod non distringat Thomam de Multon' pro scutagio suo de feodis militum que de rege tenet in capite in balliva sua, donec a rege aliud habuerit mandatum. Teste ut supra.

De allece liberando.—Mandatum est vicecomitibus London' quod lx. lesta allecis que rex nuper arestari precepit in villa sua, liberent fratri J. elemosinario domini regis ad elemosinas suas inde faciendas ; et rex satisfaciet de precio hiis de quibus illud ceperint. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Parco, custodi domorum regis de Fekham, quod quia W. Wigorniensis episcopus nondum habuit illas quinquaginta braemias quas rex ei dedit in vivario suo de Kenillewurth', quod in vivario regis de Fekham eidem habere faciat xxv. braemias, et W. de Cantilupo, fratri suo, v. braemias, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia non habuit.*

Mandatum est custodi episcopatus Bathoniensis quod in parcis predicti episcopatus, sicut ad minus nocumentum eorundem parcorum fieri poterit, faciat habere W. de Cantilupo ad quendam parcum suum instaurandum xv. feras, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia non habuit.*

Pro Matillide que fuit uxor Johannis le Evesk'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod de manerio de Parva Sobyr' assignari faciat Matillidi que fuit uxor Johannis le Evesk', rationabilem dotem suam, retentis in manu regis duabus partibus ejusdem manerii, quas salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilupo.—Mandatum est R. de la Lade, custodi terrarum que fuerunt comitis Glouc', quod habere faciat Willelmo de Cantilupo x. quercus in parco de Huneden' ad faciendum pannos et furcas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro R. Brunman et sociis suis.—Quia lesta coriorum que regem contingebant de catallis guerrinis et que modo appreciata fuerunt, videlicet singula lesta ad xv. marcas, modo sunt vendita R. Brunman et sociis suis pro xviij. marcis, mandatum est ballivis de Jernem' quatinus Rogerum Fegge et socios suos, qui habuerunt de lestis regis sex lesta pro allece empto ab eis ad elemosinam nostram pro lx. libris, distringatis ad solvendum predicto Roberto et sociis suis qui

1243.

regi inde debent respondere de singulis lestis, tres marcas plus, ita quod de singulis lestis possint respondere regi de xviij. marcis, aut quod reddant ipsis R. et sociis suis illa sex lesta, ut sic inde regi possint respondere. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, xxvij. die Januarii.

Pro Johanne Bone.—Mandatum est Roberto Brunman quod de fine quem fecit cum rege pro catallis guerrinis regem contingentibus apud Jernem' habendis, faciat habere Johanni Bone vel ejus certo assignato x. marcas citra octabas Purificationis Beate Marie, de dono regis, et rex in fine predicto illas ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Herberto filio Petri.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod per terras et catalla distringat Galfridum de Sancto Mauro quod sine dilatione reddat Hereberto filio Petri ad opus Walteri mercatoris Flandrie, cui predictus Herbertus tenetur respondere, unum saccum lane quem habet de lana predicti mercatoris ei ablata. Teste ut supra. Similiter Walterum de Balun in comitatu Hereford' de uno sacco lane ; Nicholaum de Wauncy, Robertum de Ore et Agnetem dominam de Quabbe de quinque saccis lane in comitatu Suht' ; Gaudinum de Albo Monasterio similiter de duobus saccis lane in comitatu Sussex'. Teste ut supra.

Pro Philippo le Deveneys.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri precepit, quod Robertus filius Alvredi de la Berton' tenuit unam virgatam terre et duas denaratas redditus cum pertinenciis in la Berton' in soccagio, scilicet per servicium quatuor solidorum et viij. denariorum, et unam acram terre similiter in suburbio Glouc', scilicet per servicium xvj. denariorum et unius oboli per annum, et quod Philippus le Deveneys propinquior est Dionisie heredi ipsius Roberti, mandatum est vicecomiti Glouc' quod ipsi Philippo de custodia predictorum terre et redditus usque ad legitimam etatem ipsius Dionisie plenam seisinam habere faciat, salvo jure uniuscujusque si quis propinquior affinitate ipsam contingebat, et salvis Willelmo filio Henrici custodia dimidie virgate terre quam idem Robertus tenuit per serjantiam, et maritagio ipsius Dionisie. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Munfichet.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod loco Ricardi de Munfichet, vicecomitis Essex' et Hertf', recipiant Willelmum Marmiun ad compotum suum reddendum de tempore quo exstiterit vicecomes regis eorundem comitatuum. Teste ut supra.

Pro canonicis Sancti Petri de Gippewico.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri precepit, quod non erit ad nocumentum ville regis de Gippewico si vicus qui modo est ex parte australi mesuagii quod fuit Willelmi Godeskalk', mutetur per canonicos Sancti Petri de Gippewico ex parte boreali, immo magis erit ad utilitatem predicte ville regis de Gippewico, si per eos mutatur ex parte boriali, quia tunc erit in loco competenciori et sicciori quam modo est, et magnus vicus qui tendit se ad forum equalior et propinquior erit per illam mutacionem, rex concessit eisdem canonicis quod predictam mutacionem fieri

1243.

possint. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod predictam mutacionem illos facere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Johanne de Tudeham et Johanne de Hedenham.—Johannes de Tudeham et Johannes de Hedenham, appellati de morte Walteri coci, et propter hoc capti et detenti in prisona regis, traditi sunt in ballium per preceptum regis usque ad primam assisam cum justiciarii nostri in partes illas venerint. Et[1] mandatum est vicecomiti Glouc' quod de terris predictorum appellatorum occasione predicta in manum regis sine dilatione captis eis sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium,[2] primo die Februarii.

Pro probis hominibus de Dunwico.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod non obstante libertate ville regis de Dunwico distringat omnes illos in predicta villa in quorum manus devenerunt lane, coria et omnia alia bona contenta in navi de Pevenes', que arestata fuit apud Dunwicum, ad reddendum Roberto filio Reginaldi et Roberto filio Goce, probis hominibus regis de Dunwico, l. marcas, duos saccos lane et xl. coria vel precium predicte peccunie, que adjudicata sunt eis in curia regis pro calumpnia sua quam posuerunt in eisdem bonis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, iiij. die Februarii.

Pro Willelmo filio Ranulfi filii Roberti.—Rex reddidit Willelmo filio et heredi Ranulfi filii Roberti terram que fuit predicti Ranulfi, patris sui, in Glentewrth', et quam idem Willelmus debet tenere de rege per liberum servicium portandi quamdam virgam coram justiciariis domini regis itinerantibus apud Linc', et R. (*sic*) fidelitatem inde regi fecit et homagium suum inde regi faciet in reditu regis in Angliam. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predicta terra eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Roberto clerico de London'.—Robertus clericus de London', captus et detentus in prisona regis de Suwerc pro morte Johannis filii Edwini, unde rettatus etc., quia Martinus textor de Maydenestan' de morte illa culpabilis est, habet breve quod ponatur in ballium. Teste ut supra.

Pro Waltero de Eglesdon'.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod Walterum de Eglesdon' clericum utlagatum quem R. Cycestrensis episcopus, domini regis cancellarius, ei liberari faciet, recipiat et in prisona regis de Geudeford' salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Bertramo de Crioil.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod loco dilecti et fidelis sui B. de Crioyl, vicecomitis sui Kancie, ad

[1] The words 'ideo tibi precip' (unfinished) are here cancelled.
[2] The figure 'xx.' is here cancelled.

1243.

reddendum finalem compotum de exitibus comitatus sui J. de Cobeham recipiant. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Grey.—Quia rex tailliari fecit dominica sua in regno Anglie, mandatum est vicecomiti Kancie quod habere faciat Ricardo de Grey rationabile taillagium de hominibus suis de Aylleford', quod fuit aliquando dominicum regis. Teste ut supra.

De peccunia domino regi mittenda.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod omnem peccuniam quam habere poterit, tam de prestito Judeorum quam de auxilio regi concesso de civitatibus et burgis, mittat post archiepiscopum usque Portesm', et cum rex sciverit summam, breve suum de liberate ei habere faciet. Teste ut supra.

Pro abbate Sancti Jacobi Norhampt'.—Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod omnem vim quam invenerit in quadam domo in Norhampt', que fuit Eadmundi de Norht', et quam idem Eadmundus legavit domui Sancti Jacobi Norhampt' cum corpore suo, ut dicitur, sine dilatione amoveri faciat, et ipsam domum in manum regis capiat et salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit; et scire faciat abbati Sancti Jacobi Norht' vel alii qui jus vendicare voluerint in eadem domo, quod veniant coram W. Eboracensi archiepiscopo et aliis de consilio regis, qui super hoc plenam et celerem justiciam exhibebunt. Teste ut supra.

Pro Petro de Wereglevill'.—Quia testificatum est per constabularium Merleb' et per totam villatam Merleb' quod Petrus de Wereklevill' est burgensis regis de Merleb' et terram tenens in eadem villa et ad fidem regis, mandatum est maiori et ballivis regis Bristolli quod catalla sua que arestaverunt, ei sine dilatione deliberari faciant. Teste ut supra.

Pro Reginaldo filio Agnetis de Pirie.—Reginaldus filius Agnetis de Pirye, captus et detentus in prisona regis Oxonie pro morte Rogeri Chingetreye et Alexandri filii Martini, unde appellatus etc., habet breve vicecomiti Oxonie quod ponatur per ballium.

[m. 7.] *Pro Hugone filio Rogeri.*—Hugo filius Rogeri, captus et detentus in prisona regis Oxonie pro morte Rogeri Chingetreye et Alexandri filii Martini, unde rettatus etc., habet breve vicecomiti Oxonie quod ponatur per ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Kyngeston', xij. die Februarii.

Pro Eadwardo filio domini regis.—Rex mittit Rogerum de Stopham, venatorem suum, ad parcum suum de Guldeford' ad capiendum in eo octo damas ad opus Eadwardi filii domini regis. Et mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod ipsum ad hoc admittat, et ipsas in eo capere permittat. Teste ut supra.

Pro Isabella que fuit uxor Willelmi de Albiniaco.—Rex custodi terrarum que fuerunt Willelmi de Albiniaco salutem. Scias quod

1243.

pro dote que fuit assignata Isabelle que fuit uxor prefati Willelmi, et quam ipsa nobis reddidit, assignavimus ei in dotem manerium de Offinton' cum soka et omnibus pertinenciis suis et cum serviciis feodorum sex militum, scilicet feodorum duorum militum, excepta quinta parte, que Radulfus de Caringham tenet in Caringham et in Braunceby, et feodi dimidii militis quod Walterus de Straton' tenet in Croxeby et feodi dimidii militis quod Willelmus de Albiniaco tenet in Wywell', et quarta parte (*sic*) feodi unius militis quam Andreas de Muston' et Radulfus de Charn' tenent in eadem villa, et feodi unius militis quod Robertus le Bret tenet in Herderby et Stakethyrn',[1] et feodi unius militis quod Petrus de Horpol tenet in eadem villa, et feodi unius militis quod Galfridus de Maundevill' tenet in Seuewell'; ita quod prefata Isabella pro supradicta dote remisit et quietam clamavit inperpetuum dotem quam petere potuit de terris quas prefatus Willelmus, vir suus, dedit vel quietas clamavit postquam eam desponsavit, unde heredes ipsius Willelmi vocari possent ad warantum. Et ideo tibi precipimus quod de predicto manerio de Offinton' cum soka et aliis pertinenciis suis et cum serviciis predictorum sex feodorum militum ipsi Isabelle nomine dotis plenam seisinam habere facias, sicut predictum est. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Guldeford', xiij. die Februarii.

De quodam manerio capiendo in manum domini regis.—Mandatum est vicecomiti Surr' quia Ranulphus del Broc feffavit Ricardum quondam abbatem Evesham' et conventum suum de manerio de Trotteswurth', et abbacia illa nunc est in manu regis occasione mortis predicti abbatis, quod manerium illud cum omnibus pertinenciis et omnibus catallis que in manerio ipso fuerunt quando audita fuit [mors] ipsius abbatis, in manum domini regis capiat et salvo custodiri faciat; et si quid de catallis illis amotum fuerit, id redire faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo Lungesp'.—Quia constat regi quod terram quam Johannes le Evesk' habuit in Derneford', tenuit de W. Lungesp', et quam vicecomes Wiltes' cepit in manum regis per preceptum regis, mandatum est eidem vicecomiti quod terram ipsam sine dilatione restitui faciat senescallo prefati W. cum omnibus catallis que in ea inventa fuerunt, quando ipsam cepit in manum regis; et si quid inde ammotum fuerit, id sine mora prefato senescallo restitui faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Wintoniam, xix. die Februarii.

Pro Petro de Geneve.—Rex concessit Petro de Geneve custodiam terre et heredis Willelmi de Albiniaco una cum maritagio ejusdem heredis tenendam usque ad legitimam etatem ejusdem heredis. Et mandatum est Roberto de Crepping' quod latori presencium de omnibus terris que sunt in manu regis in balliva sua ratione custodie ejusdem heredis, ad opus ejusdem Petri plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

[1] The passage 'et feodi unius militis quod Robertus le Bret tenet in Herderby et Stakethyrn' is interlined.

1243.

Pro Alano Wiscar' et socio ejus.—Quia maior regis London' regi significavit per litteras suas quod Alanus Wiscar' et Willelmus le Prest', cives regis London', probaverunt coram eo et vicecomitibus London' per viros fidedignos quod decem et septem sacci lane, qui arestati sunt apud Faveresham, sui sunt, mandatum est B. de Crioyl quod predictos saccos sine dilatione eis deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro abbate et conventu de Derleg'.—Mandatum est vicecomiti Noting' et Dereb' quod, diligenti facta inquisitione per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo quale estoverium abbas et conventus de Derleg' habere consueverunt in bosco de Horseleg et Kyleburn' de dono Rogeri de Burun ad reparationem molendinorum suorum de Horseleg' et Sustanwode et stagnorum predictorum molendinorum tempore domini J. regis et tempore regis, tale eis estoverium, dum fueris (*sic*) vicecomes regis predictorum comitatuum, quando necesse fuerit, habere faciat. Teste ut supra.

Pro W. de Eboraco, preposito Beverlaci.—Quia rex talliari fecit dominica sua que sunt in regno suo Anglie, mandatum est vicecomiti Noting' quod habere faciat W. de Eboraco, preposito Beverlaci, rationabile auxilium de hominibus de manerio de Sneydon', quod est in manu sua, et fuit de dominico nostro et talliari debet, quando nos talliamus dominica nostra. Teste ut supra.

Pro Willelmo Gravenel.—Quia revocatum est divorcium quod celebratum fuit inter Willelmum de Gravenal et Agnetem uxorem ejus, ita quod lata est sententia pro matrimonio,[1] mandatum est vicecomiti Hereford'[2] quod de terra que prefatam Agnetem hereditarie contingit in Stokenepelham, prefato W. viro suo sine dilatione plenam seisinam habere faciat, omnem vim laicam quam invenerit resistentem amovendo. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, iij. die Marcii.

De quarellis liberandis.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod de quarellis regis qui sunt in Turri predicta, visis litteris, liberari faciat vicecomitibus regis London' duo milia quarellorum carianda usque Portesm' ad muniendum naves regis, que venture sunt ad regem in Wasconiam. Teste ut supra.

De castro de Bulingbroc reddito domino regi.—Walterus Marescallus, comes Penbr', reddidit regi castrum de Bulingbroc et omnes terras que fuerunt Hawisie de Quency, matris uxoris sue, in comitatu Linc'. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod hac instanti die Dominica ante festum Sancti Gregorii accedat ad predictum castrum ad capiendum illud et predictas terras in manum regis; et cum plenam seisinam habuerit de predictis castro et terris ad opus regis, regem super hoc certificare non omittat. Teste ut supra.

Pro Thoma de Pavilly.—Mandatum est Willelmo Hardel quatinus Thomam de Pavilly cum uno armigero faciat transfretare in navi

[1] The words 'tibi pro' (unfinished) are here cancelled.
[2] 'Hereford' should be 'Hertford.'

1243.

que ducit thesaurum regis, ad custum suum, ita quod equos suos in alia navi ubi melius et commodius poterit, faciat transfretare ad custum suum.[1] Teste ut supra.

Pro Johanne filio Galfridi.—Quia G. de Segrave, justiciarius foreste, significavit regi per inquisitionem quam fecit per preceptum domini regis, quod Johannes filius Galfridi potest includere et excolere sexaginta acras terre in pastura de Sloudon', que est in Nova Foresta, absque nocumento ejusdem foreste, mandatum est predicto justiciario quod in presencia et per visum illorum per quos predicta inquisitio facta fuit, et viridariorum et forestariorum ejusdem foreste predictas sexaginta acras predicto Johanni assignari faciat. Teste ut supra.

De maritima custodienda.—Cum homines regis de Dunewico pro maritima parcium suarum custodia magnos labores sustineant, mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod cum ab eis fuerit requisitus ad predictam custodiam faciendam et ad insidias inimicis domini regis ponendas, consilium et auxilium quantum poterit, eis impendere non omittat, et talem ad hoc diligenciam apponat quod eam debeat rex merito commendare. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Favreresham, vij. die Marcii.

Pro Ricardo de Grey.—Mandatum est Roberto de Everingham quod habere faciat Ricardo de Grey octo quercus in foresta regis de Shirewude, de dono regis. Teste W. de Cantilupo apud Rumenal, x. die Marcii.

Pro abbate Sancti Jacobi Norht'.—Quia per inspectionem carte quam Hugo de la Quarrere fecit Eadmundo le Tanur, fratri suo, rex accepit quod idem Hugo prefato Edmundo vendidit domum illam cum pertinenciis in vico Carnificum Norhampton', que fuit Herberti Bersy, et quod idem Edmundus postea in testamento suo legavit cum corpore suo eandem domum abbati et canonicis Sancti Jacobi Norhampt', prout regi plenius innotuit per inspeccionem testamenti ipsius Edmundi, mandatum est vicecomiti Norhampt' quod eisdem abbati et canonicis de prefata domo sine dilatione plenam seisinam habere faciat, salvo jure prefati Hugonis, si quod jus in eadem domo vendicare voluerit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Rumenal, x. die Marcii.

Pro herede Alicie que fuit uxor Ranulfi de Stodham.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit, quod dimidia hyda et duodecim acre terre cum pertinenciis in Barton', quas Ranulphus de Stodham [tenebat], qui abjuravit regnum nostrum pro morte Alicie uxoris sue, non sunt de hereditate ipsius Ranulphi set de hereditate prefate Alicie uxoris sue, mandatum est vicecomiti Oxonie quod filio et heredi ipsius Alicie plenam seisinam habere faciat, retentis ad opus regis omnibus catallis que fuerunt prefati Ranulfi tam in grangiis quam alibi. Teste ut supra.

Pro Roberto Rasur et Thoma Toky.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit, quod Robertus Rasur et Thomas Toky, capti et detenti in prisona regis Oxonie pro morte Willelmi de Langel',

[1] The words 'ad custum suum' are interlined.

1243.

unde appellati etc., quia Galianus Woderoue et Nicholaus Treue de morte illa culpabiles sunt, habere (*sic*) breve vicecomiti Oxonie quod ponantur per ballium. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Charring', xij. die Marcii.

De lapidibus molaribus arestandis.—Mandatum est maiori et vicecomitibus London' quatinus navem carcatam lapidibus molaribus que nuper venit London' et advocavit se per Johannem de Gysorz, et quam idem Johannes non advocavit, una cum predictis lapidibus molaribus arestari faciant, licet lapides illi molares sint carcati vel discarcati. Teste ut supra.

Pro Waltero de Bullingthop'.—Walterus de Bullingehop', captus et detentus in prisona regis Hereford' pro morte Hugonis de Huppeweye, unde appellatus etc., quia Ynganus, frater ipsius Walteri, de morte illa culpabilis est, habet breve quod ponatur per ballium usque ad primam assisam. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Novum Templum London', xv. die Marcii.

De batellis deliberandis.—Mandatum est ballivis de Portesm' quod batellos et retia Radulfi le Nort de Scales, Rogeri de la Buke et Willelmi Pynel, arestata apud Portesm', sine dilatione deliberari faciant, et quo voluerint cum ipsis ire, permittant. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Ros.—Mandatum est vicecomiti Eboraci, quod si Willelmus de Ros invenerit ei xij. bonos et sufficientes plegios qui manucapiant quod ipse transfretabit, ita quod erit ad mare ad ultimum infra quindenam Pasche, iturus ad regem in Wasconiam, et satisfacturus regi tam de transgressione illa quod non venit cum rege in Wasconiam, quam de eo quod non ivit cum rege in excercitu regis in Walliam, sicut pares sui fecerunt, tunc ei terram suam cum omnibus bonis que in ea inventa fuerunt, quando ipsam cepit in manum regis per preceptum regis, per predictos xij. replegiari faciat, et predicta omnia bona inbreviari et appreciari faciat, ita quod predicti xij. inde regi respondeant, si forsitan prefatus W. non transfretaverit nec regi satisfecerit de transgressionibus predictis. Teste ut supra.

Pro Johanne Pecch'.—Quia navis Johannis Pecch' carcata catallis civium London', ut ipsi dicunt, capta fuit a Quinque Portubus infra os Thamisie in libertate civium predictorum, et que catalla predicti Portus dicunt esse catalla guerrina, petentes inde portionem que eos inde voluerit contingere, mandatum est B. de Crioil, constabulario Dovor', quatinus navem illam cum omnibus catallis ad locum ubi capta fuit, venire faciat, ut tam predicti cives Lond' quam illi de Quinque Portubus qui jus vendicant in catallis predictis, illuc veniant die quo eis assignabitur, ut ipse tunc de catallis ipsis omnibus in eis jus sibi vendicantibus plenam justiciam exhibeat ; et cum navis illa ad locum illum pervenerit, hoc faciat scire W. Eboracensi archiepiscopo, ut ipse ex tunc prefatis civibus et illis de Quinque Portubus certum diem prefigat, quo tunc ibidem plenam justiciam recipiant, et rex eis super premissis talem eis justiciam exhibeat quod rex decetero nullam

1243.

inde querimoniam pro defectu sui audiat. Teste eodem archiepiscopo apud Fuleham, xxiij. die Marcii.

Pro Rogero filio Gilberti.—Rogerus filius Gilberti captus et detentus in prisona Sar̃ pro morte Gunildi filii Agnetis, unde rettatus etc., habet breve vicecomiti Wiltes' quod ponatur per ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste ut supra.

Pro Emma le Dragoner et Willelmo sutore.—Emma uxor Michaelis le Dragoner et Willelmus sutor de Lafford', capti et detenti in prisona Linc' pro morte Sarre de Folkingeham, unde appellati etc., quia Robertus le Louerd culpabilis est de morte predicta, habent breve vicecomiti Linc' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod in pleno comitatu suo et per assensum ejusdem comitatus loco Henrici de Albiniaco, quondam coronatoris regis predicti comitatus, et quem justiciarii regis ultimo itinerantes in comitatu predicto amoverunt ab officio illo, eligi faciat alium coronatorem qui prestito sacramento sicut fieri solet, extunc faciat et conservet ea que ad coronam regis pertinent in comitatu predicto, et talem eum eligi faciat qui ad hoc melius sciat et velit intendere, et nomen ejus regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro Isabella de Bruis'.—Mandatum est militibus regardatoribus foreste in hundredo de Chelmereford' quod occasione regardi quod rex fieri precepit de forestis in comitatu Essex' nullum regardum faciant de boscis pertinentibus ad manerium de Writel', quod rex dedit Isabelle de Bruis' in partem escambii pro porcione que eam contingit de comitatu Cestrie, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Idem mandatum est regardatoribus foreste de Herlawe de boscis pertinentibus ad manerium de Haffeld'. Teste ut supra.

De scutagio archiepiscopatus Cantuariensis.—Quia custodes regis archiepiscopatus Cantuariensis respondent regi per manum suam de scutagio feodorum militum ejusdem archiepiscopatus, mandatum est vicecomitibus Oxonie et Buk' quod pro scutagio hujusmodi feodorum militum in balliva sua nullam faciant districtionem. Teste ut supra.

Pro Petro de Sabaudia.—Mandatum est vicecomiti Cantebr' quod non obstante precepto regis alias ei facto de seisina facienda Judeis de terris que fuerunt Wymeri de Tharinton' in balliva sua, pro debitis que idem W. eisdem Judeis tenebatur, de eisdem terris dilecto avunculo regis Petro de Sabaudia plenam seisinam habere faciat usque in quinque septimanas a die Pasche, quarum custodia ad ipsum Petrum pertinet, eo quod predictus W. terras suas de ipso tenuit per servicium militare, et heres ejus infra etatem est. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Wudestok, xxx. die Marcii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Eboraci de terris predictis.

1243.

Pro Lamberto filio Laurencii le Seler.—Rex reddidit Lamberto filio et heredi Laurencii le Seler totam terram quam predictus Laurencius tenuit de rege in capite in Bromham et Turveye, et fidelitatem inde regi fecit. Et mandatum est vicecomiti Bed' quod de tota terra quam predictus Laurencius tenuit de rege in capite in balliva sua, et de qua seisitus fuit in dominico suo ut de feodo die qua obiit, eidem Lamberto plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

[m. 6.] *Pro hominibus de Pikering' et de Neuton'.*—Quia rex accepit per inquisicionem quam a Roberto de Ros, justiciario foreste, fieri precepit, quod homines de Pykering' et de Neuton' tempore predecessorum regum Anglie et suo habere consueverunt pasturam ad averia sua in foresta regis de Pykering', et quod nunquam dare consueverunt pannagium pro porcis suis usque ad tempus illud quo ea eis subtraxit, mandatum est eidem Roberto quod predictam pasturam et pannagium in predicta foresta eis habere faciat eo modo quo tempore predicto ea habere consueverunt. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Wudest', primo die Aprilis.

Pro Simone filio Ricardi.—Quia rex reddidit Simoni filio Ricardi, qui exstitit in custodia regis, terras suas tamquam illi qui plene est etatis, et dilectus et fidelis regis Arnulfus de Bosco similiter terras suas, quas habuit in custodia, ei reddidit et homagium suum cepit, mandatum est vicecomiti Huntendon' quod de terris ipsius Simonis quas Robertus Grimbald' habuit in custodia in Bucwrth', et quas idem Robertus ei reddere noluit ad mandatum regis, eidem Simoni sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Loretta de Punz.—Mandatum est Roberto Passelewe quod terram Lorette de Punz in Norton', que fuit uxor Reginaldi de Pontibus le Paumer, qui semper regi servivit, quam cepit in manum regis, ut dicitur, ei restitui faciat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De compoto reddendo.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod custodibus operacionum regis in castris regis Glouc' et Bristoll' assideat diem ad reddendum compotum suum de operacionibus predictis ad Scaccarium regis in crastino Clausi Pasche anno etc. xxvij. Teste ut supra.[1]

Pro Ricardo Russel et Willelmo de Stanes.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quatinus Ricardum Russel et Willelmum de Stanes, latores presentium, nepotes quondam R. abbatis Evesham', in servicio regis retineat cum rex (*sic*), sive in munitione castri sive in alio officio, sicut usque ad reditum regis melius et decencius viderit faciendum, et rex in reditu suo in Angliam eis bene providebit, Domino concedente. Teste ut supra.

[1] The words 'in crastino . . . supra' have been substituted for 'a die Pasche in unum mensem. Teste ut supra,' which have been cancelled.

1243.

Pro Roberto de Aston'.—Mandatum est vicecomiti Dereb' quod si Robertus de Aston', captus et detentus in prisona regis Oxonie, invenerit ei xij. probos et legales homines qui eum manucapiant ad standum recto, si quis versus eum loqui voluerit, tunc hoc et nomina eorum significet vicecomiti regis Oxonie, cui rex precepit quod, quando id ei significaverit, prefatum clericum a prefata prisona regis liberari faciat. Teste ut supra.

Pro Stephano de Meinil.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod occasione precepti quod rex ei fecit de inquisitione facienda de feodis militum tam de novo feffamento quam de veteri, manum non extendat ad inquisitionem faciendam de feodis militum Stephani de Meynil, qui tenet de archiepiscopatu Cantuariensi, seu de aliquibus aliis feodis militum que teneantur de archiepiscopis vel episcopis in balliva sua, donec a rege aliud habuerit mandatum. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Bureford', ij. die Aprilis.

Pro Willelmo de Cantilupo.—Rex concessit Willelmo de Cantilupo custodiam manerii de Heldrisfeld' quod Egidius de Berkel' tenuit usque ad legitimam etatem heredum ipsius Egidii. Et mandatum est ballivo de Theokebur' quod de predicto manerio plenam ei sine dilatione seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Johanna que fuit uxor Egidii de Berkel'.—Mandatum est W. de Cantilupo quod assignet Johanne que fuit uxor Egidii de Berkel', rationabilem dotem suam de manerio de Heldrisfeld', quod est in custodia sua de concessione regis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Chirchedon', vj. die Aprilis.

De executione testamenti Egidii de Berkel'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod permittat executores testamenti Egidii de Berkel' liberam habere amministrationem omnium bonorum que fuerunt prefati Egidii ad executionem testamenti sui faciendam, accepta prius securitate ab eisdem de debitis regi reddendis, si in aliquibus regi tenebatur. Teste ut supra.

Pro Ricardo filio Ranulphi.—Mandatum est Henrico Pichepap, quod si navem Ricardi filii Ranulphi de Barbeflet', quem cepit antequam treuge essent infracte inter regem et regem Francie, ad servicium domini regis et non ob aliam causam rationabilem ipsam, detineat (*sic*) tunc ipsam sine dilatione deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Philippo Basset.—Quia Philippus Basset est cum rege in servicio suo per preceptum regis in partibus Wasconie, nec est racio quod participet in communi fine de ultimo itinere justiciariorum regis nuper itinerantium in comitatu Sumers', mandatum est eidem vicecomiti quod de predicto fine ipsum quietum esse faciat, et totum finem de aliis de comitatu suo capiat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Wudestok', xvij. die Aprilis.

Pro Willelmo de Crauel'.—Quia rex respondebitur in comitatu Glouc' de scutagio feodi dimidii militis quod Willelmus de Crauel' tenet de Roberto Morin, de feodo W. Eboracensis archiepiscopi in

1243.

balliva sua, mandatum est vicecomiti Oxonie, quod ipsum Willelmum pro predicto scutagio regi reddendo in balliva sua non distringat, et averia sua ea occasione capta ei deliberari faciat Teste ut supra.

De passagio portus Dovor'.—Rex baronibus portus de Sandwic' salutem. Sciatis quod ex quo treuge inite sunt inter nos et regem Francie usque in quinquennium, et (*sic*) volumus quod nullum passagium teneatur in aliquo Quinque Portuum preterquam in portu nostro Dovor', ubi prius teneri consuevit. Et ideo vobis mandamus quod nullum passagium in portu vestro decetero teneri faciatis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Retherefeld', xviij. die Aprilis.[1]

Eodem modo scribitur baronibus portus (*sic*) de Heth', Winchels', Hastinges et Rumenal.

Et mandatum est B. de Crioil, constabulario Dovor', quod ita teneri faciat. Teste ut supra.

Pro Adam de Eston'.—Quia rex dedit dilecto clerico suo Ade de Eston' eyriam falconum gentilium de insula de Lunday, et ei inde fecit fieri litteras suas patentes, mandatum est constabulario insule de Lunday quod certo nuncio suo, has litteras regis deferenti, de eyria predicta ad opus ipsius Ade plenam seisinam habere faciat, non permittens quod aliquis ei inde faciat impedimentum. Teste ut supra.

De parco de Freymauntel claudendo.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod habere faciant Willelmo de Edmundestrop', forestario regis de Freymauntel, clausturam subbosci in boscis de Overton' ubi ad minus nocumentum predictorum boscorum capi possit, ad claudendum xiij. quarantenas parci regis de Freymauntel, quem rex fieri precepit, et eidem Willelmo sint auxiliantes de hominibus predicti episcopatus ad predictum parcum claudendum et ad predictam clausturam cariandam ad denarios regis, si cum indempnitate regis et operationum suarum id facere possint. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Retherefeld', xix. die Aprilis.

Pro Abraam Judeo Berkamsted'.—Quia Abraam, Judeus Berkamsted', clamat partem in debito quod continetur in carta Johannis de Balum confecta inter ipsum Johannem et predictum Abraam et Mosseum, Judeum Hereford', mandatum est cyrographario et custodibus arche Judeorum Heref' quod prefata carta per prefatum Mosseum vel per alium nemini liberetur, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Pecco.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri precepit, quod una virgata terre cum pertinenciis in Hagethirne quam Willelmus Slenge, qui suspensus fuit pro latrocinio, tenuit, exstitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Willelmo de Pecco, mandatum est vicecomiti Leic' quod de predicta terra eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

[1] Substituted for 'Februarii' which is cancelled.

1243.

Pro Petro Caperun et Johanne Cut.—Petrus Caperun et Johannes Cut, capti et detenti in prisona regis Leic' pro morte Galfridi Goneware, unde rettati etc., quia Henricus Goderobe qui utlagatus est, de morte illa culpabilis est, habent breve vicecomiti Leic' quod ponantur per ballium usque ad adventum justiciariorum etc. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Keninton', xxij. die Aprilis.

Pro Beatrice comitissa Provincie.—Rex dedit Beatrici comitisse Provincie manerium de Fakenham cum pertinenciis, habendum tota vita sua. Et mandatum est vicecomiti Norff' quod assignato ipsius Beatricis, litteras regis deferenti, de predicto manerio ad opus ipsius Beatricis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, xxvij. die Aprilis.

De decano et capitulo Sancti Pauli London'.—Quia constat regi per inquisitionem quam a vicecomite Essex' fieri precepit, quod terra quam W. de Sancte Marie Ecclesia, quondam episcopus Londonensis, emit in Meaudon' ad faciendum anniversarium H. regis, avi nostri, in ecclesia Sancti Pauli Lond', vacante sede Londonensi consuevit esse in custodia decani et capituli Sancti Pauli London', et non in custodia predecessorum regum Anglie, mandatum est custodibus episcopatus Londonensis, quod de custodia predicte terre decano et capitulo Sancti Pauli Lond' sine dilatione plenam seisinam habere faciant; et si quid inde ceperint postquam terram illam ceperunt in manum regis, id predictis decano et capitulo reddi faciant. Teste ut supra.

Pro Willelmo Lambert.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Willelmo Lambert duas quercus in bosco regis de Wakefeld' in foresta de Whitlewod', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo Pecch'.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri precepit, quod Egidius de Berkel' non tenuit terram suam in Salford' de Johanne filio Alani in capite, set de herede Roberti de Turvill', qui est in custodia Bartholomei Pecch', tamquam maritagium datum cum filia ipsius Roberti, mandatum est vicecomiti Oxonie, quod predicto Bartholomeo de custodia predicte terre plenam seisinam habere faciat usque ad legitimam etatem heredis ipsius Egidii. Teste ut supra.

Pro Henrico filio Ricardi.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod permittat executores testamenti Henrici filii Ricardi liberam habere amministrationem omnium bonorum que fuerunt ipsius Henrici in balliva sua, ad executionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod de primis bonis, que fuerunt ipsius Henrici, regi satisfiet (*sic*) de debitis que regi debuit, si in aliquibus debitis regi tenebatur. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Roberto de Aundely. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo Pecch'.—Rex concessit Bartholomeo Pecch' manerium de Coleby quod fuit Willelmi Caperun, ad se sustentandum in servicio regis. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predicto manerio plenam ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

1243.

Pro Johanne le Flemeng.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri precepit, quod Johannes le Flemeng, captus et detentus in prisona regis de Neugat' pro vi et societate eorum qui intraverunt parcum de Croinden' ad capiendum feras in eo et interfecerunt Johannem de Waddon', non est culpabilis de vi et societate eorum nec de morte predicti Johannis, mandatum est vicecomitibus Lond' quod si idem Johannes invenerit eis xij. liberos et legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis regis ad primam assisam etc., quod ipsum tradant in ballium c'c. Teste ut supra.

De pellibus cuniculorum vendendis.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod duo milia et quingentas pelles cuniculorum captorum in insula de Lunday, et quas constabularius regis insule predicte ei liberabit, per visum et testimonium legalium hominum vendi, et denarios inde provenientes poni faciat in firmatione turris regis quam rex precepit firmari in insula predicta. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Auuelton', xxix. die Aprilis.

Pro Petro de Monte Forti.—Mandatum est vicecomiti War' quod habere faciat Petro de Monte Forti scutagium suum de feodis militum, que tenuit de Thoma quondam comite War' in balliva sua, scilicet de scuto tres marcas pro excercitu regis contra transfretationem regis in Wasconiam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Rotel', Berk' et Norhampton'.

Pro Gwydone de Russylun.—Rex commisit Guidoni de Russyllun manerium de Doninton' cum pertinenciis, quod fuit J. de Lacy, quondam comitis Linc', tenendum et habendum pro quinquaginta libratis terre, donec ei habere fecerit Matillidem unam de filiabus et heredibus Walteri de Lacy et Gilberti de Lacy, cujus maritagium ei prius concessit; ei si predictum manerium non valeat per annum l. libras, rex perficiet et de aliis terris que fuerunt predicti comitis, in manu regis existentibus quantum ei defuerit de summa predicta. Et mandatum est vicecomiti Leic', quod de predicto manerio et de domibus que fuerunt ipsius comitis et parco latori presencium assignato ipsius Guidonis ad opus ipsius Guidonis plenam seisinam habere faciat, salvis Philippo de Atell' blado suo et instauro suo quod habet in predicto manerio usque ad festum Sancti Michaelis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, xxvij. die Aprilis.

Pro Lucia Erchefont'.—Lucia Erchefont', capta et detenta in prisona regis Sar' pro morte Willelmi de Stok', quondam viri sui, habet breve vicecomiti Wiltes' quod ponatur per ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste.[1]

Pro Silvestro de Everdon'.—Mandatum est Johanni Extraneo quod in bosco de Cunet', qui est in custodia regis cum filio et herede Johannis filii Alani, faciat habere Silvestro de Everdon' viij. quercus, scilicet quatuor ad furcas et iiij. ad pannos ad grangiam suam de Conet' elongandam. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Wintoniam, viij. die Maii.

[1] Incomplete.

1243.
[m. 5.] *Pro Roberto de Ros.*—Rex respectum dedit Roberto de Ros, justiciario foreste sue, de extractis exituum ballive sue liberandis baronibus de Scaccario usque in xv. dies a die Sancti Johannis Baptiste anno etc. xxvij. Et mandatum est baronibus de Scaccario, quatinus prefatum R. respectum illum habere faciant, et tunc extractas illas per certum nuncium suum sub sigillo suo eis missas recipiant. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Wintoniam, vij. die Maii.

Pro Johanne Extraneo, justiciario Cestrie.—Mandatum est thesaurario et ceteris baronibus de Scaccario, quod admittant Stephanum de Sancto Albano et Philippum de Pratis loco Johannis Extranei, justiciarii Cestrie, ad reddendum compotum suum de exitibus comitatus Cestrie. Teste ut supra.

Pro Roberto Passelewe.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod habere faciant Roberto Passelewe duas quercus in bosco ejusdem episcopatus de la Wasse, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Jacobo Cotel'.—Quia constat regi testimonio fidedignorum quod Jacobus Cotel', mercator de Amyens, qui habet litteras regis de conductu, habuit novem libras in catallis que Walterus le Flemeng emit a rege de rebus guerrinis, mandatum est predicto Waltero quod predicto Jacobo predictas novem libras reddi faciat, et rex ei illas faciet allocari. Teste ut supra.

Postea habuit litteras de allocatione directas baronibus de Scaccario de eadem data.

Pro Nigasio Dorbet.—Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod weydiam quam Nigasius Dorbet, mercator Rothomagensis, reposuit in ecclesia Sancti Andree Norhampt' pro gwerra, ei sine dilatione deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Philippo Basset.—Rex dedit et carta sua confirmavit dilecto et fideli suo Philippo Basset manerium de Kereseye cum omnibus pertinenciis suis, quod Hubertus de Roylly regi dedit et concessit pro habenda bona voluntate regis de quadam transgressione quam fecit contra pacem regis, habendum et tenendum eidem Philippo et heredibus suis de rege et heredibus suis, reddendo inde regi et heredibus suis unum par calcarium deauratorum singulis annis ad Pascham, et faciendo inde domino feodi servicium inde debitum. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod eidem Philippo de predicto manerio cum omnibus pertinenciis suis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Sutton', viij. die Maii.

Pro Rogero de Pauilly.—Rex concessit dilecto et fideli suo Rogero de Pauilly terram illam cum pertinenciis in Northwaud' que fuit Reginaldi de Pauilly, fratris sui, in recompensationem xx. libratarum terre, quas rex ei concessit de dote matris sue post mortem ejusdem matris sue, si tantum valeat. Et mandatum est vicecomiti Norff' quod eidem Rogero plenam seisinam de predicta terra de Northwaud cum pertinenciis habere faciat. Teste ut supra.

1243.

Pro quodam carettario.—Rex perdonavit carettario, carianti unum dolium vinorum regis usque Windleshour', predictum dolium vini deperditum per casum carette sue in itinere predicto. Et mandatum est Michaeli pincerne quod equos suos et carettam suam que ea occasione cepit, ei sine dilatione deliberari faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Sutton', xj. die Maii.

Pro magistro Milicie Templi in Anglia.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod habere faciat magistro Milicie Templi in Anglia viij. damos in foresta regis de Bradene, de dono regis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Windles', xiij. die Maii.

Pro Emerico de Sacy.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod admittant Nigellum Bec ad reddendum compotum pro Emerico de Sacy de quarterio unius anni de tempore quo fuit vicecomes regis comitatus Suhampt.' Teste ut supra.

Pro domino W. Norwicensi episcopo.—W. Norwicensis episcopus per manum suam regi reddidit scutagium suum de feodis militum omnibus que de rege tenet in capite. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod scutagium quod recepit de feodo unius militis quod tenentur (*sic*) de eodem episcopo in balliva sua, ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Isabella que fuit uxor H. de Albiniaco, comitis Arundell.—Rex commisit Isabelle que fuit uxor H. de Albiniaco, comitis Arundell', maneria de Wymundham et de Keninghaul' ad sustentationem suam, donec ei assignaverit rationabilem dotem suam de terris que fuerunt prefati comitis. Et mandatum est vicecomiti Norff' quod eidem comitisse de predictis maneriis plenam seisinam sine dilatione habere faciat; nec occasione mortis prefati comitis manum apponat ad manerium de Marham, quod est maritagium predicte comitisse. Teste ut supra.

Pro Roberto de Tateshal'.—Rex custodibus terrarum que fuerunt Hugonis de Albiniaco, quondam comitis Arundell', salutem. Precipimus vobis quod in parco qui fuit ipsius comitis, de Bukeham faciatis habere dilecto et fideli nostro Roberto de Tateshal' duos damos, de dono nostro. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, xvij. die Maii.

Pro Radulfo preposito Augustensi.—Mandatum est Willelmo de Langel' quod habere faciat Radulfo preposito Augustensi duos damos in foresta de Wychewode ad tenendum festum suum de ecclesia de Wyteneya. Teste ut supra.

Pro Henrico Hoes'.—Rex cepit homagium Henrici Hoes' de terris quas Henricus Hoes', pater ejus, tenuit de rege in capite, et que ipsum contingunt jure hereditario, et rex perdonavit eidem Henrico relevium suum ad instanciam Huberti Hoes'. Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod de omnibus terris que fuerunt predicti Henrici, patris

1243.

sui, in balliva sua, de quibus seisitus fuit in dominico suo ut de feodo die qua obiit, eidem Henrico plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De executione testamenti H. de Albiniaco, quondam comitis Arundell'.—Quia executores testamenti H. de Albiniaco, quondam comitis Arundell', fecerunt regem securum quod de debitis que predictus comes regi debuit, respondebunt regi ad Scaccarium suum, mandatum est custodibus terrarum que fuerunt predicti comitis, quod tam de bonis et catallis que fuerunt ipsius comitis, quam de wardis in manu sua[1] existentibus, plenam eis amministrationem habere faciant ad executionem testamenti ipsius comitis faciendam. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus Wintonie.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in balliva Avicie de Columbariis faciat habere Fratribus Minoribus Wintonie xx. quercus ad fabricam ecclesie sue, ubi commodius ad opus ipsorum Fratrum et ad minus nocumentum ballive sue capi possunt, de dono regis. Teste ut supra.

Pro magistro hospitalis Sancti Johannis extra portam orientalem Oxonie.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod habere faciat magistro hospitalis Sancti Johannis extra portam orientalem Oxonie quatuor quercus in bosco de Heinl' et quatuor quercus in foresta de Whitlewod' in balliva Hugonis de Straford' ad maeremium faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Margareta comitissa Kancie.—Rex concessit Margarete que fuit uxor H. de Burgo, comitis Kancie, usum domorum de Bansted' ad manendum in eis usque ad festum Sancti Petri ad Vincula anno etc. xxvij., retentis in manu regis parco et warenna ejusdem manerii.[2] Et mandatum est vicecomiti Surr' quod prefatam comitissam usum predictarum domorum de Banstede habere permittat, sicut predictum est. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, xix. die Maii.

Rex commisit Margarete que fuit uxor H. de Burgo, comitis Kancie, manerium de Erle ad sustentationem suam donec certam dotem eidem assignari fecerit de terris que fuerunt comitis memorati. Et mandatum est vicecomiti Stafford' quod eidem Margerie (*sic*) de predicto manerio plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est.[3] Teste ut supra.

Similiter commisit eidem manerium de Kamel in comitatu Sumers'. Et mandatum est vicecomiti Sumers' etc. ut supra. Teste ut supra.

Pro mercatoribus London'.—Quia Firminus Bobuzun, Gilbertus de Balesham, Michaelis le Clerk, Willelmus de Coventr' et Guido de Rumeny probi homines regis Lond', sufficienter probaverunt coram domino W. Eboracensi archiepiscopo et aliis de consilio regis quod quinque fraella de waida et una bala piperis que probi homines regis de

---

1 Interlined, substituted for 'regis,' which is cancelled.
2 The words 'retentis . . manerii' are interlined.
3 The words 'sicut predictum est' are interlined.

1243.

Winchels' ceperunt in navi Johannis Pecch' de Flandria, sua sunt propria, mandatum est B. de Crioil, constabulario Dovor', quod illa eis sine dilatione deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro domino Lincolniensi episcopo.—Rex commodavit R. Lincolniensi episcopo gaiolam suam de Neugat' ad Rogerum de Clere clericum in ea salvo custodiendum usque ad festum Sancti Petri ad Vincula. Et mandatum est custodi gaiole illius quod ipsum Rogerum in predicta prisona salvo custodiat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Burgo.—Mandatum est vicecomiti Norff' quod permittat homines Johannis de Burgo excolere dominicas terras maneriorum de Burgo, Kauston', Sutherton', Neuton' et Westhal', que cepit et tenet in manu domini regis, salvis regi redditibus et omnibus proventibus eorundem maneriorum. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, xx. die Maii.

Pro Roberto de Eston' clerico.—Quia Rogerus de Clactes, Philippus filius Henrici, Reginaldus filius Henrici de Eston', Willelmus filius Henrici, Henricus filius Henrici, Thomas filius Stephani de Mollesfen, Ricardus filius Ede, Rogerus camerarius, Henricus filius Hawisie, Reginaldus filius Willelmi, Rogerus filius Matillidis et Alanus Blundus, existentes in comitatu Noting', manuceperunt Robertum de Eston', clericum, captum et detentum in prisona nostra Oxonie pro societate Rogeri de Clere, in qua captus fuit, et pro malo retto, de quo rettatus est, ad habendum ipsum coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ad standum inde recto, si quis versus eum loqui voluerit, mandatum est vicecomiti Oxonie quod ipsum Robertum a prisona regis deliberari faciat et inde libere abire permittat. Teste ut supra.

Pro Roberto de Scovere.—Mandatum est ballivis Suhampton' quod navem Roberti de Scovere, qui est de potestate Imperatoris, quam ceperunt et arestaverunt, sine dilatione deliberari faciant cum omnibus rebus et mercandisis suis, et ipsum Robertum cum dicta navi, rebus et mercandisis suis sine impedimento quo voluerit habere permittat (*sic*). Teste ut supra.

De precio pannorum reddendo.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario suo, quod mercatoribus de quibus empti fuerunt panni ad regem missi in Wasconiam et ad familiam dilecti filii regis Edwardi, satisfaciat de precio predictorum pannorum, et cum rex sciverit summam, breve regis de liberate ei inde habere faciet. Teste ut supra.

De liberationibus nautarum et marinellorum.—Mandatum est Willelmo Hardel quod de trescentis libris quas recepit ad Scaccarium regis per preceptum regis, faciat habere nautis et marinellis viginti navium que venture sunt in Wasconiam ad regem contra reditum suum in Angliam, liberationes suas et alia predictum negocium tangencia ; et rex ei faciet allocari. Teste ut supra.

1243.

De pontibus et cleiis liberandis.—Mandatum est constabulario de Porecestr' quod pontes et cleyas qui sunt in custodia sua, sicut Willelmus Hardel ei significabit, liberari faciat ad muniendum naves regis que venture sunt ad regem in Wasconiam contra reditum regis in Angliam. Teste ut supra.

De executione testamenti H. de Burgo, quondam comitis Kancie.—Mandatum est vicecomiti Lanc' quod permittat executores testamenti H. de Burgo, quondam comitis Kancie, liberam habere amministrattionem omnium bonorum que fuerunt prefati comitis in balliva sua, ad executionem testamenti sui faciendam. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, xxij. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sumers', Dors', Norff', Suff', Staff', Willelmo filio Ricardi, custodi honorum de Redleg' et Peverel, Noting', Cantebr,' Glouc', Kancie, Surr', Bedef'.

Pro Waltero le Flemeng.—Quia Walterus le Flemeng, ballivus Suhampton', qui fuit in veniendo versus Lond' ad reddendum compotum suum de balliva ville predicte, reversus est usque Portesm' per preceptum regis ad preparandum transfretationem thesauri regis, mandatum est baronibus de Scaccario quod ad compotum suum reddendum ad Scaccarium regis alium diem ei prefigant. Teste ut supra.

Pro Eadwardo filio domini regis.—Mandatum est W. de Haverhull', camerario suo, quod de vinis regis de prisa que sunt in custodia sua, liberet vicecomitibus regis London' x. dolia carianda usque Windleshour' ad opus Eadwardi filii domini regis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Windles', xxviij. die Maii.

Pro Simone de Burneham.—Mandatum est Jordano de Ainho quod Simoni de Burneham, clerico Eadwardi filii regis, ministranti in capella castri regis de Windles', faciat habere quandam robam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo ad Ecclesiam et aliis.—Willelmus ad Ecclesiam, Ivo filius Elwini, Ricardus le Suur, Ivo de Wineferthing', Thomas Barat et Robertus le Bedel, capti et detenti in prisona regis Norwic' pro morte Radulfi de Meidners, quia Rogerus filius Simonis le Cuverur culpabilis est de morte illa, habent breve vicecomiti Norff' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

Pro Johanne de Valle Torta.—Monstratum est regi ex parte J. de Valle Torta quod cum H. de Burgo, quondam comes Kancie, prefato J. quandam terram dedisset in villa de Meleburn' de qua terra idem J. seisitus fuit infra quindenam Pasche proximo preteritam et seisinam suam inde habuit usque ad tempus quo iter versus regem arripuit in nuncium comitisse quondam uxoris prefati H., vicecomes Sumers' post arreptionem itineris predicti occasione mortis predicti comitis terram illam in manum regis cepit. Et mandatum est eidem vicecomiti quod si ita est, prefato J. de prefata terra, unde homagium suum fecit predicto comiti, et de qua suisitus fuit, ut predictum est, talem seisinam habere faciat qualem inde habuit quando ipsam cepit in

1243.
manum regis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Keninton', vj. die Junii.

Eodem modo scribitur eidem vicecomiti de terra quam dedit Johanni de Guise in eadem villa de Meleburn'. Teste ut supra.

Pro B. de Sabaudia, constabulario Windles.'—Mandatum est W. de Haverhull', camerario suo, quod habere faciat B. de Sabaudia, constabulario de Windleshour', unum dolium vini de prisa de termino Sancti Michaelis anno etc. xxvj., quod rex ei concessit per annum de dono suo, quamdiu fuerit constabularius regis ejusdem castri. Teste ut supra.

Pro Margeria comitissa War'.—Mandatum est vicecomiti War' quod de conventione facta inter Margeriam comitissam Warr' et Simonem de la Porte de prepositura Warr', occasione debiti in quo Thomas quondam comes War' eidem Simoni tenebatur, nullum placitum teneat in comitatu suo, donec debita in quibus regi tenebatur prefatus comes, regi plene persolvantur. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Keninton', vij. die Junii.

Mandatum est vicecomiti War' quod illas x. libras, quas Thomas quondam comes War' percipere consuevit per annum nomine comitatus predicti, Margerie sorori et heredi predicti comitis reddi faciat eodem modo quo predicto comiti prius reddi consueverunt. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Stabler et aliis.—Willelmus le Stabler, Ricardus Bat et Walterus filius Walteri, capti et detenti in prisona regis Wallingford' pro morte Johannis le Muner, unde rettati etc., quia Rogerus sutor de Ledebur' et Willelmus le Messager, qui suspensi fuerunt apud London', de morte illa culpabiles sunt, habent breve vicecomiti Berk' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De vinis domini regis vendendis.—Mandatum est Michaeli pincerne regis quod de vinis regis Suhampton' de prisa commodum domini regis quam cicius poterit, faciat, prout melius viderit expedire. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Keninton', x. die Junii.

Pro Margeria de Revers.—Margeria de Revers, que fuit uxor Ricardi de Revers, securitatem fecit regi quod se non maritabit sine licencia domini regis. Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod terras et tenementa sua in balliva sua ipsam in pace tenere permittat. Teste ut supra.

Pro Margeria (sic) *comitissa Kancie.*—Mandatum est Willelmo filio Ricardi, custodi honoris de Redlegh', quod in parco de Redlegh' faciat habere Margerie (*sic*) que fuit uxor H. de Burgo, comitis Kancie, tres damos de dono regis. Teste ut supra.

Pro mercatoribus Rothomagensibus.—Quia mercatores Rothomagenses dederunt regi intelligi quod xxix. libre de pecunia sua de qua depredati fuerunt prope Langerak'both' in aqua de Widhem', devenerunt ad manus R. de Tateshal', mandatum est eidem R. quatinus

1243.

predictas xxix. libras sine dilatione restitui faciat mercatoribus supradictis, et per sacramentum hominum suorum diligenter inquirat quantum de peccunia predictorum mercatorum, de qua depredati fuerunt, ad manus hominum suorum devenit, et hoc eis sine dilatione reddi faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Keninton,' xiiij. die Junii.

De liberationibus faciendis magistris et marinellis navium.—Mandatum est Willelmo Hardel quod illas tres naves, quarum magistri juraverunt coram W. Eboracensi archiepiscopo se ituros cum primo vento oportuno usque Portesm', cum quanta poterit festinatione, illuc ire acceleret. Et quia oportet de necessitate quod magistri et marinelli tam navium illarum quam aliarum navium que usque Portesm' et Suhampt' venerunt postquam inde recessit, mandatum est eidem W. quod nullatenus omittat quin in propria persona usque Portesm' accedat, et de denariis qui remanserunt penes ipsum, magistris et marinellis singularum navium liberationes suas habere faciat. Teste ut supra.

Pro Alexandro de Hull' et Johanne fratre ejus.—Alexander de Hull' et Johannes frater ejus, capti et detenti in prisona de Warrewic' pro morte Thome de la Lungemor', unde appellati etc., quia Rogerus Reysun de morte illa culpabilis est, habent breve vicecomiti War' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

[m. 4.] *De vinis non vendendis contra assisam.*—Quia communiter provisum est et statutum in regno regis quod in omnibus villis et portubus in quibus vina applicantur, sextercium vini rubei vel vini albi non Gallici carius non vendatur quam pro octo denariis, nec sextercium vini Gallici carius quam pro sex denariis, mandatum est vicecomiti Linc' quod in instantibus nundinis Sancti Botulphi clamari et ex parte regis firmiter prohiberi faciat quod nullus ibidem vina vendat contra assisam predictam, sicut vina sua diligit. Et si quem inveneris qui vina contra assisam illam vendere presumpserit, eadem vina capiat in manum regis et certis personis liberet qui inde regi respondeant. Nomina autem illorum qui vina sic vendiderunt contra assisam supradictam et numerum doliorum ea occasione in manum regis captorum et nomina eorum quibus eadem dolia liberata fuerint ad opus regis, distincte et aperte significet W. Eboracensi archiepiscopo et consilio domini regis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Kyngeston, xv. die Junii.

Pro Johanne de Baillol.—Johannes de Baillol venit coram W. Eboracensi archiepiscopo et aliis de consilio regis et petiit considerationem baronum de Scaccario regis sibi fieri, si regi debeat respondere de aliqua parte debiti quod Johannes quondam comes Cestrie regi debuit, desicut idem Johannes et Derforguilla uxor ejus nullam habent partem eis assignatam de hereditate que fuit ipsius comitis, nec certum escambium nisi tantum quasdam terras in ballio. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod judicium inde ei reddi faciant. Teste ut supra.

1243.

De maeremio ad operationes domini regis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis vel ballivo manerii de Wergrave, quod habere faciant Magistro Simoni, carpentario domini regis, sex bonas quercus in bosco predicti episcopatus de Stanrig', ad scindulas faciendas ad operationes castri regis de Windles'. Teste ut supra.

Pro Silvestro clerico domini regis.—Mandatum est Galfrido de Langel' et Henrico Britoni, custodibus terrarum que fuerunt H. quondam comitis Arundell', vel ballivo de Barwe quod permittant Ernaldum de Bosco capere unum cervum et unum damum in parco de Barewe ad opus Silvestri de Everdon' clerici domini regis. Teste ut supra.

De venatione capienda ad opus Eadwardi.—Rex mittit Rogerum de Stopham, venatorem, ad parcos qui fuerunt H. quondam comitis Arundell', de Covintr' et Barewe, ad capiendum in eis damos quotquot in eis capi possunt sine destructione predictorum parcorum, una cum quatuor cervis in parco de Barewe capiendis. Et mandatum est G. de Langel' et Henrico Britoni, custodibus terrarum predicti comitis, quod ipsum ad hoc admittentes, ipsos in eisdem ipsum capere permittant Teste ut supra.

De executione testamenti H. quondam comitis Arundell'.—Mandatum est custodibus terrarum que fuerunt H. de Albiniaco, comitis Arundell', quod permittant executores testamenti prefati comitis habere liberam administrationem de custodia terrarum Thome de Tregoz in Datesham et terrarum Roberti de Whatevill' in Candovere, et de maeremio quod idem comes emit de Henrico de Percy, quod est apud Arundell, ad executionem testamenti prefati comitis faciendam, et quod permittant eosdem executores cerclare blada[1] ipsius comitis que sunt in terris, et ipsa colligere ponenda super feodum ipsius comitis, ita tamen quod nichil inde amoveatur, donec regi constiterit de debitis in quibus ei tenebatur prefatus comes, et donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Johanne de Burgo.—Rex cepit homagium Johannis de Burgo, filii et heredis H. de Burgo, quondam comitis Kancie, de omnibus terris quas predictus comes tenuit de rege in capite et que ipsum hereditarie contingunt, et rex relevium suum ei perdonavit. Et mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod de omnibus terris quas predictus comes tenuit de rege in capite in balliva sua, et de quibus seisitus fuit ut de feodo die qua obiit, eidem Johanni plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De inquisitione facienda de catallis mercatorum Flandrie.—Mandatum est B. de Crioil, constabulario Dovor', quod certis die et loco venire faciat coram ipso viginti et quatuor de probioribus et legalioribus hominibus de Quinque Portubus ad inquisitionem faciendam de catallis mercatorum Flandrie eis depredatis in coga ante insulam Oleron per Henricum Pichepap', et ad quas manus devenerunt ; et cum ei constiterit per inquisitionem inde factam ad quas manus catalla illa

[1] The word 'que' is here nearly erased.

1243.

devenerint, tunc attachiari faciat corpora eorum, ita quod ea habeat coram W. Eboracensi archiepiscopo, et W. Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo die Veneris proxima post festum Sancti Johannis Baptiste apud Straford', ad satisfaciendum predictis mercatoribus de catallis ipsis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Keninton', xvij. die Junii.

Pro Margareta comitissa Kancie.—Mandatum est Willelmo filio Ricardi quod, non obstante aliquo alio mandato quod rex ei fecit, permittat boves M. comitisse Kancie per quos coli facit terras suas maneriorum de Estwud', Releg', Wetteleg', Haffeld' Peverel et Neilaund', pascere sine impedimento ubi pascere consueverunt tempore H. de Burgo, quondam comitis Kancie, et similiter bidentes et alias bestias prefate comitisse existentes in eisdem maneriis, pascere in locis debitis et consuetis sine aliqua captione denariorum pro eisdem animalibus ; permittat eciam predictam comitissam cerclare blada sua in eisdem maneriis, et falcare prata sua et levare sine aliquo impedimento de operacionibus eorundem maneriorum. Teste ut supra.

De executione testamenti H. de Burgo.—Mandatum est Alexandro Bacun, custodi manerii de Horneby quod non impediat quin executores testamenti H. de Burgo, quondam comitis Kancie, liberam habeant administrationem omnium bonorum que fuerunt predicti comitis, ad executionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

Quia thesaurarius et barones regis de Scaccario significaverunt regi quod H. de Burgo, quondam comes Kancie, regi tenebatur in pluribus debitis, mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod non permittat executores testamenti predicti comitis aliquam decetero habere administrationem de bonis que fuerunt ipsius comitis in balliva sua, ad executionem testamenti sui faciendam, donec predicti executores accesserint ad Scaccarium regis, et ibidem securitatem regi fecerint quod in primis de bonis ipsius comitis regi satisfacient de debitis predictis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sumers', Dors', Staff', Willelmo filio Ricardi, custodi honorum de Relegh' et Peverel, vicecomitibus Noting', Cantebr', Glouc' Kancie, Surr' et Bedef' et Alexandro Bacun, custodi castri et manerii de Horneby.

Pro uxore Galfridi de Lucy.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod habere faciant Nicholae uxori Galfridi de Lucy unum cervum in warenna ejusdem episcopatus de Wautham, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Margeria comitissa Warr'.—Quia Margeria de Warrewic', que fuit soror Thome quondam comitis Warr' et heres ejusdem comitis, regi tenetur in multis debitis pro predicto comite, quondam fratre suo, mandatum est vicecomiti War' quod non teneat placitum de aliquo debito quod ab eadem Margeria petatur pro predicto comite, nec eciam de aliqua conventione quam predicta Margeria cum quocumque fecerit occasione debitorum predictorum, donec ipsa regi satisfecerit de debitis que regi debet ratione predicta, et postea rex vult super hoc aliis justiciam exhibere. Teste ut supra.

1243.

Pro Willelmo de Marisco.—Quia Herebertus filius Mathei, senescallus regis Wasconie, manucepit coram rege quod Willelmus de Marisco veniet coram rege in curia regis, et stabit recto de omnibus que versus eum rex loqui voluerit, mandatum est vicecomiti Sumers', quod de omnibus terris et tenementis de quibus idem Willelmus seisitus fuit, quando rex per preceptum suum eum fecit disseisiri, plenam seisinam ei sine dilatione habere faciat, retenta in manu regis insula de Lunday. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, xx. die Junii.

Pro Rogero le Gras.—Ostendit regi Rogerus le Gras quod cum haberet custodiam terre que fuit Thome Tyrel in Katerington', per finem quem inde regi fecit, in quam H. quondam comes Arundell'[1] jus sibi vendicavit, eo quod dicebat terram illam esse de feodo suo, licet illam custodiam non disrationaret in vita sua, vicecomes Suht', occasione mortis prefati comitis, ipsum Rogerum de predicta custodia injuste disseisivit. Et mandatum est vicecomiti predicto quod si ita est, tunc ei seisinam suam restituat de predicta custodia qualem inde prius habuit. Teste ut supra.

De executione testamenti Baldwini de Ver.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod permittat executores testamenti Baldwini de Ver liberam habere administrationem omnium bonorum et catallorum que fuerunt ipsius Baldwini in Fitlington' ad executionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

Pro Ricardo Russel.—Quia rex vult quod Ricardo Russel, nepoti R. quondam abbatis Evesham', provideatur in aliqua balliva de qua possit sustentari usque ad reditum regis in Angliam, donec per regem uberius ei fuerit provisum, mandatum est G. de Langel' et H. Britoni quod eidem assignent in aliqua balliva parci de Arundell' vel forinseci bosci foreste ejusdem loci, de qua interim possit sustentari. Teste ut supra.

Pro abbate de Bello Loco.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod sine impedimento permittant abbatem de Bello Loco fodere petram in quarrera de Bensted' infra insulam de Whith', et eam inde asportare usque ad abbatiam suam predictam ad fabricam et operationes domorum ipsius abbacie, sicut eidem abbati permissum fuit temporibus episcoporum Wintoniensium. Teste ut supra.

De quadam capella facienda in castro Suhampt'.—Rex mandavit W. Eboracensi archiepiscopo, W. Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo quod sub festinatione qua fieri poterit, fieri faciant juxta cameram regis Suhampton' parvam et decentem capellam, et appenticium inter eandem cameram regis et cameram regine emendari faciant. Et mandatum est R. Passelewe quod in reditu suo a Welles, associatis secum Johanne de Wivill' et maiore regis Suhampton' et Waltero le Flemeng, provideat qualiter operationes predicte melius et decencius fieri possint. Et rex mandavit custodibus episcopatus Wintoniensis

[1] Substituted for 'Albemarl.'

1243.

quod operationes predictas fieri faciant, et inde eis habere fecit breve suum de computate. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, xxv. die Junii.

Pro Alano Marescallo et Johanne de Bulers.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri precepit, quod Nicholaus de Suningwell' qui fugit de terra regis pro morte hominis, tenuit medietatem tercie partis dimidie hide terre cum pertinenciis in Suningwell' de Alano Marescallo de Suningwell', et medietatem tercie partis dimidie hide terre cum pertinenciis in eadem villa de Johanne de Bulers, et quod dicta terra exstitit in manu regis per unum annum et unum diem, mandatum est vicecomiti Berkes' quod predicto Alano de una medietate, et predicto Johanni de alia medietate predicte terre plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Adam Koc.—Rex concessit Ade Koc, servienti suo, terram quam Baldwinus de Ver tenuit de ballio regis de terra Normannorum in Fitelton', ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod de predicta terra predicto Ade plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Lucy et Matillide uxore ejus.—Rex vicesimo secundo die Maii anno etc. xxvj. reddidit Asceline sorori et uni heredum Johannis Cotel portionem que eam contingebat de terris que fuerunt ipsius Johannis, quam rex dimisit ad firmam Willelmo de Lucy et Matillidi uxori ejus pro x. libris. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictas x. libras ab illo tempore a predictis Willelmo et Matillide non exigant. Teste ut supra.

Pro Johanne de Burgo.—Mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod tam de omnibus terris illis quas H. de Burgo. quondam comes Kancie, tenuit de rege in capite, quam de terris illis quas tenuit de aliis in balliva sua, et de quibus idem comes seisitus fuit ut de feodo die qua obiit Johanni de Burgo, filio et heredi predicti comitis, plenam seisinam habere faciat. Et si quid de terris illis ceperit postquam mandatum regis prius recepit de seisina predicto Johanni facienda de terris quas predictus comes tenuit de rege in capite, id ei sine dilatione restitui faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Fuleham xxvij. die Junii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumers' et[1] vicecomiti Salopie.

Pro Johanne de Ely.—Rex dedit dilecto clerico suo Johanni de Ely liberationem illam trium denariorum et unius oboli quam Eva que fuit nutrix R. comitis Pictavie et Cornubie, fratris domini regis, habuit de dono regis de elemosina regis constituta, habendam tota vita ipsius Johannis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod a die mortis predicte Eve liberationem illam eidem Johanni habere faciant. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Straford', xxix. die Junii.

[1] The word 'Sumers' is here cancelled.

1243.

De assisis.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod omnes assisas nove disseisine de balliva sua que aramiate sunt vel aramiari continget citra instans festum Sancti Jacobi, contra adventum justiciariorum cum in partes illas venirent, venire faciat coram R. de Lexint' et Jollano de Nevill' die Lune proxima post prefatum festum Sancti Jacobi; venire eciam faciat coram eodem Jollano et aliis quos sibi duxerit associandos, omnes prisones illius gaiole una cum attachiamentis eorundem. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Straford', primo die Julii.

Mandatum est eciam vicecomiti Notingh' quod similiter venire faciat coram eisdem apud Notingh' die Martis proxima post festum Sancti Petri ad Vincula omnes assisas, et coram predicto Jollano omnes prisone[s] illius gaiole et illorum attachiamenta. Teste ut supra.

De maeremio quod non exeat Anglia.—Mandatum est ballivis de Sandwic' quod nullo modo permittant quod aliquod maeremium exeat a portu suo deferendum ad partes transmarinas ad debilitatem terre regis et meliorationem terrarum inimicorum domini regis, sciturі pro certo quod si decetero id permiserint, non solum ad ipsos set ad totam villam suam ita graviter rex se capiet quod sentient se inde gravatos. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur omnibus ballivis Quinque Portuum. Teste ut supra.

De maeremio ad reparationem domorum domini regis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in parco regis de Bricstok habere faciat maeremium vicecomiti regis Norhampton' ad reparationem domorum regis de Bricstok' et ad scindulas faciendas per talliam factam inter ipsum vicecomitem et forestarium predicti parci de numero quercuum. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Hertford', ix. die Julii.

Pro Margeria (sic) *comitissa Kancie.*—Rex inspexit tenorem cartarum continencium donaciones factas conjunctim H. de Burgo, quondam comiti Kancie, et Margarete uxori ejus. Et quia predicti comes et Margareta de manerio de Horneby et castro cum pertinenciis suis conjuncti feoffati fuerunt, et de quibus prefatus comes seisitus fuit die qua obiit, mandatum est Alexandro Bacun quod de predictis manerio et castro cum pertinenciis sine dilatione plenam seisinam eidem Margarete[1] habere faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Hertford', vij. die Julii.

Eodem modo scribitur Willelmo filio Ricardi de manerio de Estwod' cum Relegh' et hundredo de Rocheford' in comitatu Essex', et de manerio de Haffeld' Peverel et de manerio de Neyland' in comitatibus Essex' et Suff'; et vicecomiti Cantebr' de manerio de Saham; et vicecomiti Kancie de maneriis de Tunstall' et Newenton'; et vicecomiti Surr' de manerio de Banested'; et vicecomiti Dors' de manerio de Wynfrod; et vicecomiti Bed' de manerio de Aspeleg'; et vicecomiti Glouc' de manerio de Elmore; et vicecomiti Noting' de manerio de Wateleg. Teste ut supra.

1 The words 'eidem Margarete' are interlined.

1243.

Pro Willelmo Bardulf.—Rex reddidit Willelmo Bardulf, filio et heredi Beatricis de Warenn', honorem de Wurmegaye, quem H. de Burgo, quondam comes Kancie, tenuit ad vitam suam, et fidelitatem inde regi fecit, et homagium regi faciet in reditu regis in Angliam. Et mandatum est vicecomiti Norff' quod predicto Willelmo talem de predicto honore seisinam habere faciat qualem inde habuit predictus comes die qua obiit. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Everingham quod in foresta regis de Shirewod' faciat habere Willelmo Bardulf duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Willelmi et Willelmo filio Hugonis.—Willelmus filius Willelmi et Willelmus filius Hugonis, capti et detenti in prisona de Colecestr' pro morte cujusdam hominis inventi apud Hammes, habent breve vicecomiti Essex' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

[m. 3.] Quia liberationes facte magistris et[1] marinellis navium que venture sunt ad regem in Wasconiam, jam deficiunt, mandatum est Willelmo Hardel quod accedat usque Portesm' et liberationes eis fieri faciat ulterius prout melius viderit expedire ; et si denarios penes se non habuerit ad hoc faciendum, accedat ad Willelmum de Haverhull', thesaurarium, et camerarios regis, quibus rex injunxit quod denarios quot ad hoc necesse fuerit, ad mandatum suum ei liberent. Et cum rex sciverit summam, breve suum de Liberate eis habere faciet. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Hertf', xj. die Julii.

Et mandatum est thesaurario et camerariis suis quod ad mandatum predicti Willelmi liberent ei denarios quot necesse fuerit ad liberationes predictas. Et cum rex sciverit summam peccunie ad hoc ei liberate, rex breve suum de liberate eis inde habere faciet. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomitibus Lond' quod habere faciant Ricardo clerico regis de Turri regis London' tot lintea ad opus Griffini filii L. quondam principis Norwall' et sociorum ejus secum existencium in prefata Turri quot idem clericus eis dicet ex parte regis. Et cum rex sciverit custum, breve suum de allocate eis inde habere faciet. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod Matillidem que fuit uxor Willelmi de Marisco, que dudum in prisona regis detenta est solum pro felonia ipsius Willelmi quondam viri sui deliberari faciat. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in forinsecis boscis foreste regis de Havering' faciat habere ballivis regis de Havering' maeremium quantum necesse fuerit ad reparationem pecyarum parci regis de Havering' que ad regem pertinent reparande, et que (*sic*) rex ab ipsis ballivis reparari precepit. Teste ut supra.

---

[1] The word 'magistris' was repeated here and has been cancelled.

1243.

Mandatum est vicecomiti Salopie quod non permittat Willelmum de Stutevill' colligere blada de terris que fuerunt Galfridi de Grece, qui interfectus fuit, que quidem blada idem Galfridus seminare fecit ante mortem suam, set idem vicecomes eadem blada colligi faciat per visum alicujus ex parte Agnetis que fuit uxor predicti defuncti, quem ad hoc duxerit assignandum, et ipsa salvo custodiri faciat, donec per curiam domini regis fuerit consideratum ad quem dicta blada debeant pertinere. Teste ut supra.

Mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod Johannem de Wardelegh' et Elyam Gayprest, probatores regis, quos custodes episcopatus Wintoniensis ei liberari facient per preceptum regis, ab eis recipiat et in prisona regis de Neugat' salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, xv. die Julii.

Mandatum est B. de Crioil, constabulario Dovor', quatinus decem marcas et v. solidos quos arestavit de Milone de Norhampt', Judeo, latore presencium, et quos Aaron, Judeus de Eboraco, ei tradidit ad emendum vina ad opus suum in partibus transmarinis, ei sine dilatione deliberari faciat. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo Hardel, custodi cambii sui, quod de exitibus predicti cambii habere faciat magistris et marinellis navium et servientibus et balistariis qui transfretaturi sunt ad regem cum thesauro suo in Wasconiam, liberationes suas, prout melius viderit expedire. Et cum rex sciverit summam denariorum quam ad hoc apposuerit, breve suum de allocate ei inde habere faciet. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Rading', xix. die Julii.

Mandatum est Gilberto de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta regis de Melkeham et Chippeham faciat habere R. comiti Pictavie et Cornubie triginta quercus de dono regis. Teste ut supra.

Rex concessit Waltero de Luton' custodiam terrarum et heredum Ricardi de Melkelegh'. Et mandatum est custodibus episcopatus Londoniensis quod eidem Waltero de omnibus terris quas predictus Ricardus tenuit de predicto episcopatu, plenam seisinam habere faciant Teste ut supra.

Eodem modo scribitur custodi terrarum que fuerunt G. quondam comitis Glouc' de terris quas predictus Ricardus tenuit de predicto bonore Glouc'. Teste ut supra.

Prior de Westacr' de novem marcis quas regina dedit Willelmo le Moyne, et quas idem prior reddere consuevit Henrico de Tybetot, quietus est usque ad festum Sancte Margarete anno etc. xxviij. Et mandatum est vicecomiti Norff' quod prefatum priorem quietum inde esse faciat, et averia sua ea occasione capta sine dilatione deliberari. Teste ut supra.

Rex (*sic*) Mandatum est custodibus terrarum que fuerunt H. de Albiniaco, quondam comitis Arundell', quod permittant executores

1243.

ipsius comitis[1] liberam habere administrationem de omnibus bladis spectantibus ad predictum testamentum, accepta ab eis securitate quod de primis denariis provenientibus de bladis illis satisfacient Thome Blundo de xxxv. marcis pro quodam dextrario ab eodem empto. Teste ut supra.

De dote comitisse Arundell' de terris etc.—Rex assignavit Isabelle que fuit uxor H. de Albiniaco, quondam comitis Arundell', maneria de Burne et de Stanstede et hundredum de Burne cum pertinenciis excepta advocatione ecclesie, in comitatu Sussex', manerium de Olneye cum pertinenciis in comitatu Buk', excepta advocatione ecclesie,[2] manerium de Snetesham, manerium de Wymundham, manerium de Plesseto et manerium de Keninghal' et hundredum quod vocatur Gildecros, cum pertinenciis. Et mandatum est custodibus terrarum que fuerunt H. quondam comitis Arundell', quod de predictis maneriis et hundredis cum pertinenciis predicte comitisse plenam seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Rading', xix. die Julii.

De dote ejusdem de feodis etc.—Rex assignavit Isabelle que fuit uxor H. comitis Arundell', in dotem suam feoda militum subscriptorum, scilicet de honore de Rysing', tria feoda que Johannes de Bulemer tenet, duo feoda que Thomas de Grimeston tenet, duo feoda que Hugo de Verly tenet, dimidium feodum quod Adam de Verly tenet, dimidium feodum quod Hubertus Hacun tenet, et quartam partem unius feodi quam Thomas de Ingoldestorp' tenet ; de honore de Bukeham, tria feoda que Henricus de Schelton' tenet, duo feoda que Egidius de Wathesham tenet, tria feoda et quartam partem unius feodi que Willelmus de Brom' tenet, unum feodum quod Willelmus de Rusteng' tenet ; de honore de Rysing' et Bukeham, unum feodum quod Ranulfus de Ho tenet, unum feodum quod Willelmus de Granar' tenet, et dimidium feodum quod Thomas de Heingham tenet ; de honore de Arundell', sex feoda que Henricus Tresgoz tenet, duo feoda que Johannes le Flemeng tenet, tria feoda que Willelmus Aguillun tenet, unum feodum quod Willelmus de Dyva tenet, unum feodum quod Petrus de Hottot tenet, unum feodum quod Robertus de Girros tenet, dimidium feodum quod Walterus de Chorlecot' tenet, unum feodum et terciam partem unius feodi que Johannes de Lymeseye tenet, duas partes unius feodi quas Willelmus de Cuvert et Maria uxor ejus, Radulfus de Sancto Owenno et Godeheuda uxor ejus, Petrus de Gatesden' et Cecilia uxor ejus, et Robertus Haget et Alicia[3] uxor ejus tenent, duo feoda que Robertus filius Roberti de Vilers tenet, dimidium feodum quod Johannes de Gatesden' tenet, dimidium feodum quod Johannes de Montibus tenet, dimidium feodum quod Thomas le Blund et Itar' de Sandevill' tenent, unum feodum et dimidium que Ricardus Luvel tenet, tria feoda que Matheus Hoos tenet, unum feodum quod Radulfus de Sunnewurth' tenet, unum feodum quod Hugo de Hoyvall', prior de Suwik', Rogerus de Merlay et Galfridus de Bello Monte tenent, et dimidium feodum quod Ranulfus del Broc tenet. Et mandatum est

1 The words ' quod . . . comitis ' are interlined.
2 The words ' excepta advocatione ecclesie ' are interlined.
3 The word ' Alicia ' is interlined and ' Cecilia ' is cancelled.

1243.

custodibus terrarum que fuerunt H. de Albiniaco, quondam comitis Arundell', quatinus prefatos milites de servicio suo predictorum feodorum predicte comitisse faciant esse intendentes, sicut predictum est. Teste ut supra.

Rex ad instanciam dilecti clerici sui, Silvestri de Everdon', unus (*sic*) executorum testamenti Matillidis de Lucy, concessit quod ipse et alii executores ejusdem testamenti habeant operationes de Staunford' et Aungr' ad prosternendum blada eorundem maneriorum que sunt in terris. Et mandatum est custodi terrarum que fuerunt predicte Matillidis, quod predictas operationes eis habere faciat. Permittat etiam illos quibus prefata domina dedit vel vendidit maeremium in magno parco suo de Aungr', et quod prostratum est in eodem, illud abducere quo voluerint sine difficultate, dum tamen in eodem parco sine speciali precepto domini regis nichil decetero prosternatur. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod de terra Herberti de Denemede in Denemede, in quam Willelmus de Cobbeham se intruserat, dum idem Herbertus stetit cum rege in obsequio suo in partibus transmarinis, predicto Herberto sine dilatione plenam seisinam habere faciat, et omnia catalla et utensilia que idem Willelmus cepit et asportavit de predicta terra, eidem Herberto similiter restitui faciat. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo filio Ricardi, custodi honoris de Redlegh', quatinus omnes exitus qui provenerunt de terris de quibus H. de Burgo, quondam comes Kancie, et M. comitissa, quondam uxor ejus, simul feoffati fuerunt in balliva sua, de tempore quo terre ille fuerunt in manu regis, eidem comitisse sine dilatione habere faciat, salva tamen inde eis qui ad terras predictas custodiendas assignati fuerunt rationabili sustentatione sua per tempus supradictum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Alexandro Bacun, custodi de Horneby, vicecomiti Noting', vicecomiti Bedef', vicecomitibus Kancie, Cantebr', Glouc', Dors' et Surr'.

Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta regis de Bernewod' faciat habere W. Carleolensi episcopo sex damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus terrarum que fuerunt H. de Albiniaco, quondam comitis Arundell', quod in forinsecis boscis foreste de Arundell' faciat habere Silvestro de Everdon' clerico unum cervum et duos damos de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Surr' quod in pleno comitatu suo eligi faciat unum viridarium loco Galfridi de Hou, quondam viridarii regis, qui juret quod fideliter custodiet viride et venationem, et fideliter faciet que ad viridarium pertinent, una cum sociis suis viridariis regis predicti comitatus. Teste ut supra.

1243.

Mandatum est constabulario de Windesor' quod si custodes pontis de Stanes nondum habuerunt duas quercus quas eis rex dedit in foresta sua de Windes' ad reparationem pontis prefati tempore quo Ingelardus de Cigony fuit constabularius castri de Windes', tunc eisdem custodibus quercus prefatas sine dilatione deliberari faciat.

Mandatum est vicecomiti Notingh' quod habere faciat Johanni de Lexint' scutagium suum de feodis militum que de rege tenet in capite in balliva sua, scilicet de scuto tres marcas pro excercitu regis contra transfretationem in Wasconiam.

Mandatum est vicecomiti Linc' quod habere faciat eidem Johanni de dono regis scutagium feodi unius militis quod regi debebatur, et quod idem Johannes tenet de Willelmo de Vescy in balliva sua, pro eodem exercitu, scilicet de scuto tres marcas.

Mandatum est vicecomiti Norht' quod habere faciat eidem Johanni de dono regis scutagium de feodo unius militis quod regi debebatur, et quod idem Johannes tenet de Willelmo de Feidnes in balliva sua, pro eodem excercitu, scilicet de scuto tres marcas.

Mandatum est vicecomiti Oxonie quod habere faciat eidem Johanni de dono regis scutagium feodi dimidii militis quod regi debebatur, et quod prefatus Johannes tenet de Roesia de Verdun in balliva sua, pro eodem excercitu, scilicet de scuto tres marcas.

Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod faciat habere eidem Johanni de dono regis scutagium feodi unius militis et dimidii, quod regi debebatur, et que idem Johannes tenet de Rogero de Merlay nomine dotis Margerie uxoris sue, pro eodem excercitu, scilicet etc.

Rex concessit Rogero de Pavilly terram que fuit Reginaldi de Pavilly, fratris sui, in Northwald'. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod eidem Rogero de predicta terra plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norf' quod quia Hersenc' que fuit uxor Thome de Fonte de Cancol', appellat Alanum le Bedel, Willelmum le Clerk', Mauricium filium ejus, Simonem de Bruer', Ricardum de Mara, Johannem Haldein et Ricardum Dering', captos et detentos in prisona regis apud Norwic', de morte predicti Thome, viri sui, odio et athia, et non eo quod inde culpabiles sint, set quod Willelmus Bastard culpabilis est de morte illa, quod si singuli predictorum appellatorum invenerit ei xij. legales homines qui eos manucapiant, tradat eos in ballium. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Lada quod omnia blada que sunt in terris Ricardi de Clar' in manu regis existentibus, statim visis literis vendi faciat, ita quod denarios inde provenientes habeat rex in adventu suo in Angliam. Teste ut supra.

[m. 2.] Mandatum est custodibus terrarum que fuerunt H. de Albiniaco, quondam comitis Arundell', quod in bosco qui fuit ejusdem comitis, extra parcum de Bukeham, faciat habere Waltero de Rudham, clerico, quatuor bonas quercus ad maremium faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

1243.

Mandatum est vicecomiti Middelsex' quod loco Nicholai de Sancto Germano, coronatoris regis, qui languidus est, in pleno comitatu eligi faciat unum coronatorem una cum quodam alio, ita quod sint duo qui in predicto comitatu jurent quod fideliter custodient ea que ad coronam regis pertinent, et inde coram justiciariis itinerantibus fideliter respondebunt. Teste etc.

Quia constat regi per inquisitionem quam fieri precepit,[1] quod Ricardus le Trive et Amabilia uxor ejus [qui] appellati sunt[2] per Ricardum le Tailard de incendio, appellati sunt[3] odio et atia et non eo quod inde culpabiles sunt, mandatum est vicecomiti Rotelond' quod tradat eos in ballium.

Rex vicecomiti Essex, salutem. Scias quod de terris que fuerunt Willelmi de Muncell' in Teveresham in comitatu Cantebr', et de terris que fuerunt ejusdem Willelmi in Aungr', assignavimus Matillidi que fuit uxor prefati Willelmi in dotem terram quam idem Willelmus habuit in Aungr', et ideo tibi precipimus quod de predicta terra cum pertinenciis eidem Matillidi plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus terrarum que fuerunt H. de Albiniaco, quondam comitis Arundell', quod in foresta Arundell' faciant habere Roberto de Sancto Johanne duos cervos de dono regis, illo cervo computato de quo litteras W. de Cantilupo habuerunt. Teste ut supra.

Rex dilecto et fideli suo Roberto de Ros, justiciario foreste, salutem. Mittimus ad vos Philippum de Condevr', venatorem nostrum, ad capiendum in foresta nostra de Pikering' triginta cervos vel quadraginta, si sine detrimento et destructione in eadem foresta capi possint; et ideo vobis mandamus quod ipsum ad hoc admittatis. Teste ut supra.

Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri precepit, quod octo acre terre cum pertinenciis in Embleton' que fuerunt Ade filii Ade, suspensi pro latrocinio, exstiterunt in manu sua per unum annum et unum diem, et quod idem Adam tenuit predictas octo acras de Johanne de Yrebi, mandatum est vicecomiti Cumberland' quod eidem Johanni de predictis octo acris plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est maiori et baillivis Bristolli quod catalla Matillidis que fuit uxor Willelmi de Mariscis, que arestari fecerunt, videlicet quatuor marcas ex una parte et triginta sex solidos ex altera, unum coclear argenteum et unum covrechief' precii decem solidorum, eidem Matillidi vel certo nuncio suo has literas nostras deferenti[4] sine dilatione reddi faciant. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, vj. die Augusti.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod colligi faciat omnia scutagia de terris que fuerunt Ricardi de Percy, ita tamen quod nullum

[1] The words 'per . . . precepit' are interlined.
[2] 'Sunt' interlined.
[3] 'Appellati sunt' interlined.
[4] The words 'vel . . . . deferenti' are interlined.

1243.

scutagium capiat de terris quas idem Ricardus tenet in dominico, de quibus scutagium hactenus reddi non consuevit. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Essex', salutem. Scias quod contulimus dilecto et fideli nostro Matheo Bezil custodiam terrarum et heredum Nicholai de Bello Campo una cum maritagio eorundem heredum. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris que fuerunt predicti Nicholai in balliva tua, latori presencium ad opus ipsius Mathei plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cantebr' pro eodem.

Rex ballivis suis Oxonie, salutem. Quia de firma ville vestre non respondetis ad Scaccarium nostrum per manum vestram set vicecomes noster inde respondet per manum suam, vobis precipimus quod litteras nostras quas habetis de viginti marcis singulis annis Roberto de Cantuaria juniori de predicta firma solvendis, predicto vicecomiti nostro habere faciatis, cui precepimus quod illas a vobis recipiat. Teste ut supra.

Rex Radulfo de Bredon' et aliis baillivis R. filii Nicholai, salutem. Quia antequam commisimus manerium de Linford' ad firmam domino vestro, commiseramus Ricardo de London', persone de Linford', dominicas terras ejusdem manerii excolendas pro medietate garbarum, vobis mandamus quod partem suam de predictis terris quas seminari fecit, ipsum percipere permittatis, vel eidem Ricardo pro parte sua satisfaciatis, si eam ad opus domini vestri retinere volueritis, scituri quod si hoc facere nolueritis, id per vicecomitem nostrum Buck' fieri faciemus. Teste ut supra.

Rex assignavit Isabelle que fuit uxor H. de Albiniaco, quondam comitis Arundell', in propartem dotis sue de parte que ipsum comitem contingebat de feodis militum que fuerunt Rannulphi quondam comitis Cestrie, hec feoda subscripta, videlicet unum feodum in Schenl' quod Thomas Maunsel tenet, in comitatu Buck', et quartam partem feodi unius militis quam Robertus de la Bataille tenet in Emton' in eodem comitatu, et in Magna Tiwa in comitatu Oxonie quartam partem feodi unius militis quam Radulfus de Pratell' tenet, et in Bifled in comitatu Norhampt' dimidium feodum quod Simon de Merton' tenet, et in Botindon' in eodem comitatu dimidium feodum quod Clemens de Botindon tenet, et in Gervertoft in eodem comitatu feodum unius militis quod Ricardus de la Hoese tenet, et in Draiton' in comitatu Staff' feoda duorum militum que Radulfus Basset tenet, et in Kinesbir' in comitatu Warr' feodum unius militis quod Willelmus de Bracebrig tenet, et in Eccleshal' in eodem comitatu feodum dimid' militis quod heres Mauricii le Butiller tenet, et in Anesty in eodem comitatu feodum dimid' militis quod Thomas le Ireis tenet, et in Wika in eodem comitatu octavam partem feodi unius militis quam Robertus le Bret tenet, et in Hardricheshull' in eodem comitatu feodum unius militis quod Willelmus de Hardricheshull' tenet, et in Covintr' in eodem comitatu octavam partem feodi unius militis quam Walterus de Covintr' tenet, et in Diclesworth' in comitatu Leyc' feodum unius militis quod Hugo de Diclesworth' tenet, et in Kaggwrth' in eodem comitatu quartam partem feodi unius militis quam Rogerus de Hausted'

1243.

tenet, et in Cotes et Heynton' in eodem comitatu terciam partem feodi unius militis quam Ricardus Putrel tenet, et in Prestwaud in eodem comitatu feodum dimid' militis quod Willelmus filius Hereberti tenet, et in Hamby in comitatu Linc' feoda quatuor militum que Jollanus de Hamby tenet. Et mandatum est custodibus terrarum que fuerunt predicti H. de Albiniaco, quondam comitis Arundell', quatinus prefatos milites de servicio suo predictorum feodorum predicte comitisse faciant esse intendentes, sicut predictum est. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Stibbenhith', vij. die Augusti.

Mandatum est G. de Leukenor', custodi abbacie de Glouc', quod permittat conventum Sancti Petri Glouc' habere omnia necessaria et aministrationem omnium obedienciarum suarum, sicut habere consuevit tempore abbatis sui. Teste ut supra. [*Cancelled.*]

Mandatum est Galfrido de Leukenor', custodi abbacie de Glouc', quod faciat habere conventui Sancti Petri Glouc' tam in pane quam cervisia et aliis, sicut habere consuevit temporibus abbatum suorum, permittentes obedienciarios predicte abbacie habere administrationem obedienciarum suarum, sicut habere consueverunt in aliis[1] vacationibus ejusdem domus. Teste ut supra.

Dos comitisse Arund' de advocationibus ecclesiarum, etc.—Rex assignavit Isabelle que fuit uxor H. de Albiniaco, quondam comitis Arundell', in partem dotis sue de advocationibus ecclesiarum que fuerunt de donatione predicti comitis, advocationem duarum parcium ecclesie de Atleburg' et advocationem ecclesie de Stanhowe. Et mandatum est custodibus terrarum que fuerunt predicti comitis quod de advocationibus predictarum ecclesiarum eidem comitisse plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Idonee uxori Willelmi Lungespee tres damos in aliqua forestarum regis ubi melius et sine detrimento foreste capi possint, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus episcopatus Londoniensis quod in forinseco bosco de Haringesheye habere faciant Thome de Newerk' tres bonas quercus ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod si Guido le Comber' quem Johannes probator regis appellavit, et quem idem Gwido vicit, et qui postea retrusus fuit in prisona regis Roff' eo quod non potuit inveniri plegios de fidelitate, adhuc inveniat ei plegios de fidelitate, tunc ipsum a predicta prisona regis per plevinam deliberet. Et si plegios de fidelitate invenire non possit, et velit abjurare regnum regis, abjuret Et si plegios invenire non possit de fidelitate nec regnum regis velit abjurare, tunc in prisona regis remaneat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Fuleham, xvj. die Augusti.

Robertus de Crompton', Adam Dun, Gilbertus le Breton, Willelmus de Querdon', Benedictus de Medewecroft et Robertus de Bracington',

[1] Interlined.

1243.

capti et detenti in prisona regis Lanc' pro morte Albini de Perhold' et Ricardi fratris ejus, unde appellati sunt, quia interfecerunt predictos Albinum et Ricardum pro latrocinio in quo intercepti fuerunt, et non per feloniam, habent breve quod ponantur per ballium usque ad adventum justiciariorum in partes illas. Teste ut supra.

Rex dedit in mandatis W. Eboracensi archiepiscopo, W. Karleolensi episcopo et W. de Cantilupo, per litteras suas de magno sigillo regis, quod executoribus testamenti Baldwini de Ver liberam habere faciant administrationem de omnibus bladis, averiis et aliis catallis que fuerunt ejusdem Baldwini in manerio de Fitelinton', quod Adam Cok' habet de concessione regis, ad executionem testamenti sui perficendum. Et mandatum est Ade Cok' quod ad bladum quod fuit ipsius Baldwini in terra, manum non extendat aut in aliquo se inde intromittat. Teste ut supra.

Mandatum est W. de Haverhull', camerario regis, quod in civitate London' emi faciat duas robas de bono et delicato scarletto et bene tincto cum capuciis earundem robarum, et illas bene furrari faciat bonis bissis vel de bono minuto vario ad opus Eadwardi filii regis et sororis sue, quas quidem robas et furruras rex a vicecomitibus Lond' acquietari precepit. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod non obstante mandato regis quod rex ei fecit, de catallis Ricardi Brian arestandis, donec satisfactum esset Galfrido Esturmy de bladis et aliis catallis ipsius Galfridi que idem Ricardus consumpserat pro debitis que idem Galfridus predicto Ricardo debuit de lanis nuper depredatis in quadam navi apud Ernemuth', permittat ipsum Ricardum vina sua apud Wintoniam vendere per visum et testimonium legalium hominum, ita quod denarii inde provenientes custodiantur in equali manu, donec inter ipsum Galfridum et predictum Ricardum de venditione lane predicte convenerit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Waltham, xxj. die Augusti.

Mandatum est vicecomiti Surr' quod si occasione mortis Walteri Oliver cepit in manum regis terram que fuit ipsius Walteri in balliva sua, que est de hereditate Emme, quondam uxoris predicti Walteri, et quam de rege tenet in capite, tunc eidem Emme de predicta terra sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Quia vicecomes Suhampt' significavit W. Eboracensi archiepiscopo per litteras suas, quod secundum compotum quem audivit inter Ricardum Brien et Robertum Pipard, ballivum Galfridi Esturmy, idem Ricardus recepit de exitibus terrarum predicti Galfridi xij. libras viij. solidos iij. denarios, mandatum est eidem vicecomiti quod predictum Ricardum per terras et catalla sua in balliva sua distringat ad predictos denarios prefato Roberto ad opus predicti Galfridi reddendos. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod permittat executores testamenti Willelmi de Luveraz liberam habere administrationem omnium catallorum et rerum que fuerunt ipsius Willelmi in balliva

1243.

sua, ad executionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod regi respondebunt ad Scaccarium suum de debitis regis, si que regi debuit. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Suht' quod per sacramentum proborum et legalium [hominum] diligenter inquiri faciat utrum catalla que arestata sunt apud Suht' occasione xiiij. librarum quas Willelmus le Flemeng, mercator de Burgachard', debuit Petro de Walikervill', et quas ei in curia regis Suht' se debere recognovit, sint ejusdem Willelmi vel Johannis Edgar et quorundam aliorum de Wintonia; et si inquirere poterit quod predicta catalla sint ejusdem Willelmi et non predicti Johannis et aliorum, ut asserunt, tunc de eisdem catallis reddi faciat Radulfo Waliker, attornato predicti Petri, predictas xiiij. libras ad opus ipsius Petri. Teste ut supra.

Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri precepit a vicecomite Wigornie, quod triginta et una acra (*sic*) terre et quatuor solidate et octo denariate redditus cum pertinenciis in Quenton', que fuerunt Willelmi de Glescy, utlagati pro morte hominis, exstiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, et quod idem Willelmus terram illam et redditum tenuit de Hawisia que fuit uxor Roberti de Boclinton', que ea tenuit in dotem de tenemento quod fuit predicti Roberti, quondam viri sui, de qua dote Ricardus de Boclinton' modo heres est, mandatum est eidem vicecomiti quod de predictis terra et redditu eidem Ricardo sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Quia recognitum est in curia regis quod Howellus de Brumpton' tenuit manerium de Weston' per serjantiam de Thoma Corbet, et quod manerium vicecomes Salopie cepit in manum regis ea occasione quod predictus Howellus alias tenuit de rege per serjantiam de castro de Mungumery, mandatum est vicecomiti Salopie quod predicto Thome de custodia predicti manerii plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est Rogero de Stopham quod ex quo ceperit in foresta Sancti Briavelli damos quos rex in ea capi precepit ad opus Eadwardi filii sui, capiat in eadem ad opus P. Herefordensis episcopi xv. damos, quos bene saliri et in castro Sancti Briavelli salvo deponi faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

[m. 1.] Mandatum est vicecomiti Lanc' quod si homines de Clacton' levaverunt quoddam fossatum in Clacton post mortem Huberti de Burgo, quondam comitis Kancie, ad nocumentum liberi tenementi quod fuit ipsius comitis in Horneby, et quod fossatum de jure levasse non debuerant, dum castrum et manerium de Horneby que fuerunt ipsius comitis, exstiterunt in custodia regis, tunc predictum fossatum sine dilatione prosterni et in eodem statu quo fuit tempore predicti comitis redigi faciat. Et ipsi postea se perquirant, si voluerint, sicut perquisisse potuerant in vita ipsius comitis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Waltham, xxvij. die Augusti.

Willelmus Baret et Durandus Pitel, quos Muriella que fuit uxor Rogeri de Juveny appellat de morte predicti Rogeri, quondam viri

1243.

sui, quia de morte illa non sunt culpabiles, habent breve vicecomiti Sumers' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

Mandatum est Hugoni Giffard quod filium et heredem Nicholai de Bello Campo, quem Magister Michaelis Belet ei liberabit, ab eo recipiat et inter alios infantes apud Windles' salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Mandatum est Rogero scissori et Jordano de Aynho quod si nondum providerunt de robis contra hyemem ad opus Eadwardi filii regis et familie sue et Griffiini filii Lewellini, tunc provisionem faciant de ipsis in hiis instantibus nundinis Wintonie eodem modo quo anno preterito de ipsis provideri consuevit. Teste ut supra.

Rex ad petitionem Willelmi de Oddingesel' concessit quod perambulatio fiat inter terram predicti Willelmi in Sulihull' in comitatu Warr' et terram domini regis in maneriis de Norton' et de Bromesgrave in comitatu Wigornie, que Henricus de Hasting' habet in tenancia de ballio domini regis. Et mandatum est vicecomiti Wygornie quod assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus de comitatu suo in propria persona sua occurrat vicecomiti War' apud Sulihull' ad diem quem idem vicecomes War' ei scire faciet, ad faciendum perambulattionem illam tam per sacramentum xij. discretorum et legalium militum de comitatu War' quos vicecomes regis War' ibidem tunc venire faciet, quam per sacramentum predictorum xij. militum de comitatu Wigornie. Et mandatum est vicecomitibus predictis quod perambulationem predictam mittant domino regi. Teste ut supra.

Quia manerium de Snetesham, quod rex assignavit Isabelle que fuit uxor H. de Albiniaco, comitis Arundell', in partem dotis sue, situm est infra hundredum de Smethedun', rex concessit predicte comitisse predictum hundredum cum pertinenciis in partem ejusdem dotis sue loco terrarum prius ei assignatarum in maneriis de Writel' et Parva Waltham in comitatu Essex'. Et mandatum est custodibus terrarum que fuerunt predicti comitis, quod resumptis in manu regis terris prius ei assignatis in dotem in predictis maneriis de Writel' et Parva Waltham', quas quidem salvo custodiant ad opus regis una cum aliis terris que fuerunt predicti comitis, de predicto hundredo cum pertinenciis loco predictarum terrarum predicte comitisse plenam seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Waltham, ij. die Septembris.

Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod capi faciat ad opus regis a venatoribus regis centum damos in Nova Foresta et in Bocholt' et in Blakemor' contra reditum regis in Angliam. Teste ut supra.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod admittant Hugonem de Hodeng' clericum ad reddendum compotum pro Henrico de Colne, quondam vicecomite regis Cantebr' et Huntindon', de quartero unius anni, videlicet a festo [Sancti] Michaelis anno etc. xxvj. usque ad Natale Domini anno etc. xxvij., et ab ipso Hugone tamquam a vicecomite regis audiant compotum de exitibus predictorum comitatuum de

1243.

tribus quarteris ejusdem anni, videlicet a predicto festo Natalis Domini usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. eodem. Teste ut supra.

Quia testificatum est coram consilio domini regis quod Willelmus de Luveres dotavit Matillidem uxorem suam, quando eam desponsavit, de tercia parte omnium terrarum quas tunc habuit vel quas perquirere potuit, mandatum est vicecomiti Suhampt' quod de omnibus terris que fuerunt predicti Willelmi in balliva sua, eidem Matillidi rationabilem dotem sine dilatione faciat assignari. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wiltes' de terris que fuerunt ipsius Willelmi in balliva sua. Teste ut supra.

Mandatum est custodi terrarum que fuerunt Matillidis de Lucy, quod habere faciat Willelmo filio Ricardi duas quercus in magno parco de Aungr' ad maeremium inde faciendum, de dono regis; faciat eciam habere Silvestro de Everdon' duas quercus in forinseco bosco de Westwind' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Quia rex accepit per inquisitionem quam a vicecomite Norhampton' fieri precepit, quod Ricardus de Atteneston' tenuit unam virgatam terre cum pertinenciis in Stanerne de rege in liberum soccagium, et in eadem villa tenuit de rege aliam virgatam terre cum pertinenciis in villenagium, mandatum est predicto vicecomiti quod Radulfo Basset, custodi heredis predicti Ricardi, qui filiam suam duxit in uxorem, ad opus predicti heredis de predicta virgata terre cum pertinenciis quam de rege tenuit in soccagium, plenam habere faciat seisinam. Reliquam autem virgatam terre quam de rege tenuit in villenagium in eadem villa, extendi faciat et per idem precium ad quod extenta fuerit, illam dimittat ad firmam predicto Radulfo, de qua quidem firma regi respondebit per annum ad Scaccarium regis una cum servicio regi debito de alia virgata terre. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus terrarum que fuerunt H. de Albiniaco, quondam comitis Arundell', quod si inquirere potuerint quod prefatus comes dedit Willelmo de Covintr', nuncio, duas quercus, videlicet unam in parco de Covintr' et aliam extra, et illas in vita predicti comitis non habuerit, tunc ipsas ei sine dilatione habere faciant. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Wautham, vij. die Septembris.

Mandatum est vicecomiti Suhampton' quod per sacramentum proborum et legalium hominum diligenter inquiri faciat utrum catalla que arestata sunt apud Suhampton' occasione quatuordecim librarum quas Willelmus le Flemeng, mercator de Burgachard', debuit Petro de Walikervill', et quas ei in curia regis Suhampton' se debere recognovit, sint ejusdem Willelmi vel Johannis Edgar et quorundam aliorum de Wintonia, et si inquirere poterit quod predicta catalla sint predicti Willelmi et non ipsius Johannis et aliorum de Wintonia, ut asserunt, tunc de eisdem catallis fieri faciat viij. libras et xij. denarios qui ei aretro sunt de predictis xiiij. libris, et illos salvo custodiri ad opus ejusdem Petri, donec rex aliud inde preceperit, quia Radulfus Waliker frater suus, recognovit coram W. Eboracensi archiepiscopo quod de predictis xiiij. libris recepit ad opus ejusdem Petri v. libras et xix.

1243. solidos. Et scire faciat predicto Johanni Edgar et aliis qui dicunt predicta catalla sua esse, quod dicte inquisitioni intersint, si voluerint Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Wivill' quod nec de duabus denaratis redditus quas Thomas Marscallus regi debet, nec de aliqua alia re que regem contingat ratione civitatis regis Wintonie, aliquam faciat inquisitionem sine speciali precepto domini regis. Teste ut supra.

Rex concessit dilecto et fideli suo Bartholomeo Pecch' totam terram cum pertinenciis que fuit Johannis Boystard in Cheveleswell' et Cumenore, de qua predictus Johannes fuit seisitus ut de feodo die qua obiit, que est eschaeta regis de terris Normannorum, habendam et tenendam eidem Bartholomeo et heredibus suis, dum tamen valeat viginti libras per annum vel minus. Et mandatum est vicecomiti Berkes' quod eidem Bartholomeo de tota terra predicta cum omnibus pertinenciis suis sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Wautham, x. die Septembris.

Rex concessit dilecto et fideli suo Waltero Byset manerium de Ludeham cum pertinenciis ad se sustentandum in servicio domini regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Notingh' quod de predicto manerio cum pertinenciis plenam seisinam ei habere faciat, sicut predictum est, salvis regi bladis et aliis bonis suis que sunt in manerio predicto. Teste ut supra.

Galfridus de Langel' satisfecit regi de relevio unius spervarii sori quod exigitur ab eo per summonitionem Scaccarii regis pro Reso de Ardern' ratione terre quam idem Resus tenuit de rege in capite in Staverton' in comitatu Warr', et quam idem Galfridus modo tenet de W. Marescallo, comite Penbr', et idem comes eandem terram tenet de rege in capite. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod prefatum Galfridum de predicto relevio quietum esse faciant. Teste ut supra.

Mandatum est B. de Crioyl, constabulario Dovor', quatinus in navi que nuper applicuit apud Sandwic' retineri faciat ad opus domini regis viginti buillonos amigdalarum, quod nullatenus omittat. Teste ut supra.

Hugo Raggy, Ricardus le Cuverur, Stephanus le Macecreu, Willelmus de Sancto Dionisio, Johannes de Sancto Dionisio, Rogerus Buchard, Simon Whistlegreye, Rogerus de Katerington', Ricardus Burgeys, Philippus de la Rye, Philippus le Mercer, Thomas Aynulf, Alanus le Tanur, Nicholaus Buchard, Johannes Truk, Nicholaus Raggy, Johannes pistor, Henricus pistor, Henricus longus, Ricardus Friday, Robertus Lude, Willelmus le Flemeng, Willelmus de Lewes, Willelmus Rumyn, Achardus le Macecreu, Robertus le Franceis, Ricardus le Cupere, Thomas Kyngot, Thomas le Faus, AdamLaurent', Willelmus Truc, Alanus le Taillur, Bernardus de Hampton', Radulfus Galiet, Herbertus Burry, Radulfus Maille, Ricardus le Cornevaleis, Ricardus Bukke, Willelmus le Messer, Thomas Cobs, Willelmus frater ejus, Daniel de Kingeston', Robertus filius ejus, Ricardus Bataille, Johannes frater ejus,

1243.

Warinus Beuchef et Riss' frater ejus, Ricardus de Marisco et Robertus filius ejus et Henricus Sukeling', quos Andreas de Portesye appellat de pace regis fracta, invenerunt regi plegios Ricardum Bissop, Thomam de Forton', Hugonem Nevel, Fulconem de Wymering', Henricum de la Ryche et Willelmum de la Ryche, qui eos manuceperunt habere coram justiciariis domini regis ad primam assisam cum in partes illas venerint, vel quando rex preceperit, ad standum inde recto, si quis versus eos inde loqui voluerit. Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod predictum appellum poni faciat in respectum usque ad primam assisam cum justiciarii regis in partes illas venerint, vel quando rex preceperit ; et quod nomina omnium predictorum qui de pace domini regis fracta appellati sunt, inbreviari faciat in rotulis coronatorum comitatus sui et quod habeat ad primam assisam cum justiciarii domini regis in [partes illas venerint, vel quando][1] rex preceperit, nomina ipsorum qui ipsos manuceperunt. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Porecestr', xvij. die Septembris.

. . . [1] que fuit Willelmi de Luverez in comitatu Wiltes' usque ad legitimam etatem heredum predicti Willelmi, salva Matillidi que fuit uxor predicti Willelmi, dote sua de terra predicta, quam . . .[1] [cus]todia et maritagio heredum predicti Willelmi. Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod de custodia predicte terre predicto Johanni plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est.

. . . [1] Suhampt' de terra que fuit ipsius Willelmi in balliva sua. Teste ut supra.

. . . [1] suo London' quod de melioribus vinis que inveniri possunt London', poni faciat in celario abbatis Westmonasteriensis subtus cameram depictam quadraginta do[lia] . . .[1] [comitisse] Provincie, et duo dolia in camera prioris Westmonasteriensis, ubi abbas Evesham' jacere consuevit, ad opus Johannis le Maunsel. Et cum rex sciverit . . . .[1]

. . . . . .[1] [Albi]niaco, quondam comitis Arundell' quod habere faciant Ade de Wygehal' duas quercus in parco de Bukeham ad maeremium inde faciendum, ubi commodius capi possint, ...[1] [de] do[n]o regis. Teste ut supra.

. . . . . .[1] . . .s suos de curia de Cliderhou quod Hugo balistarius protulit quasdam falsas litteras patentes sigillo regis signatas in prefata curia regis, mandatum est ballivo . . . .[1] liberet vicecomiti Lanc', cui rex mandavit quod ipsum ab ipso recipiat, et usque London' sub salva custodia mittat, et litteras predictas falsas sub sigillo suo et . . . . .[1] London' in octabis Sancti Michaelis regi mittat per duos ex illis quatuor militibus, si rex fuerit ibidem, vel W. Eboracensi archiepiscopo, si rex non fuerit ibidem. Teste ut supra.

. . . . . .[1] . . . holt faciat habere Magistro Simoni, carpentario regis, quinquaginta quercus ad maeremium faciendum ad cumulum capelle regis de Windleshour'. Teste ut supra.

[1] MS. mutilated.

1243. . . . . . .[1] . . . debunt de scutagio feodorum militum que tenentur de predicto episcopatu, recognoverunt coram W. Eboracensi archiepiscopo et aliis de consilio regis quod receperunt . . . . . .[1] feodi unius militis quas tenet de eodem episcopatu in Cumb' et Shag', mandatum est vicecomiti Wiltes' quod pro eodem scutagio ipsum de cetero non distringat . . . .[1] ut supra.

. . . . . .[1] longas carettas quas rex per ipsum fieri precepit London', acquietari faciat et ipsas liberet vicecomitibus London' ducendas usque Wintoniam contra adventum . . . .[1] [s]uum de Liberate ei inde habere faciet. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Farham, xx. die Septembris.

. . . . . .[1] [fieri] mandavit W. Eboracensi archiepiscopo et consilio regis, totum aurum venale quod inveniri poterit in civitate regis London', ad opus regis arestari . . . . .[1]

. . . . . .[1] . . ndon' pro morte Johannis mercatoris unde rettatus etc., quia ignoti latrones de morte illa culpabiles fuerunt, habet breve quod ponatur in ballium . . . . .[1]

. . . . . .[1] Essex' quinquaginta tam damos quam cervos et in foresta regis de Shulveston' alios quinquaginta de pinguedine capi faciat et illos . . . .[1] . . fichet liberet et alios captos in foresta de Shulveston' Johanni de Nevill', salliendos et[2] cariendos usque Westmonasterium ponendos in . . . . .[1] Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Farham, xxiiij. die Septembris.

Clause de anno regis Henrici vicesimo septimo, XXVIJ.

1242 (?).[3] [m. 9*d.*] Memorandum quod dominus Eboracensis archiepiscopus, qui mandatum habet a domino rege providendi domino W. de Cantilupo in custodia octies viginti libratarum terre, providit ei in duabus partibus terrarum que fuerunt Hamonis de Valoynes in Anglia, cum maritagio heredum ejusdem Hamonis in quinquaginta libratis, et in terris que fuerunt ipsius Hamonis in Hybernia, in xx. et sex libratis et xx. denaratis, computata quadam escaeta quatuor marcatarum. Et sic restat ei providendum in quaterviginti et tribus libratis et xviij. solidatis et quatuor denaratis. Postea assignate fuerunt eidem W. due partes viginti libratarum terre in manerio de Heldrisfeld' quod fuit Egidii de Berkel', usque ad legitimam etatem heredum ipsius Egidii una cum maritagio eorundem. Et sic restat adhuc ei providendum in lxx. libratis xj. solidatis et viij. denaratis terre. Postea assignata fuit ei custodia et maritagium heredis Willelmi Paynel filii et heredis Hugonis Paynel una cum ix. libratis terre que fueurnt predicti Hugonis in Rasn'.

1243. [m. 8*d.*] W. Exoniensis episcopus et Johannes de Husting habent breve vicecomiti Cornubie de perambulatione inter terram ipsius episcopi in

[1] MS. mutilated.
[2] The word 'ponendos' is here obliterated.
[3] m. 10*d.* is blank.

1243. Polton', Bodolowen et Trebrichok et terram ipsius Johannis in Husting et Trelanlae.

Abbas de Kaldra et Alexander de Punsoneby habent breve de perambulatione inter terram ipsius abbatis in Holegate et terram predicti Alexandri in Punsoneby, et directum est breve vicecomiti Cumbrie.

Capitula regardorum foreste domini regis.

Videnda sunt assarta facta in foresta post principium secundi anni prime coronationis domini regis H. filii regis Johannis, et estimanda per numerum acrarum. Et inquirendum quis ea fecerit, et quis ea modo teneat, et quo blado inbladata fuerunt, et si modo inbladata non fuerunt, inquirendum quo blado inbladata fuerunt post principium primi anni coronationis predicti H. regis, sive post ultimum regardum post predictum tempus factum, et imbladatio ivernagii scribatur per se et imbladatio trameysii scribatur per se, et inquirendum de cujus feodo sint, et ad quam villam pertinent; et assarta que facta fuerunt ante ultimum regardum factum post principium secundi anni prime coronationis domini H. regis scribantur per se, et illa que postea facta fuerunt, scribantur per se.

Item vidende sunt purpresture veteres et nove facte post principium secundi anni prime coronationis domini H. regis, ubicumque facte fuerunt, sive in bosco sive extra boscum, in landis, in brueriis, in mariscis, in turbariis, stagnis, vivariis, sepibus, fossatis et glebis, et qualicumque modo occupate fuerunt, nisi sit molendinum, stagnum, vivarium, marlera vel fossatum extra coopertum foreste, que facta fuerunt post confectionem carte domini regis de libertatibus foreste; et veteres scribantur per se, et nove per se, et quis eas teneat.

Item vidende sunt omnes purpresture de terra arabili extra coopertum foreste in terra arabili facte post confectionem carte domini regis de libertatibus foreste, et estimande sunt per numerum acrarum, et videndum quo blado inbladate fuerunt, sive post predictum tempus, et quis eas tenuit et teneat, et ad quam villam pertineant, et scribantur per se.

Item videnda sunt omnia vasta boscorum, et tam nova quam vetera, facta post principium secundi anni prime coronationis domini H. regis, et inquirendum quis ea modo teneat, et quis ea fecerit, et de cujus feodo sint, et quorum bosci fuerint, et ad quam villam pertineant, et vetera scribantur per se, et nova per se.

Item videndi sunt dominici bosci domini regis; et quilibet ceppus de quercu et de fago factus post principium secundi anni prime coronationis H. regis, sive post ultimum regardum; si quod postea factum fuerit, debet per se diligenter numerari et per se scribi, et utrum bosci deteriorati fuerint de bosco vel de exbrancatura, et deterioratio subbosci et exbrancature scribantur per se.

Item vidende sunt simili modo dominice haye domini regis, ubi nemo communicat, utrum custodite fuerint de herbagio, sicut debent custodiri; et scribantur per se.

Item omnes purpresture et assarta et vasta facta in dominicis domini regis videantur et brevientur eodem modo quo fieri solebant

1243.

ante confectionem carte domini regis de libertatibus foreste concessis probis hominibus nostris Anglie.

Item videnda sunt aeree austurcorum et espervariorum et falconum, in quibus boscis fuerint, et quis eas habuerit et de jure habere debuerit et consueverit, et scribantur per se.

Item videnda sunt minerie et forgie, et in cujus feodis fuerint in forestis suis in dominico domini regis vel extra. Et inquirendum quales consuetudines reddant et redditus, et quis eas habere debuerit et de jure habere debuerit et consueverit; et scribantur per se.

Idem videndi sunt portus in quibus applicant naves vel batelli ad exportandum merenium vel buscam de forestis, si quis fuerit de novo, qui non fuerit in tempore H. regis primi, quiscum (*sic*) fecerit vel buscam vel meremium asportaverit, et per que et in cujus feodo fuerit, scribatur per se.

Item videndum est de melle, si fuerit in foresta, quis illud habuerit et de jure habere debuerit, an dominus rex an alius.

Item milites debent attente inquirere in itinere suo, quis habuerit arcus et sagittas vel balistas vel brachettos vel leporarios vel aliquod aliud ingenium ad malefaciendum domino regi de forestis suis.

Capitula sigillentur cum scripto regardi.

Rex vicecomiti Heref', salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione convenire facias omnes forestarios et regard[at]ores certis die et loco ad regardum faciendum de balliva tua ante adventum justiciariorum nostrorum de foresta, et loco regard[at]orum qui mortui sunt aut infirmi, alios eligi facias, ita quod duodecim sint in quolibet regardo et nomina eorum inbrevientur. Et forestarii debent jurare quod ducent duodecim milites electos per totam ballivam suam ad videndum omnes transgressiones qui exprimuntur in scripto articulorum que tibi mittimus, et quod non dimittent pro aliqua re. Debent eciam milites jurare quod facient regardum, sicut debet et solet fieri, et quod ibunt, sicut forestarii illos ducent ad predicta videnda. Et si forestarii noluerint vel nescierint eos ducere vel aliquod factum concelare voluerint, ipsi milites non dimittent pro illis quin forisfactum illud videant et inbreviari faciant, et quod hec pro nulla re dimittent, et hoc breve et capitula predicta conscribantur et mittantur in quolibet regardo, ita quod regardatores secundum formam capitulorum predictorum operari possint, et quod regardum fiat citra Clausum Pasche. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Farnham, xxj. die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wygornie, vicecomiti Wiltes', vicecomiti Sumers', vicecomiti Salopie, vicecomiti Suthamt', vicecomiti Northamt', vicecomiti Stafford', vicecomiti Dors', vicecomiti Essex', vicecomiti Huntingd', vicecomiti Roteland', vicecomiti Bukingh', vicecomiti Oxonie et vicecomiti Berk'.

Robertus de Wudeton' et Walterus de Hopton' habent breve de perambulatione vicecomiti Salopie directum de terra ipsius Roberti in Wudeton' et terram predicti Walteri in Shelderton'.

Prior Wygornie et Walterus Haket habent breve de perambulatione inter terram ipsius prioris in Thibrithon' et Crouleg' et terram ipsius Walteri in Oddingeleg', et directum est breve vicecomiti Wygornie.

1243.

Rex vicecomiti Lincoln', salutem. Precipimus tibi quod in fide qua nobis teneris, et sicut te ipsum diligis, associatis tibi militibus illis per quos illi de comitatu tuo jurati fuerunt ad arma, videri facias si singuli habeant arma ad que fuerunt jurati, et defectus armorum illorum quos inveneris, distincte et aperte inbreviari facias una cum nominibus illorum in quibus defectus illi invenientur, et ad que arma iidem jurati fuerunt, et sub sigillo tuo et sigillis predictorum militum hoc significes venerabili in Christo patri W. Eboracensi archiepiscopo et aliis de consilio nostro, proviso quod occasione defectuum illorum neminem ammercies vel occasiones. Teste eodem archiepiscopo apud Westmonasterium, iij. die Marcii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus per Angliam.

[m. 7*d*.] *De assisis vinorum.*—Rex vicecomiti Suhampton', salutem. Precipimus tibi quod in omnibus burgis et bonis villis ballive tue clamari facias et firmiter ex parte nostra prohiberi quod nullus decetero vendat sextarium vini rubei vel vini albi de Berry carius quam pro octo denariis, nec sextarium vini albi Gallici carius quam pro sex denariis, et si quem intercipere possis vina sua carius vendentem, postquam id publice clamari feceris, tunc vina illa de quibus cariores venditores exstiterint, statim capias in manum nostram, et ea per manum duorum legalium hominum quos ad hoc assignes, ad opus nostrum vendi facias, qui denarios inde provenientes salvo custodiant usque ad adventum nostrorum justiciariorum ad partes illas, vel donec aliud rex inde preceperit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westmonasterium, xviij. die Marcii.

Middelsex', Kancie, Sussex', Surr', Essex' et Hertf', Wiltesir', Berkes', Sumers', Dors', Devonie, Cornubie, Gloucestr',	pro octo et pro sex.
Norff', Suff', Cantebr', Hunt', Norht', Lincoln', Buck', Bed', Eboraci, Norhumbrie, War' et Leic', Staff', Salopie, Oxonie, Hereford', Noting', Dereb', Cumberl', Westmer', Wygornie, Lancastr',	pro decem et octo.

1243.

Cornubia.—Mandatum est vicecomiti Cornubie quod fieri faciat perambulationem inter terram Reginaldi de Marisco in Rettylek' et terram Ricardi de Trewyla in Kelifreu, unde posuerunt se in perambulatione. Teste etc.

Rex dilecto et fideli suo G. de Segrave, justiciario foreste, salutem. Monstravit nobis dilectus nobis in Christo abbas Malm' quod Adam de Periton', forestarius noster de foresta de Braden', non permittit ipsum abbatem habere communem pasturam in eadem foresta, quam temporibus nostris et predecessorum nostrorum, regum Anglie, habere consuevit. Et ideo vobis mandamus quod per sacramentum forestariorum et viridariorum et aliorum proborum hominum diligentem fieri faciatis inquisitionem quam communam pasture idem abbas et homines sui habere consueverunt in eadem foresta temporibus predictis ; et cum per inquisitionem illam vobis constiterit quam communam predicti abbas et homines sui in eadem foresta habere consueverunt, tunc ei et hominibus suis[1] communam illam habere faciatis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Wudestok' primo die Aprilis.

Rex vicecomiti Glouc', salutem. Precipimus tibi quod per sacramentum proborum et legalium hominum diligenter inquiras in quo statu gurgites qui sunt in Sabrina inter gurgites nostros et mare, et qui ad detrimentum gurgitum nostrorum multum sunt afforciati, ut dicitur, fuerunt temporibus R. regis avunculi nostri et domini J. regis patris nostri et nostris usque ad reditum nostrum de Britannia, et in eodem statu quo tunc fuerunt, eos esse facias ; et per sacramentum eorundem diligenter inquiras que piscarie sunt levate in predicta aqua postquam fecimus defendi kydellos, que quidem piscarie, ut dicitur, magis sunt ad detrimentum nostrum quam tunc fuerunt kydelli, et omnes piscarias quas per inquisitionem illam inveneris sic injuste levatas sine waranto, facias amoveri. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Chirchedon', viij. die Aprilis.

[m. 6*d*.] Thomas de Warblinton' manucepit coram W. Eboracensi archiepiscopo die Martis[2] proxima post quindenam Pasche apud Fuleham quod in propria persona sua sine essonia, occasione et dilatione comparebit coram justiciariis regis apud Westmonasterium ab octabis Clausi Pasche in xv. dies, narraturus ibidem jus quod habet in custodia quam clamat de manerio de Hurst, quod fuit Willelmi de Munceus, et tunc ibidem presente senescallo comitisse Augi recipiet judicium utrum custodia predicti manerii pertineat ad ipsum Thomam vel ad predictam comitissam. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod de custodia ejusdem manerii prefato Thome talem seisinam habere faciat usque ad diem predictum, qualem habuit inde quando ipsam cepit in manum regis per preceptum regis ; ita tamen quod si ad diem illum non venerit, seisinam suam amittat, et ipse vicecomes tunc predictam custodiam capiat in manum regis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Fuleham, xxx. die Aprilis.

Rex vicecomiti Glouc', salutem. Sciatis quod captis nuper treugis inter nos et regem Francie usque in quinquennium, quas per

[1] The words 'et hominibus suis' are repeated.
[2] 'Lune' is written above 'Martis.'

1243.

omnes bonas villas ballive tue clamari facias, ita quod nulli de potestate ipsius regis Francie in aliquo forisfiat durantibus treugis predictis, in procinctu fuimus in crastino Clausi Pasche ascendere naves nostras causa redeundi in regnum nostrum Anglie cum primo vento quem Deus ad hoc nobis dederit oportunum. Et ideo tibi precipmus quod cum quanta poteris festinatione, ita quod tibi nullus imputari possit defectus, propter quod ad te graviter nos capere debeamus, scire facias omnibus magnatibus nostris de balliva tua, tam episcopis et abbatibus quam comitibus et baronibus, quod nobis occurrant in applicationem nostram in partibus Suht' vel quam cito poterunt postea, nobis ut domino suo super prospero reditu nostro, cum gaudio et honore quibus decet, exultaturi. Teste etc. apud Goudeford', xxviij. die Aprilis.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Isabella uxor Reginaldi de Moyun attornavit loco suo Reginaldum de Bathonia et Robertum de Flory, vel alterum ipsorum, si ambo interesse non possint, in loquela que est contra dominum regem de eo quod predicta Isabella maritavit se sine licencia domini regis.

[m. 5*d.*] Abbas Rading' attornavit Rogerum le Eyr et Ernaldum de Bovinton' vel alterum ipsorum in loquela que est coram domino W. Eboracensi archiepiscopo de eo quod Johannes de Cobbeham cepit quendam hominem ipsius abbatis et detinuit contra libertatem ipsius abbatis.

Prior Karleolensis attornavit loco suo Adam de Wigenhal et Henricum de Elveston' vel alterum ipsorum in loquela que est coram domino archiepiscopo et consilio domini regis inter ipsum et Johannam Wak' de detentione et confractione cujusdam carte.

Galfridus de Stokes attornavit Henricum de Elveston' loco suo in loquela que est coram eodem archiepiscopo inter ipsum Galfridum et Beatricem de Chirchehalum de quadam via deforciata.

Floria Juvenal attornavit loco suo Johannem de Aldeham et Ricardum Page vel alterum eorum[1] in loquela que est coram archiepiscopo inter ipsam Floriam et Nicholaum de Sanford, Robertum de Pinkeny et Willelmum de Curly de eo quod predicti Nicholaus, Robertus et Willelmus vi et armis prata predicte Florie in Pirinton' falcaverunt contra pacem regis.

[m. 1*d.*][2] Rex vicecomiti Linc', salutem. Quia in firmo proposito fuimus naves nostras ascendendi in crastino Nativitatis Beate Marie causa revertendi in regnum nostrum Anglie, Domino nos conducente, tibi preci[pimus] quod scire facias omnibus fidelibus nostris de balliva tua, scilicet tam episcopis, abbatibus et prioribus quam comitibus, baronibus et bonis vavassoribus, quod hii qui nobis in applicationem nostram in partibus maritimis non occurrerint, saltem audito adventu nostro usque London,' nobis ibidem occurrere non omittant, ut sic liquere possit manifeste quam sint de prospero reditu nostro gaudentes

1 The words 'vel alterum eorum' are interlined.
2 ms. 4*d.*, 3*d.* and 2*d.* are blank.

1243.

et jocundi ; venire eciam facias illuc in occursum nostrum de singulis civitatibus et burgis nostris maiorem et quatuor de melioribus et discretioribus hominibus ad nos videndum et super reditu nostro nobis applaudendum. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Farham, xviij. die Septembris, anno etc. xxvij.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus totius Anglie.

Mandatum est Aaron Judeo de Eboraco quod sicut rex mandavit W. Eboracensi archiepiscopo et consilio regis, si finem cum rege per se facere voluerit in adventu regis in Angliam, regi ad hoc per se occurrat. Teste ut supra.

W. Eboracensis archiepiscopus, W. Karleolensis episcopus et W. de Cantilupo reddiderunt fratri Terrico, priori Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, saisinam manerii de Servinton' cum pertinenciis, ita tamen quod si idem prior possit se perquirere versus dominum regem in adventu suo in Angliam ad manerium illud retinendum, retineat, et si non possit de voluntate ipsius domini regis manerium illud retinere, tunc idem prior reddet eidem domino regi eandem saisinam inde quam inde prius habuit[1] sine omni contradictione. Et mandatum est vicecomiti Suht' ex parte domini regis quod de predicto manerio eidem priori plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est, et eidem priori reddat totum redditum quem de ipso manerio recepit postquam illud in manu domini regis tenuit, unde idem prior domino regi respondebit, si manerium illud retinere non possit.

Clause de anno Regis H. vic[*esimo septimo*] *dum fuit in partibus Vasconie.*

---

[1] The word 'ex' is here cancelled.

28 HENRY III.

1243.

Rotulus Clausarum de anno regni domini H. regis xxviij.

[m. 19.] *De quercubus datis.*—Rex Roberto de Everingeham,[1] salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis dilecto et fideli nostro Roberto de Lexinton' xx. quercus infra forestam nostram de Shirewud' in bosco nostro de Clippeston', de dono nostro. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Octobris anno regni nostri xxviij.

De frumento dato.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod de blado regis apud Waltham faciant habere abbati de Loco Sancti Edwardi centum quarteria frumenti, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Octobris. Per Paulinum Peyvre.

De quercubus datis.—Mandatum est R. de Muntfichet quod faciat habere H. Elyensi episcopo xx. quercus de dono regis in Kingeswud'. Teste rege ut supra.

De vinis liberandis cariandis.—Mandatum est Michaeli pincerne quod xiiij. dolia vini que sunt in celario de Guldeford', et iiij. dolia vini que sunt in celario apud Farenham, liberari faciat vicecomiti Surr' carianda usque Westmonasterium. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod de melioribus novis vinis Wasconie que inveniri poterunt in villa Suhamt', capi faciat ad opus regis xl. dolia vini, et illa liberari faciat baillivis Suhamt' carianda usque Westmonasterium. Teste ut supra.

Pro abbate et vj. monachis de Bardenay.—Mandatum est custodi abbacie de Bardenay quod Waltero quondam abbati de Bardenai et vij. (*sic*) aliis monachis ei adherentibus[2] de exitibus predicte abbacie invenias (*sic*) necessaria.[3] Teste rege ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Gileberto de Segrave, justiciario foreste, quod in aliqua foresta prope London' capi faciat ad opus W. Carleolensis episcopi vj. damas, et eas ei habere faciat, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem quod faciat habere Selvestro de Everdon' iij. bonas quercus in haya de Hanl' ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Novembris.

---

[1] Interlined, and 'Ros' cancelled.
[2] The words 'ei adherentibus' are interlined, and 'fautoribus suis' cancelled.
[3] The words 'separatim a conventu ejusdem domus' are here cancelled.

1243.

Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere abbati Westmonasteriensi x. quercus in Widistrod' ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Whichewud' faciat habere Hugoni Paynel iij. damas, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Novembris.

De busca emenda.—Rex mittit usque Windes' Willelmum de Rading'[1] ad emendum ad opus regis vj. navatas busci (*sic*). Et mandatum est ballivo de Wind' quod ad hoc ei consilium prebeat et auxilium, et ei naves habere faciat ad buscam illam Lond' cariandam, et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste ut supra.

De vinis ad opus regine.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Windes' quod faciant habere Bernardo de Sabaudia de vinis regis que sunt in custodia sua, ij. dolia boni vini ad faciendum inde preceptum regine pro ij. doliis vini que rex mutuo recepit ab eadem regina in Wasconia. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Rex mittit Hamonem filium Philippi militem et Willelmum Luvel et Warinum, venatores, ad capiendum xx. damas in parco de Storteford', et xx. damas in parco de Crundon', et xxv. damas in parco de Clakinton' ad opus regis, et mandatum est custodibus episcopatus Wintonie (*sic*) quod ipsos ad hoc admittant. Teste ut supra.

Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod permittat Willelmum Luvel et Warinum, venatores regis, capere xl. damas in foresta de Hatfeld' ad opus regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Galfridus le Barker', detentus in prisona Eboraci pro morte Nikke Judee, unde rettatus est, rettatus est de morte odio etc., et quod Rogerus filius Rogeri Kinesman de morte illa est culpabilis, mandatum est vicecomiti Eboraci quod si predictus Galfridus invenerit ei xij. legales homines etc., qui eum etc. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Hugoni de Vivon' x. quercus in foresta de Cettre ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Croynden', iiij. die Novembris.

De j. dolio vini.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Oxoniam quod faciant habere Magistro Petro Russinol j. dolium boni vini pro j. dolio vini quod rex accepit Lond' a Paulino Peyvr'. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit priori de Benetleg' totum lucrum quod excrevit super lx. solidos quos mutuo accepit a Mosseo filio Jacobi Crespin et Isaac fratre ejus. Et mandatum est justiciariis

[1] The words 'usque Windes'' are here repeated.

1243. ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum priorem de lucro predicto quietum esse faciant, et ipsos Judeos de ipsa sorte lx. solidorum contentos esse faciant. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Wind' quod de vinis que sunt in custodia sua, faciant habere Edwardo filio regis iiij. dolia vini.[1] Teste ut supra.

De monilibus et j. casula.—Rex Edwardo filio Odonis, salutem. Mandamus vobis quod sicut nos et honorem nostrum diligitis, nullo modo omittatis quin sitis ad nos hac die Veneris vel die Sabbati mane apud Faveresham et deferatis vobiscum ad opus nostrum quoddam monile aureum cum lapidibus preciosis precii xxx. marcarum, et aliud monile aureum similiter cum lapidibus preciosis precii xx. marcarum, et tercium monile de pondere precii vj. marcarum, ita tamen quod non omittatis, si necesse fuerit, quin in hiis iij. monilibus emendis ponatis usque ad quater xx. marcas. Ematis eciam ad opus nostrum et vobiscum deferatis unam casulam de mediocri samito, proviso tamen quod aurifragia ejusdem casule lata sint ; et nos precium eorundem monilium et casule statim reddi faciemus a custodibus archiepiscopatus Cantuariensis. Teste rege apud Otteford', v. die Novembris.

De vinis arestandis.—Mandatum est ballivis Cantuarie quod omnia vina inventa in civitate Cantuarie arestari faciant ad opus regis contra adventum suum. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Galfrido de Brideport xl. marcas de fine quem fecit coram Rogero de Thurkelbi et sociis suis, justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Sumerset', unde regi reddidit quater xx. marcas. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De vinis ad pigmentum et claretum faciendis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Westmonasterium quod Magistro Radulfo de Neketon' liberent quantum voluerit de vinis regis per sexteria ad pingmentum et claretum inde facienda ad opus regis.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in diversis ballivis foreste de Den' habere faciat Fratribus Predicatoribus Glouc' xv. quercus ad maeremium cum omnibus exkaetis suis ad fabricam ecclesie sue, et ad constructionem domorum suarum, ubi commodius et vicinius capi possint ad opus suum in predicta foresta. Teste ut supra.

De vinis ad opus regis capiendis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod de melioribus vinis novis que de novo venerunt, que sunt in civitate Lond', scilicet de Wasconia vel aliis, capiat ad opus regis xl. dolia liberanda vicecomitibus Lond' carianda usque Westmonasterium[2] ; et cum rex custum sciverit illud acquietari faciet. Teste ut supra.

---

[1] The word 'de' is here cancelled.

[2] The words 'usque Westmonasterium' are interlined, and 'quo rex eis precepit' cancelled.

1243.

Mandatum est constabulario castri Dovor' quod si vina Wasconie applicuerint in partibus suis, capi faciat ad opus regis xx. dolia que liberet vicecomiti Kancie carianda quo provisum est, videlicet xvj. dolia usque Cantuariam, et iiij. usque Faveresham, et si vina Wasconie in partibus illis non applicuerunt (*sic*), tunc capi faciat xx. dolia vini albi Gallici et cariari ad loca predicta, videlicet xvj. dolia usque Cantuariam, et iiij. usque Faveresham. Similiter eciam si vina nova Wasconie inventa non fuerint, viij. dolia vini de garnisona castri Dovor' recari et cariari faciat usque Cantuariam una cum predictis xx. doliis vini Gallici, et cum rex custum vinorum predictorum et cariagii eorundem sciverit, illud reddi faciet. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Westmonasterium quod de veteribus vinis que venerunt de Gudeford', faciant habere Johanni Maunsel ij. dolia boni vini, de dono regis. Teste rege apud Maydenestan', vj. die Novembris.

De perdonatione.—Rex perdonavit Ricardo de Clifford' qui fuit in servicio regis in Wasconia, scutagium suum de feodis iij. militum, scilicet de feodo j. militis quod tenet de Waltero de Clifford' in comitatu Glouc', et feodis duorum militum que tenet de Radulfo de Wilinton' in eodem comitatu. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eum de predicto scutagio quietum esse faciant, et si quid inde receptum fuerit ad Scaccarium, id ei reddi faciant. Teste rege apud Faveresham, vij. die Novembris.

De vinis capiendis ad opus regis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod preter xl. dolia vini que rex nuper capi precepit ad opus suum, capiat adhuc lx. dolia novi vini Wasconie de primis vinis que venient Lond'. Teste rege apud Cantuariam, ix. die Novembris.

De fagis datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere Olivero de Asprevill' v. fagos in bosco de Ivingeho ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Cantuariam x. die Novembris.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Robertum des Mares et Reginaldum Ruffum ad capiendum xx. damas in parco de Hatleg' ad opus regis. Mandatum [est] custodi ejusdem parci quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

Rex mittit eosdem ad capiendum xxx. damas in parco de Havering' ad opus regis. Mandatum [est] custodi ejusdem parci quod eos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De terris extendendis.—Mandatum est vicecomiti Hertford' quod in propria persona accedat ad manerium de Wylye et per visum ipsorum hominum per quos predictum manerium fuit extensum, assignari faciat secundum extentam illam Hugoni de Botiun, vadletto regis, in predicto manerio x. libratas terre per certas metas et bundas tam in dominicis redditibus quam in aliis exitibus terrarum, et ex

1243.

quo predictam terram ei assignaverit, scire regi faciat sub sigillo suo et sigillis eorum per quos assignatio illa facta fuerit, per quas metas et bundas facta fuerit, et in quibus dominicis redditibus et aliis exitibus terrarum extiterit. Teste rege apud Cantuariam, xij. die Novembris.

De vinis datis.—Mandatum est custodi vinorum regis Roff' quod de vinis regis faciat habere Johanni de Sandwic', vinetario, j. dolium vini albi pro j. dolio vini albi quod rex habuit ab eodem Johanne apud Faveresham. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Johannes le Tayllur, captus et detentus in prisona Cyrencestr' pro morte Rogeri de Juveny, unde rettatus est, rettatus est de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Glouc' quod si predictus Johannes invenerit ei xij. etc., qui eum manucapiant etc. Teste ut supra.

Pro Judeo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod faciant habere Aaron de Eboraco, Judeo, brevia pro debitoribus suis distringendis ad debita in quibus ei tenentur, eidem Judeo solvenda secundum consuetudinem scaccarii Judeorum sine bysancio quod pro hujusmodi brevibus capi consuevit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Philippo Mimekan quod in bosco qui vocatur la Cuwe, capi faciat ij. damas et eas habere faciat abbati Westmonasteriensi ad opus Magistri Gilberti de Byham, cui rex eas dedit. Teste rege apud Dovor', xvj. die Novembris.

Pro marcatoribus (sic) *vinorum.*—Mandatum est maiori et ballivis Suhampt' quod mercatores qui applicuerunt apud Hamele cum vinis suis ut auferant regi prisas suas et contra libertates ville Suhampt', venire faciant sine dilatione cum navibus et vinis suis usque Suhampt', vel quod ibidem faciant quod facere debent tam de prisa regis quam de consuetudine ville regis Suhampt'. Teste ut supra.

De fine Judeorum.—Rex mittit Robertum Passelewe et Paulinum Peyvr' ad finem recipiendum una cum Johanne Maunsel a Judeis London'. Mandatum est P. de Vallibus, constabulario Turris Lond', quod nisi prefati Judei talem finem facere voluerint cum eisdem fidelibus regis de quo sint contenti, ipsos Judeos capiat et in prisona Turris prefate ponat. Teste rege apud Faveresham, xviij. die Novembris.

De perdonatione.—Rex perdonavit Nicholao de Bolevill' scutagium suum feodorum ij. militum que tenet in dotem Alicie uxoris sue de baronia Nicholai filii Martini. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de scutagio illo quietum esse, et eidem Nicholao filio Martini in scutagio quod regi debet pro transfretatione sua in Wasconiam, scutagium predictorum feodorum faciant allocari. Teste ut supra.

Wasconia.—Mandatum est Nicholao de Mol', senescallo Wasconie, et Henrico de Wingeham quod de exitibus terre Wasconie emi faciant

1243.

in partibus illis ad opus regis xv. miliaria cere, xx. boylluns amigdalarum et ij. milia de rys. Et hec omnia regi mittat in primo adventu vinorum rectatorum in Angliam, et ea rex eis faciet allocari. Teste ut supra.

De vinis capiendis ad opus regis.—Mandatum est Michaeli emptori vinorum regis quod eat usque Sutht', et de melioribus vinis que nuper illuc venerunt, capiat ad opus regis lxxiij. dolia vini, et per probos et legales homines ea faciat appreciari, et liberet ea ballivis Sutht' carianda quo rex eis precepit, et scire regi faciat precium predictorum lxxiij. doliorum, quod cum rex sciverit, satisfaciet de eo mercatoribus quorum vina predicta fuerunt. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in diversis forestis regis capi faciat l. damas, ubi capi poterunt ad minus nocumentum forestarum regis, et eas habere faciat R. comiti Pictavie et Cornubie contra instans festum Natalis Domini, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Willelmus Gromet, captus et detentus in prisona de Ayllesbir' pro morte Thome le Fraunceys, unde appellatus est, appellatus est de morte illa odio et atya etc., mandatum est vicecomiti Buk' quod si idem Thomas (*sic*) invenerit ei xij. etc. qui eum manucapiant etc. tunc eum tradat etc. Teste ut supra.

[m. 18.] *De lambruschura.*—Rex custodibus operum de Windes', salutem. Mandamus vobis quod de die et de nocte lambruscari faciatis altam cameram supra murum castri secus capellam nostram in superiori ballio castri, ita quod prompta sit et decenter lambruscata hac die Veneris cum illuc venerimus, scilicet bordis radiatis et coloratis, et quod nichil inveniatur in lambruschura illa reprehensibile. Fieri eciam faciatis ad quodlibet gabulum ejusdem camere unam fenestram vitream albam extra fenestram interiorem cujuslibet gabuli, ita videlicet ut cum reserate fuerint interiores fenestre, extrinsecus appareant ille fenestre vitree. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Novembris.

Pro Uldrico Albo de Secus.—Rex concessit Uldrico Albo de Secus', fratri Magistri Henrici de Secus', manerium et[1] terram[2] cum pertinentiis in Coleston', quod[3] fuit Leonis Judei, habendum et tenendum tota vita sua ad sustentationem suam eo modo quo predictus Judeus illud[4] tenuit. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod de predictis manerio et terra[5] cum pertinentiis eidem Uldrico plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ibidem, xxvj. die Novembris. Per Gwidonem de Russilun.

Et habet inde litteras patentes.

---

1 The words 'manerium et' are interlined.
2 The word 'illam' is here cancelled.
3 Interlined and 'que' cancelled.
4 Interlined and 'eam' cancelled.
5 The words 'predictis . . . terra' are interlined and 'terra illa' cancelled.

1243.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Johanni de Gatesden' vj.[1] damas et iiij.[2] damos vivos in foresta de Whytlewude ad instaurandum quendam parcum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore de Bullington'.—Quia rex accepit per inquisitionem quod mesuagium in Linc' quod Stephanus Belle, qui fugit pro morte hominis, tenuit de priore de Bulington', extitit in manu regis per unum annum et j. diem, mandatum est vicecomiti Linc' quod predicto priori de predicto mesuagio plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Henrico de Trublevill' xiij. marcas quas debuit Sleme Judee London' super jocalia sua que ei impignoravit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod in debito quod regi debet in fine xx. milium marcarum quem Judei ultimo fecerunt cum rege, predictas xiij. marcas ei allocari faciant. Teste ut supra.

Mandatum est Bertramo de Cryoyl et Jeremie de Kaxton', custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod. [*Cancelled.*]

De apris datis.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in foresta de Pikering' faciat habere R. comiti Pictavie et Cornubie contra Natale x. apros de dono regis. Teste ut supra.

De coronatoribus eligendis.—Mandatum est vicecomiti Middelsex' quod eligi faciat ij. coronatores, qui prestito sacramento etc., quorum nomina regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro Wyldrico Albo.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod omnes boves et carucas, blada[3] et alia catalla que Leo Judeus habuit in manerio et[4] terra de Colton',[5] habere faciat Wyldrico Albo, de dono regis, cui rex manerium et terram predictam concessit ad vitam suam. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere Petro Braunch' ij. damas in balliva sua de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Novembris.

De bremiis datis.—Mandatum est Petro de Wakering', custodi manerii de Taunton', quod in balliva sua faciat habere Herberto filio Mathei vj. braemias vivas ad quoddam vivarium suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De cera liberanda.—Rex[6] vicecomitibus Lond', salutem. Precipimus vobis[7] quod iiij. milia cere que emi precepimus ad opus nostrum

---

1 Interlined and ' x ' cancelled.
2 Interlined and ' viij.' cancelled.
3 Interlined.
4 The words ' manerio et ' are interlined.
5 Interlined, and substituted for ' Coleston'.'
6 Interlined and ' mandatum est ' cancelled.
7 The words ' salutem. Precipimus vobis ' are interlined.

1243.

et liberari Willelmo de Haverhull', thesaurario nostro, et unde habetis breve nostrum de Computate, liberetis Edwardo filio Odonis aurifabri ad faciendum inde preceptum nostrum. Teste ut supra.

Pro David filio Lewelini et episcopo de Sancto Assaph'.—Rex concessit D. filio L. quondam principis Norwallie et H. episcopo de Sancto Assaph quod tota vita sua habeant hanc libertatem in villa de Salopia, videlicet quod de rebus que ementur in villa predicta ad opus ipsorum et proprie et private familie sue, nullum capiatur thelonium vel alia consuetudo. Et mandatum est ballivis et probis hominibus de Salopia quod ipsos libertatem illam habere permittant. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Novembris.

De navibus arestandis.—Mandatum est ballivis Sutht' quod si aliqua navis vel naves carcate cera, alemandis, rysis et aliis espiceriis applicuerint in portu suo, vel contingerit aliquam navem carcatam predictis ibidem applicare, non permittant ipsos a predicto portu recedere vel ad opus cujuscumque aliquid de mercandisis in eis contentis vendi, donec id regi scire fecerint, et donec rex ceperit ad opus suum id quod de ipsis duxerit capiendum.

Eodem modo scribitur ballivis de Sandwico.

De elemosinis constitutis.—Mandatum est custodi terrarum que fuerunt J.[1] quondam comitis Linc' quod elemosinas quas abbas de Kirkestall' percipere consuevit tempore predicti J. de dono predecessorum suorum, eidem abbati sine difficultate reddi faciat; similiter et omnibus aliis quibus alique elemosine annue debentur de dono predicti comitis vel predecessorum suorum, sicut eas percipere consueverunt tempore predicto. Teste ut supra.

De cereis ponendis in ecclesia Westmonasteriensi.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod fieri faciat contra instans festum Natalis Domini iiij. cereos quadratos, quorum quilibet contineat c. libras cere, et xv. mensuras regis, continue ardentes per diem et noctem circa feretrum Sancti Edwardi, quarum quelibet contineat ij. libras cere, videlicet a die Veneris proxima ante festum Sancti Michaelis usque ad festum Beati Petri ad Cathedram. Fieri eciam faciat tot cereos circumquaque in ecclesia Beati Petri apud Westmonasterium ardentes in festo Sancti Edwardi quot rex fieri precepit contra adventum comitisse Provincie. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Novembris.

Pro B. de Sabaudia.—Mandatum est Galfrido de Langel' quod, occasione rationabilis partis assignande heredibus Th. (*sic*) quondam comitis Arundell', non disseisiet B. de Sabaudia de terra que fuit predicti comitis in comitatu Sussex', que est terra Normannorum et[2] quam habet ad sustentationem suam de concessione regis. Et si occasione predicta ipsum[3] disseisiverit, seisinam suam inde ei rehabere faciat. Teste ut supra. Per R. Passelewe.

---

[1] Substituted for 'W.'
[2] The words 'que est terra Normannorum et' are interlined.
[3] Substituted for 'ipsam' which is cancelled.

1243.

De damis capiendis.—Rex mittit Willelmum Luvel et Warnerum fratrem ejus ad capiendum xx. damas in balliva Herberti filii Mathei ad opus regis. Mandatum est eidem Herberto quod ipsos ad hoc admittat, et eas, sicut capte fuerint, ad regem ubicumque fuerit, mitti faciat. Et cum rex custum sciverit, illud ei reddi faciet. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Decembris.

Mandatum est Engelardo de Cygoni quod ipse admittat Hamonem filium Philippi ad capiendum xv. damas ad opus regis in parco de Odiham. Teste ut supra.

Pro Johanne Maunsel.—Quia rex vult quod xx. marce quas Johannes Maunsel regi debet de prestito regis ei facto allocentur ei pro xx. marcis in quibus rex ei tenetur pro arreragiis stipendiorum suorum de tempore quo sedit ad Scaccarium, mandatum est baronibus de Scaccario quod de predicto prestito xx. marcarum ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Decembris.

Rex comisit Guidoni de Russilun maneria de Brideshal', Lokinton' et Beinton' tenenda pro cc. marcis annuis quas rex ei concesserat percipiendas ad Scaccarium, ita quod si extenta qua extensa fuerunt maneria illa, antequam rex[1] dimisisset ad firmam Girardo la Grue terras que fuerunt Petri de Malo Lacu, excedat cc. marcas, illud superplusium ultra cc. marcas regi reddet ad Scaccarium, et si maneria illa extensa non fuerint usque ad cc. marcas, rex in aliis terris ei perficiet quantum defuerit de cc. marcis, vel ad Scaccarium in denariis ei satisfaciet. Et mandatum est eidem Girardo quod Imberto clerico ipsius Gwidonis ad opus suum de predictis maneriis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est, quia cum de extenta predictorum maneriorum rex fuerit certificatus, quam regi per eundem clericum significet, eam in firma predicta rex ei faciet allocari. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Decembris. Per R. Passelewe. [*Cancelled.*] *Quia redditum fuit breve et aliter factum ut patet in rotulo finium.*

Pro Judeo.—Rex vicecomiti Notingeham, salutem. Quia Radulfus de Hereford' nuper per falsi suggestionem nos decepit, dicendo quod Amyot, Judeus de Notingeham, fuit in seisina terre sue ut de vadio suo, qui non tantum ut vadium suum set eciam ad firmam eam tenuit et ut vadium suum, sicut certa relatione didicimus, occasione cujus suggestionis nos eidem Radulfo concessimus fieri de predicta terra rationabilem extentam, et eidem Radulfo secundum valorem ejusdem terre finem et terminos rationabiles precepimus assignari, pro quo predictus Radulfus seisinam terre sue recuperavit, et quia prefatus Radulfus ut dictum Judeum de debito suo penitus defraudaret, terram ipsam vendidit, tibi precipimus quod de tota terra que fuit ipsius Radulfi, et que est vadium ipsius Amyot, ei sine dilatione, quicumque eam teneat, plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Decembris.

De damis datis.—Mandatum est Gilberto de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Salceto faciat habere Johanni Talebot ij. damas, de dono regis. Teste rege ibidem, vij. die Decembris. Per Johannem de Pless'.

[1] The word 'ea' is here cancelled.

1243.

De mercibus ad opus regis capiendis.—Rex ballivis de Sandwico, salutem. Mandamus vobis quod de mercibus contentis in navibus que nuper applicuerunt in portu vestro, capi faciatis ad opus nostrum x. miliaria cere, ccc. freaus de reisins, c. freaus de figes, xxx. freaus de graunt figes, xxx. builluns amigdalarum, iij. bales de rys, iij. bales de kanella, ccc. de zucre de Roche, vj. bales de gingivere, vj. bales de pypere, vj. bales de cymino, et dimidium c. de cubebe, et gingebrat, quicquit potest de bono inveniri, c. de longo pipere, et dimidium c. salang, xl. libras de croco, pannos sericos quotquot possunt inveniri, lucre nigrum quicquit potest inveniri, compellentes, si necesse fuerit, mercatores navium predictorum (*sic*) ad omnes merces suas in predictis navibus contentas vobis ostendendas, et hec omnia, si inveniri possint, poni faciatis in una nave et duci Lond', scire facientes mercatoribus quorum fuerint merces predicte, quod accedant vel mitti faciant Lond' aliquem ex suis cum mercibus predictis, quas[1] quidem merces per sacramentum proborum et legalium hominum appreciari faciatis, et de precio predictarum mercium ibidem eis satisfieri faciemus. Teste ut supra.

Pro Artaldo de Sancto Romano.—Mandatum est P. Herefordensi episcopo, procuratori B. Cantuariensis electi, quod primum beneficium ecclesiasticum quod continget vacare in archiepiscopatu Cantuariensi, nulli conferat, set illud reservet ad opus Artaldi de Sancto Romano, quia rex vult quod idem Artaldus habeat beneficium illud de dono regis vel ex provisione predicti electi, quam tenetur facere uni clericorum regis post creationem suam, ad primam petitionem regis. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Decembris.

De vinis datis.—Mandatum est custodi vinorum regis Westmonasterii quod de vinis regis que sunt in custodia sua, habere faciat Magistro Rogero de Ros j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra. Per Edwardum filium Odonis.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, et Edwardo filio Odonis quod hac instanti die Lune proxima post festum Sancti (*sic*) Lucie Virginis, pasci faciant ad denarios regis in magna aula Westmonasterii quatuor milia pauperum pro anima Isabelle[2] sororis regis, quondam imperatricis Alemannorum,[3] in anniversario suo. Teste ut supra.

De capella de Lamh' reparanda.—Mandatum est P. Herefordensi episcopo et Bartholomeo Pech' quod capellam archiepiscopatus Cantuariensis de Lamheg', que indiget reparatione, reparari faciant contra adventum B. Cantuariensis electi in Angliam, et tunc rex custum ad hoc appositum reddi faciet, si predictus electus illud reddere noluerit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Margerie comitisse Warr' iij. damas in foresta de Brehull', de dono regis. Teste rege apud Kenint', x. die Decembris.

---

[1] Altered from 'que.'
[2] Interlined and 'Alienore' cancelled.
[3] The words 'imperatricis Alemannorum' are interlined, and 'regine Scocie' cancelled.

1243.

De robis datis.—Mandatum est Rogero scissori quod de pannis regis, qui sunt in custodia sua, faciat habere Johanni de Sunnevill', Arnaldo de Sunnevill' et Emerico de Sunnevill' iij. robas de virid vel de burnetto, videlicet cuilibet illorum pallium et tunicam cum penula de byssis contra instans festum Natalis Domini, de dono regis. Teste rege apud Windes', ix. die Decembris. Per Gidonem de Russilun.

Pro conversis Lond'.—Mandatum est custodi conversorum London' quod Willelmum clericum conversum in domo regis conversorum recipiat, exhibendo ipsum sicut unum aliorum conversorum. Teste rege apud Windes' xj. die Decembris.

Rex Willelmo de Burgo, salutem. Mandamus vobis quod si inter pannos nostros empti sint panni ad opus conversorum Lond', tunc robas ad opus eorum quorum nomina in cedula presentibus inclusa continentur, secundum quod habere consueverunt, et prout custos eorum London' vobis plenius dicet, eis habere faciatis. Teste ut supra.

Idem mandatum est de vj. conversis qui postea redierunt ad domum suam.

De piscibus capiendis.—Rex mittit piscatores suos ad capiendum in lacu de Wulvemere[1] omnes pisces quos capere poterunt[2] in eodem. Mandatum est custodi ejusdem lacus quod cum capti fuerint, illos sine dilatione regi mittat de die et de nocte usque Wind', et cum rex custum sciverit, illud ei reddi[3] faciet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur custodi lacus de Wulvemere. [*Cancelled.*]

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Burgo quod faciat habere Magistro Willelmo le Brun unam robam, videlicet tunicam, supertunicam et pallium, et Henrico magistro cimentariorum regis aliam robam[4], videlicet tunicam et supertunicam, de dono regis. Teste rege apud Wind', x. die Decembris.

Pro filiis Ferandi balistarii.—Mandatum est Hugoni Giffard et Magistro Willelmo le Brun quod duobus filiis Ferandi quondam balistarii regis, qui sunt de familia Edwardi filii regis, inveniant lineos pannos et calciamenta eodem modo quo faciunt duobus aliis pueris qui sunt de eadem familia. Teste ut supra.

De una roba data.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Ricardo de Funtenay unam robam, de dono regis. Teste rege ibidem, xij. die Decembris. Per Paulinum Peyvr'.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere uxori Ricardi de Clifford' ij. damas in foresta de Whitlewude, de dono regis. Teste ut supra.

De pelvis (sic) *et lectrinibus faciendis.*—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod duas pelves argenteas et duo lectrinia

[1] Interlined and 'Farenham' cancelled.
[2] Substituted for 'possint.'
[3] Interlined and 'allocari' cancelled.
[4] Interlined and 'tunicam' cancelled.

1243.

argentea, que rex ei injunxit facienda, fieri faciat sub festinatione, ita quod rex ea prompta habeat ante instans Natale Domini. Teste ut supra.

De perdonatione transgressionis.—Rex, ad instanciam W. Eboracensis archiepiscopi, perdonavit Willelmo Bysshop et Edithe filie Walteri transgressionem, si eam fecerint, que eis imposita fuit de foresta regis. Et mandatum est constabulario de Windes' quod ipsos a prisona deliberet et abire quo voluerint permittat. Teste rege apud Windes', xiij. Decembris. Per eundem archiepiscopum.

Pro magistro et fratribus hospitalis Sancti Antonii Vienensis.—Rex dedit magistro et fratribus hospitalis Sancti Antonii Vienensis capellam beate Marie in Lond', que quondam fuit sinagoga Judeorum. Et mandatum est vicecomitibus Lond' quod fratri Thome, procuratori et nuncio ipsorum magistri et fratrum, sine dilatione ejusdem capelle plenam seisinam habere faciant. Teste rege ibidem, xiiij. die Decembris.

De cauderis faciendis.—Mandatum est Willelmo Hardel[1] quod de exitibus cambii regis fieri faciat duas cauderas[2] argenteas, unam ad opus regis et aliam ad opus regine, ita quod utraque earum sit ponderis[3] centum librarum. Teste ut supra.

De quodam vestimento.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod fieri faciat quoddam vestimentum ad opus B. electi Cantuariensis honestum et preciosum.[4] Teste ut supra.

[m. 17.] *De quibusdam operationibus acquietandis.*—Rex thesaurario et camerariis suis, salutem. Mandamus vobis quod non obstante mandato nostro quod vobis fecimus, quod nichil caperetur de deposito thesauri nostri, habere faciatis Willelmo de Haverhull' et Edwardo filio Odonis cc. libras de prestito ad operationes quas fieri fecimus acquietandas, et alia negocia que eis injunximus facienda. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Johanni filio Galfridi in foresta de Brehull' iij. damas de dono regis. Teste rege apud Wind', xv. die Decembris.

De robis mittendis usque Wind'.—Mandatum est Petro Chaceporc quod mittat usque Windes' hac die Sabbati instanti omnes robas que continentur in cedula quam rex ei mittit litteris suis inclusam. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Gerardo[5] Ridel de Blavia tunicam, supertunicam et pallium cum penula de byssis, et tribus militibus suis robas, videlicet cuilibet eorum tunicam et pallium cum penula de byssis, de dono regis contra instans Natale Domini. Teste ut supra.

---

1 Substituted for 'W. de Haverhull, thesaurario regis,' which is cancelled.
2 Interlined and 'candelabras' cancelled.
3 Interlined and 'precii' cancelled.
4 These words originally read 'quam preciosum fieri poterit.'
5 Interlined and 'Galfrido' cancelled.

1243.

Pro Fulcone de Castro Novo.—Rex dedit Fulconi de Castro Novo custodiam terrarum et[1] maritagium Christiane filie et heredis Roberti de Marisco ad opus suum. Et quia rex vult quod eam ducat in uxorem, mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod certo nuncio ipsius Fulconis, litteras regis deferenti, prefatam Christianam et seisinam terrarum que fuerunt prefati Roberti et ipsam Christianam hereditarie contingunt, cum omnibus exitibus et proventibus a tempore quo per mortem predicti Roberti devenerunt in custodiam regis,[2] sine dilatione habere faciat. Teste rege apud Windes', xv. die Decembris.

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod Bruno de Saya, militi, vicecomiti de Frunzak, faciat habere unam robam, scilicet tunicam, supertunicam et pallium cum penula de byssis, et Reimundo Makayn, civi Burdegale, unam robam, scilicet tunicam et supertunicam cum furura decente, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem Petro quod faciat habere W. de Eboraco, preposito Beverlaci, unam robam integram et decentem contra Natale, de dono regis. Teste rege apud Wind', xvj. die Decembris.

Pro Simone de Norf'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Simonis de Norf' in Kegwurth', que est vadium Amyot le Lumbard[3] et Mosse fratris ejus, Judeorum de Notingham, quantum valeat in dominicis redditibus, villenagiis et omnibus aliis exitibus terre, et secundum valorem ejusdem terre et quantitatem debiti quod debet predictis Judeis, rationabiles terminos eidem Simoni habere faciant ad debitum illud reddendum. Teste ut supra.

De damis et apris datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere P. Herefordensi episcopo x.[4] damas et iiij. apros in foresta de Den', et ita capiantur predicti apri et dame quod non possit vel debeat pro captione eorum culpari. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Engelardo de Cygony capam, tunicam, supertunicam et pallium de scarleto cum penula et furruris decentibus et quandam pellem lutrinam ad urluram contra Natale, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem Petro quod faciat habere Ernaldo Beraud' et Ernaldo de Gerandon ij. robas contra Natale, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem de j. roba ad opus Ernaldi de Puteo liberanda.

Et de iij. robis ad opus Petri Saraceni et duorum sociorum suorum.

Et de ij. robis ad opus Magistri Rogeri de Cantilupo et Magistri Roberti de Ludelawe.

Et de j. roba ad opus Drogonis de Trublevill'.

---

1 The words 'custodiam terrarum et' are interlined.
2 The words 'cum . regis' are interlined.
3 Substituted for 'Blund,' which is cancelled.
4 Interlined and 'vj.' cancelled.

1243.

De perdonatione pro Mauricio de Berkleg'.—Rex perdonavit Mauricio de Berkleg', filio et heredi Thome de Berkleg', centum marcas quas predictus Thomas pater ejus debuit David de Oxonia, Judeo, pro prestito centum marcarum quod idem Judeus fecit predicto Thome ad opus ipsius Mauricii ad transfretandum in Wasconiam in servicium regis. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Mauricium de predictis centum marcis quietum esse, et munimenta que idem Judeus inde habet, eidem Mauricio reddi faciant. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Peregrino de la Ferere, Willelmo de la Basage et Simoni de Wybof, militibus, iij. robas contra Natale, de dono regis. Teste rege apud Wind', xvij. die Decembris. Per Johannem Maunsel.

Eodem modo scribitur eidem de iij. robis ad opus duorum filiorum Ferandi balistarii et magistri eorum. Teste ut supra.

Pro Judeo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod judicium quod redditum fuit per eos coram Eboracensi archiepiscopo et ceteris de consilio regis, dum rex fuit in partibus transmarinis, inter Mosse filium Hamonis de Hereford', Judei, et Abraham Judeum de Berkhamsted' et alios participes ipsius Mosse de particione catallorum que fuerunt prefati Hamonis, firmiter faciant observari tam ab ipso Mosse quam a prefato Abraham et aliis participibus suis. Teste ut supra.

Pro Johanne Maunsel.—Rex concessit Johanni Maunsel custodiam terrarum et heredum Johannis le Poher una cum maritagio eorundem heredum. Et mandatum est justiciario Hybernie quod tam de terris et castris[1] que fuerunt ipsius Johannis quam de heredibus predictis simul cum omnibus exitibus et proventibus qui provenerunt de terris predictis a tempore quo primo venerunt in custodiam regis, usque ad tempus quo ei seisinam faciet, una cum bladis solo herentibus,[2] nuncio ipsius Johannis habere faciat. Teste ut supra. Per R. Passelewe. Postea facte erant patentes.

Ne quater xx. marce reddantur de cetero Fulconi de Castro Novo.—Quia rex concessit Fulconi de Castro Novo custodiam terrarum que fuerunt Roberti de Marisco, et maritagium Christiane filie et heredis ipsius Roberti, idem Fulco non tenetur decetero recipere quater xx. marcas de villa de Staunford'. Et mandatum est ballivis de Staunford' quod illas quater xx. marcas ei non reddant.[3] Teste ut supra.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod illas quater xx. marcas predictis ballivis in firma de Staunford' decetero non allocent.

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Magistro Laurencio de Sancto Martino robam integram. Teste ut supra.

---

1 The words 'et castris' are interlined.
2 The words 'una . . . herentibus' are interlined.
3 The MS. reads 'reddat.'

1243.

Eodem modo scribitur eidem de j. roba integra ad opus uxoris Johannis de Frethorn' cum furura de bissis. Teste ut supra.

De j. casula et pauperibus pascendis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis aurifabri quod preter duo vestimenta que regi laturus est, emat ad opus regis unam casulam preciosiorem quam invenire poterit in civitate Lond', et secum deferat una cum predictis vestimentis. Accipiat eciam denarios mutuo ubicumque poterit, ad pascendum x. milia pauperum pro anima regine quondam uxoris Sancti Edwardi, et rex precium ipsius casule et denarios illos quos mutuaverit ad pauperes pascendos, ei reddi faciet. Teste rege apud Wind', xviij. die Decembris.

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Johanni filio Alani et sociis suis et eorum garcionibus robas sicut habuerunt anno preterito, et uni socio et uni garicioni (*sic*) de incremento. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Lorre cantori et uxori ejus et Johanni de Blavia robas contra Natale. Teste ut supra.

De compoto audiendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod post festum Sancti Hyllarii audiant compotum Bernardi de Sabaudia, constabularii de Windes', de instauris que recepit ad custodiam ejusdem castri a tempore quo fuit constabularius prefati castri, scilicet de vinis, bladis et baconibus. Teste ut supra.

De panno dato.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Radulfo de Gorges xvj. ulnas panni ad vestiendum pueros suos simul cum j. furura agnina ad opus filie sue primogenite. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Johannes de Blitheliche occidit Ricardum filium suum per infortunium et non per feloniam et maliciam excogitatam, mandatum est vicecomiti Bedef' quod si predictus Johannes invenerit ei xij. etc., qui eum etc. Teste ut supra.

De robis ad opus regis, regine et comitisse Provincie.—Mandatum est P. Chaceporc, W. de Burgo et Rogero scissori quod de scarletta quam[1] regi misit Thomas comes Flandrie, quam rex eis mittit, et quam prius tonderi faciant, fieri faciant duas robas ad opus regis et regine, scilicet tunicam, supertunicam, capam[2] et pallium ad opus regis, et tunicam, supertunicam, pallium et capam ad opus regine, et eas furriri faciant minuto vario. Emi eciam faciant de meliori scarletta que inveniri poterit in civitate Lond', unam robam ad opus B. comitisse Provincie, scilicet tunicam, supertunicam pallium et capam, et eam furriri faciant ermina, et omnes illas robas regi mittant contra Natale. Et cum rex sciverit custum robe comitisse et pelure robe regis et regine, illud faciet acquietari. Teste ut supra.

[1] The words 'rex eis misit' are here cancelled.
[2] Interlined.

1243.

De j. roba data.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Gilberto de Greinvill' unam robam, scilicet tunicam et supertunicam, de dono regis. Teste ut supra.

De privilegiis regis transcribendis.—Mandatum est eidem quod omnia privilegia regis a sede apostolica indulta tam scilicet tempore Innocencii pape quam tempore Honorii et Gregorii paparum, que sunt in custodia sua, transcribere faciat in bona et legibili nota et transcripta eorum habere faciat nunciis regis qui in proximo profecturi sunt ad curiam Romanam. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est eidem quod faciat habere Magistro Henrico, clerico Thome [comitis] Flandrie, robam suam sicut habere consuevit annis preteritis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Magistro Waltero de Ocle, notario domini Imperatoris, unam robam, scilicet tunicam, supertunicam et pallium cum furrura de bissis et urlura, et duobus clericis suis robas communes, scilicet tunicam [et] supertunicam cum furrura de scurellis vel cuniculis, et iiij. scutiferis suas robas partitas, et iiij. garcionibus suis robas, et Johanni de Sumercote, capellano domini Ricardi Hanibal cardinalis, robam, scilicet tunicam et supertunicam cum [furrura de] cuniculis vel scurellis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem de una roba liberanda Reimundo Arn[aldi] Muneer cum furrura de byssis.

Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Magistro Henrico de Susa et socio suo duas robas, scilicet utrique eorum tunicam, supertunicam et pallium cum penula de bissis, et clerico ipsius Henrici unam robam sicut habere consuevit, et duobus servientibus ejus duas robas. Teste rege apud Windes', xix. die Decembris.

Eodem modo scribitur eidem de j. roba liberanda capellano ministranti in capella de Keninton' de gratia regis, videlicet tunicam et supertunicam cum furrura agnina, de dono regis. Teste ut supra.

Pro conversa.—Mandatum est magistro conversorum London' quod Sibillam de Cestreham, conversam, recipiat, et illam quasi unam ex aliis conversis in domo predictorum conversorum in necessariis exhibeat. Teste ut supra.

Pro communa Burdegale.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod pecuniam contentam in litteris regis patentibus de liberate, quam rex debet commune Burdegale, nuncio predicte commune, litteras regis deferenti, reddi faciant de primis denariis qui venturi sunt ad Scaccarium ad festum Sancti Hyllarii. Teste ut supra.

Hybernia. Pro uxore Ricardi de Burgo.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod Egidie que fuit uxor Ricardi de Burgo, sine dilatione rationabilem dotem assignet de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti R.,[1] de quibus idem Ricardus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Petro Chaceporc quod per testimonium magistri conversorum Lond' faciat habere robam Sibille

[1] Interlined.

1243.

de Cestreham, converse, sicut uni[1] conversarum London'. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est eidem quod faciat habere Imberto de Salvis talem robam contra Natale qualem fecit habere cuilibet de senescallis regis. Teste rege apud Wind', xx. die Decembris.

Mandatum est eidem quod faciat habere magistro Andree le Trescy de Rupella j. robam contra Natale, de dono regis. Teste ut supra. Per Johannem Maunsel.

De quercubus datis.—Mandatum est Bernardo de Sabaudia, constabulario de Windes', quod venerabili patri R. Cycestrensi episcopo, cancellario regis, faciat habere vj. quercus de dono regis in parco de Windes' ad maeremium inde faciendum ad quandam cameram construendam apud hospicium suum de Eton'. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Egidio de Caumbray robas ad opus xliij. servientum (*sic*) regis de gratia regis. Teste ut supra. Per Johannem Maunsel.

Pro priore de Lenton'.—Rex adhibuit assensum ordinationi facte de fratre Hugone Burgundiensi in priorem de Lenton' per abbatem Cluniacensem. Et mandatum est vicecomiti Notingeham quod de omnibus terris et tenementis que extiterunt in manu regis ratione vacationis predicti prioratus et in manu regis existentis, si que erant,[2] eidem priori plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Matheo le Picard' et Columbo de Burgo duas robas, videlicet utrique eorum tunicam et supertunicam cum furruris[3] agnorum, contra Natale, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Gregorio vadletto Magistri Bartholomei, domini pape notarii, unam robam, videlicet tunicam et supertunicam, de dono regis. Teste ut supra. Per J. Maunsel.

Mandatum est eidem quod faciat habere Johanni Byset et tribus militibus suis robas, videlicet ipsi Johanni tunicam, supertunicam et pallium, et tribus militibus suis sicut militibus de familia regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Wiberto de Kancia robam sicut uni clericorum regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Roberto Purcel, Gervasio Purcel, Roberto de Aubervill', Willelmo de Aubervill' et Willelmo de Albo Pomerio, servientibus commorantibus in munitione castri de Windes', v. robas contra Natale, de dono regis. Teste ut supra.

De robis datis.—Eodem modo scribitur eidem de una roba liberanda Ricardo Bauzan sicut uni[4] militum de familia regis. Teste ut supra.

[1] 'umi' in MS.
[2] The words 'si que erant' are interlined.
[3] A line has been drawn through the words 'cum furruris.'
[4] 'umi' in MS.

1243.

Eodem modo scribitur eidem de j. roba liberanda Magistro Simoni de Wauton' cum penula de bissis, sicut uni clericorum regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem Petro per diversa brevia quod faciat habere Magistris Willelmo le Riccer et Nicholao de Aundeli et Burnello carpentario iij. robas; et Stephano de Satenay, nepoti Bernardi de Sabaudia, j. robam cum penula de bissis; et Petro de Marevill' militi unam robam sicut aliis militibus regis; et capellanis regis, scilicet Hugoni et Johanni, de domo conversorum Lond' pannum ad duas capas de dono regis; et Ricardo de Burgo et duobus sociis suis quos rex secum retinuit, iij. robas sicut aliis vadlettis regis; et Egidie que fuit uxor Ricardi de Burgo, j. robam integram de aliquo bono panno,[1] scilicet tunicam, supertunicam et pallium cum penula de bissis, et militi suo robam sicut alii militi, et domicelle sue tunicam et pallium cum penula cuniculorum; et Herlewino Normanno et Radulfo Normanno, Johanni le Gyw, Rogero le Desert, Ricardo fratri ejus, Willelmo filio Warini, servientibus qui secuntur regem; et Willelmo Blundo, Villano de Fossato, Radulfo le Perage, Hugoni de Skelhal', Pagano Wak', qui sunt in Turri Lond', robas;[2] et Willelmo Cheval qui infirmatur apud Windes', j. robam pro dono; et Galfrido de Laundel, j. robam; et Warino et Philippo clericis de capella regis' ij. robas, sicut aliis clericis regis; et Willelmo capellano de Wudestok' j. robam; et Johanni de Brademere, vadletto, j. robam;[3] et Stephano de Cantuaria, clerico, j. robam. Teste ut supra.

Pro converso.—Mandatum est magistro conversorum Lond' quod Otonem conversum in domo predictorum conversorum recipiat, et ei sicut uni ex ipsis conversis in predicta domo necessaria inveniat. Teste ut supra.

Pro Reimundo de Luk'.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Reimundo de Luk unam penulam de bissis ad pallium de roba quam rex ei dedit. Teste rege apud Wind', xxij. die Decembris.

De robis datis.—Mandatum est eidem per diversa brevia quod faciat habere Simoni, capellano ministranti in capella regis de Windes', j. robam sicut ceteris capellanis regis; et Thome de Hemmegrave j. robam sicut militibus de familia regis; et Willelmo de Trublevill' et socio suo, militibus, duas robas sicut ceteris militibus de familia regis; et Roberto de Drumar', clerico, j. robam; et Wischardo de Frenz et militibus suis, Willelmo de Murevel et militibus suis robas; et Arnaldo Cotin de insula Oleronis j. robam; et Chinchiokoniano clerico j. robam; et Silvestro de Everdon' j. robam, videlicet tunicam, supertunicam et pallium cum penula de bissis; et Magistro Thome cementario[4] regis et Ricardo le Frannceys et duobus sociis suis, vigilibus de Windes', robas contra Natale. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere Johanni Beset iij. damas in balliva sua, de dono regis. Teste rege apud Bistlesham, xxij. die Decembris.

1 The words 'de aliquo bono panno' are interlined.
2 Interlined.
3 The words 'Teste ut supra' are here cancelled.
4 Substituted for 'carpentario' which is cancelled.

1243.

De capis faciendis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod fieri faciat iiij. capas, videlicet duas de viridi samitto et duas de rubeo, ponendas in capella regis, ita quod prompte sint in adventu regis London'. Teste rege apud Walingeford', xxvj. die Decembris.

[m. 16.] *De vinis datis.*—Mandatum est custodibus vinorum regis de Windes' quod faciant habere de vinis regis que sunt in custodia sua, preceptori domus Templi de Bistlesham unum dolium vini de dono regis. Teste rege apud Rading' xxvij. die Decembris. Per W. de Cantilupo.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere Johanni de Lessinton' iiij. damas in foresta de Shyrewude, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De j. roba data.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Willelmo filio Walkelini j. robam, sicut umi servientum (*sic*) regis. Teste ut supra. Per W. de Cantilupo.

Pro comite Ricardo.—Rex concessit Ricardo comiti Pictavie et Cornubie manerium de Glatton' cum pertinenciis. Et mandatum est vicecomiti Huntend' quod de eodem manerio plenam seisinam ei habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk' de manerio de Riseberewe. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere R. comiti Wintonie vj. damas in foresta de Selveston', de dono regis. Teste rege apud Rading', xxviij. die Decembris.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Willelmo de Cantilupo juniori iij. damas in foresta de Den', de dono regis. Teste ut supra. Per Gwidonem de Russilun.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Robertum des Mares, Nicholaum de Cryoyl et Robertum de Stopham ad capiendum x. damas ad opus regis in parco de Clere. Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod ipsos ad hoc admittant. Teste ut supra.

De Judeis removendis.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod Judeos qui manent in villa de Newbiry et in villa de Spenhamelond, mittat sine dilatione usque Wintoniam et ibi maneant, sicut prius solent, nec decetero maneant in villis predictis. Teste ut supra.

De capreolis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Willelmo de Ferar' v. capriolos in foresta de Sapel', ubi melius capi possint. Teste ut supra.

De jocalibus presentandis.—Mandatum est H. Giffard quod presentari faciat unam cuppam decentem archiepiscopo Ebredunensi ex parte Edwardi filii regis, et aliam cuppam decentem episcopo de Regh', et Magistro Waltero, clerico ejusdem episcopi, unum anulum,

1243. et predictis archiepiscopo et episcopo, cum ad eum venerint, necessaria sufficienter inveniat. Teste rege apud Rading', xxix. die Decembris.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod hac die Circumcisionis Domini pasci faciat apud Westmonasterium sex milia pauperum pro statu regis et regine et liberorum suorum. Pascantur autem omnes debiles et senes in magna aula et minori, minus debiles et mediocres in camera regis, et pueri in camera regine. Et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste rege apud Bistlesham, xxix. die Decembris.

De layis datis.—Mandatum Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in foresta de Pikering' faciat habere Willelmo de Vescy duas layas, de dono regis. Teste ut supra.

1244. *Pro Uldrico de Secus'*.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod si de bobus, vaccis aut de instauro quod Leo Judeus de Eboraco habuit in manerio de Culton', aliquid per ipsum vel ballivos suos ammotum esset, antequam rex concessit manerium illud Uldrico albo de Secus', illud eidem Uldrico habere faciat de dono regis, et si quid de redditu ejusdem manerii captum fuerit a tempore quo manerium illud devenit in manum regis, illud ei reddi faciat. Teste rege apud Wind', j. die Januarii.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est Hugoni Giffard et Magistro Willelmo le Brun quod die Veneris proxima post Epiphaniam pasci faciant in aula de Windes' ad bonum focum omnes pueros pauperes et egenos quot invenire poterint, ita quod aula impleatur, si tot inveniantur; et pueros regis ponderari et mensurari et pondus et mensuram pro eorum salute dari faciant. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Januarii.

De damis datis.—Mandatum est G. de Sedgrave, justiciario foreste, quod habere faciat Johanni de Curtenay viij. damas et duos damos vivos in foresta de Blakemor' ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra. Per Johannem de Pless'.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Matillidi que fuit uxor Johannis le Mire, faciat habere rationabilem dotem de terra que fuit prefati Johannis in Linham, quam idem Johannes tenuit de filio et herede J. quondam comitis Linc' et constabularii Cestrie, et que est in manu regis ratione custodie ipsius heredis et terrarum suarum in manu regis existentis. Teste ut supra.

De vinis.—Mandatum est ballivis Sutht' quod de quater xx. xviij. doliis vini contentis in navi Walteri le Fleming', que nuper applicuit ibidem, per senescallum Wasconie regi missis in Angliam, discarcari faciant xviij. dolia, liberanda custodibus vinorum regis et ponenda ibidem in celario regis, et residua quater xx. dolia mitti faciant in eadem nave usque London', liberanda ibidem custodibus vinorum regis et ponenda in celario regis Westmonasterii. Teste ut supra.

1244. Et mandatum est custodibus vinorum regis Suth' quod illa xviij. dolia vini recipiant et in celario regis Suth' salvo custodiant, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Et mandatum est Waltero le Flemeng' quod predictam navem suam cum predictis quater xx. doliis vini London' divertere permittat, et frettum navis predicte quod ei debebitur pro predictis vinis cariandis,[1] in debito quod regi debet, ei faciet allocari. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in haya de Kenilwurth' faciat habere Johanni de Plesseto quindecim quercus ad maeremium ad reparationem domorum suarum de Warewik, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Januarii.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in foresta de Den' faciat habere W. Eboracensi archiepiscopo iij. bonas et grossas quercus ad maeremium faciendum, de dono regis. Teste rege ibidem, ix. die Januarii.

De dote assignanda.—Quia sufficienter probatum est coram rege per testes idoneos et fidedignos et per cartam Willelmi Musard quod idem Willelmus dotavit Amiciam uxorem suam ad hostium ecclesie, quando eam desponsavit, de manerio de Bulkinton' cum pertinenciis, mandatum est vicecomiti Wilt' quod de predicto manerio cum pertinenciis eidem Amicie nomine dotis pro tota terra sua quam habuit, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De perdonatione pro Willelmo le Moyne.—Rex perdonavit Willelmo le Moyne xxv. marcas per quas finem fecit cum rege pro custodia terrarum et heredum Ricardi de Avilers una cum maritagio eorundem heredum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis xxv. marcis predictum Willelmum quietum esse faciant. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est Galfrido de Langel', custodi honoris de Arundell',[2] quod faciat habere Herberto filio Mathei vj. matrices bremias in vivario de Pallingeham, de dono nostro (*sic*). Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Januarii.

De rotulis liberandis.—Mandatum est Bertramo de Cryoyl et Jeremie de Kaxton' quod rotulos archiepiscopatus Cantuariensis quos aliquando rex eis liberari precepit, ut certiores efficerentur de valore predicti archiepiscopatus et aliis eundem archiepiscopatum contingentibus, liberent B. Peche et W. Hardel, custodibus ejusdem archiepiscopatus ex parte B. electi Cantuariensis, ut ipsi de predictis similiter possint certificari, Teste ut supra.

De damis capiendis.—Rex mittit Willelmum filium Walkelini ad capiendum xx. damas ad opus regis in parco de Havering' et Warnerum Luvel ad capiendum xx. damas ad opus regis extra parcum

[1] The words 'quod ei debebitur . . . cariandis' are interlined and the following passage struck out:—'usque Lond' preter frettum quod recepit pro eisdem vinis ducendis usque Portesm'.'

[2] The words 'custodi . . Arundell'' are interlined.

1244. predictum, et Willelmum Luvel ad capiendum xx. damas ad opus regis in bosco de Hatfeld'. Mandatum est Ricardo de Munfichet quod ipsos ad hoc admittat. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Januarii.

De bissis capiendis.—Rex mittit Philippum de Candevr', venatorem, ad capiendum x. bissas in warennis episcopatus Wintoniensis. Mandatum est custodibus ejusdem episcopatus quod ipsum ad hoc admittant. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex[1] G. de Turvill', archidiacono Dublunensi, thesaurario regis Hybernie, salutem. Mandamus vobis, sicut mandavimus justiciario, quod operationem aule quam fieri precepimus infra castrum nostrum Dublun', que incepte sunt (*sic*), bene cooperiri faciatis, ita quod per nullius temporis intemperanciam dampnificentur, ab eisdem operibus hac estate penitus desistentes, eo quod multum pecunia indigemus, vobis mandantes quod ad totam pecuniam quam poteritis, nobis perquirendam sollicitudinem quam poteritis, apponatis, et illam ad nos in Angliam ad cicius quod poteritis, mittatis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur justiciario Hybernie.

Pro abbatissa de Tarent'.—Quia rex didicit quod episcopatus Constantiensis vacans est et jam vacavit per vj. annos, mandatum est vicecomiti Dors' quod manerium de Winterburn' Stikelan' quod pertinet ad episcopatum predictum, in manum regis capiat et tradat abbatisse de Tarent ad convertendum in usos suos exitibus (*sic*) ejusdem manerii, per visum proborum et legalium hominum ejusdem manerii. Teste rege apud Roff', xiiij. die Januarii.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod faciat habere abbati de Neweburn' vj. quercus in foresta de Shirewud' ad maeremium inde faciendum, de dono regis, ubi melius et ad minus detrimentum foreste capi possint. Teste rege apud Cantuariam, xvj. die Januarii.

Pro cardinali Sancte Praxedis.—Mandatum est Magistris Henrico de Secus' et Alexandro le Seculer quod, inquisito quantum dominus cardinalis Sancte Praxedis recipere consuevit ad Scaccarium de annua pensione, ei de pensione unius anni satisfaciant. Teste rege apud Dovor', xvij. die Januarii.

De pauperibus pascendis et cereis faciendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario, quod pasci faciat xv. milia pauperum in atrio beati Pauli London' die Conversationis (*sic*) ejusdem, et fieri faciat mille et quingentos cereos ponendos in ecclesia beati Pauli London' in festo predicto; et cum rex custum sciverit, illud de exitibus episcopatus Londoniensis acquietari faciet. Teste ut supra.

Pro Paulino Peyvr'.—Rex dedit Paulino Peyvr' ad se sustentandum in servicio regis x. marcas quas Nicholaus de Wavindon' regi

[1] The words 'M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem' are here cancelled.

1244.

debuit de fine l. marcarum quem fecit cum rege pro quadam transgressione, et quas regi reddidisse debuerat ad festum Sancti Michaelis proximo preteritum per plegium ejusdem Paulini. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Nicholaum de predictis x. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Cantuariam, xx. die Januarii.

Rex perdonavit eidem Paulino viij. libras, vj. solidos et viij. denarios de debitis que regi debet ad Scaccarium. Mandatum est eisdem baronibus quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra. Per P. Chaceporc.

De pluribus faciendis apud Cantuariam.—Mandatum est B. Pech' et Willelmo Hardel, custodibus archiepiscopatus Cantuariensis, quod de exitibus predicti archiepiscopatus fieri faciant caminum et verinas in camera regine apud Cantuariam secundum quod rex eis injunxit; reparari eciam faciant columpnas quasdam que jam corruerunt, et cameram privatam de domibus predicti archiepiscopatus de Lamheg', prout rex eis injunxit. Et custum ad hoc appositum per visum et testimonium legalium hominum eis a B. Cantuariensi electo faciet allocari. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Periton' quod faciat habere Willelmo le Moyne ad opus Alesie uxoris sue[1] ij. damas in foresta de Braden', de dono regis. Teste rege apud Wind', xxvij. die Januarii.

De vinis.—Mandatum est camerariis regis Lond' quod vj. dolia boni vini emi faciant et ea liberari vicecomitibus Lond' carianda usque Keniton'. Teste ut supra.

Pro herede Johannis filii Philippi.—Mandatum est Bernardo de Sabaudia quod Johannem filium et heredem Johannis filii Philippi recipiat et custodiri faciat in turri de Windes', et ei inveniri necessaria, donec aliud a rege habuerit mandatum. Teste rege apud Rading', j. die Februarii.

De bordura in quodam panno serico facienda.—Rex mittit Edwardo filio Odonis quendam pannum sericum auro stellatum, cui mandatum est quod fieri faciat borduram ejusdem panni de cindallo viridi cum armis regis et armis comitis Ricardi et armis comitis Provincie, ita quod quando ecclesia Westmonasterii fuerit ornata, possit appendi ad dorsum[2] crucis Westmonasterii. Et cum rex sciverit custum bordure predicte, illud acquietari faciet. Teste ut supra.

De vinis ad opus Edwardi.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Windes' quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciant habere Hugoni Giffard et Magistro Willelmo le Brun decem dolia vini ad opus Edwardi filii regis et familie secum commorantis. Teste ut supra.

[1] The words 'ad opus . . . sue' are interlined.
[2] The words 'ita quod . . . ad dorsum' are interlined and the following words cancelled:—'et appendi faciat pannum illum ad dorsum magne.'

1244.

Pro Judeo.—Rex Hugoni le Bygod, salutem. Sciatis quod bene acceptamus finem quem fecistis cum Aaron, Judeo Eboraci, de debitis que[1] Johanna Wak', quam duxistis in uxorem, ei debuit. Et ideo vobis mandamus quod quingentas libras quas ei debetis de fine predicto, et ei reddidisse debueratis si finem illum acceptassemus, ei reddatis, ut eas nobis reddat per manum suam ad Scaccarium nostrum in parte solutionis debitorum que nobis debet. Teste rege apud Rading', v. die Februarii.

[m. 15.] *Pro Ricardo de Punchardon'.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod inquiri faciant si terra illa in Parva Weledon' de qua per summonitionem Scaccarii exigitur a Ricardo de Puncharton' xl. solidi, et quam R. comes Cornubie, cui rex dedit honorem Sancti Walerici, dedit eidem Ricardo, sit de predicto honore vel non, et si[2] Robertus de Braybrok, tempore quo idem honor fuit in manu domini regis, eandem terram tenuit ad firmam de concessione ipsius regis de predicto honore pro xl. solidis annuis ad Scaccarium reddendis ; et si per inquisitionem illam inquirere poterint quod predicta terra sit de honore predicto, et quod prefatus comes eam dederit predicto Ricardo, postquam rex honorem illum eidem comiti dederat, et quod prefatus Robertus terram illam tenuit de concessione prefati regis de honore predicto pro predictis xl. solidis, dum idem honor extitit in manu sua, et non alia ratione, tunc tam ipsum comitem quam ipsum Ricardum ab exactione xl. solidorum predictorum inperpetuum quietos esse faciant. Teste ut supra.

De domibus Cycestrensis episcopi capiendis in manum regis et aliis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod si de R. Cycestrensi episcopo, cancellario regis, humanitus contingerit ante susceptionem litterarum regis, vel quamcito de ipso humanitus continget, capiat in manum regis domos que sue fuerunt in suburbio London', et ipsos (*sic*) salvo custodiri faciat, ita quod nec Templarii nec quicumque alii qui forsitan jus vendicabunt in domibus illis vel in gardinis vel placiis ad eas pertinentibus, ad ea in aliquo manus mittant, vel in minimo se inde intromittant ; res eciam et bona que idem episcopus habuit in eisdem domibus, non permittat in aliqua parte tangi vel distrahi preter voluntatem executorum testamenti sui, set et res omnium clericorum et hominum suorum de familia sua, que continentur in eisdem domibus, salvo custodiri faciat, ita quod nullus preter voluntatem illorum quorum res ille fuerint, et donec inde pro voluntate sua disposuerint, manus ad ea mittat vel in aliquo de eis se intromittat. Teste ut supra.

De hominibus et expensis sustentandis in manerio de Braunford.'—Mandatum est vicecomiti Suff' quod de medietate omnium exituum proveniencium de manerio de Braunford' que est in manu regis occasione vacationis ecclesie Ebroicensis, sustineat medietatem omnium hominum et expensarum ad idem manerium pertinencium, quamdiu predicta medietas steterit in manu regis. Teste rege apud Rading', v. die Februarii.

---

[1] Interlined and 'quam' cancelled.
[2] Written above an excision.

1244.

De lampredis et alosis querendis ad opus regis.—Rex mittit Simonem Hurtaud ad querendum in partibus Glouc' ad opus regis omnes lampredas et alosas que inveniri poterunt. Mandatum est ballivis Glouc' quod omnes illas que (*sic*) idem Simon invenerit, acquietari et ad regem de diem (*sic*) in diem, ubicumque fuerit, mitti faciant. Et cum rex precium earum sciverit, simul et custum in earum cariagio appositum, acquietari faciet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc'.

De austurco.—Mandatum est Bartholomeo de la Hoes' quod austurcum quem rex ei mittit custodiendum et mutandum, mutari et salvo custodiri faciat ad opus regis. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo Pech'.—Rex dedit Bartholomeo Pecche fena terrarum[1] que fuerunt Johannis Boistard' in comitatu Berk', de estate preterita una cum exitibus earundem terrarum, dum predicte terre fuerunt in manu regis. Et mandatum est vicecomiti ejusdem comitatus quod predicta fena et exitus predictos ei habere faciat. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Rex vicecomiti Wilt', salutem. Scias quod assignavimus Mazire que fuit uxor Hugonis de Kilpek, manerium de Roclegh' in comitatu tuo et manerium de la Fern' in comitatu Hereford' et manerium de Teynton' in comitatu Glouc' nomine dotis sue, que eam contingit de terris que fuerunt predicti Hugonis, quondam viri sui, ita quod si predicta tria maneria excedant valorem tercie partis predictarum terrarum, predicta dos amensuretur; et si non valeant terciam partem, volumus quod perficiatur eidem Mazire id quod ei deerit de tercia parte sua, in aliis terris que fuerunt predicti Hugonis. Et ideo tibi precipimus quod de predicto manerio de Roclegh' ei plenam seisinam habere facias sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Hereford' et Glouc' de aliis duobus maneriis.

De bremiis datis.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod in vivario manerii de Hauton', quod est in custodia sua, faciat habere Thome de Dutton' iiij. matrices bremias, de dono regis. Teste rege apud Rading', vj. die Februarii.

Pro quibusdam de Wasconia.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod omnibus illis de partibus Wasconie quibus rex debet aliquam pecuniam per brevia de Liberate penes eosdem thesaurarium et camerarios existencia, solvant medietatem debitorum suorum, exceptis Gailardo Culumb, Elia Vig' et abbate Sancte Crucis Burdegale, quibus[2] totam pecuniam quam rex eis debet, solvant. Teste ut supra.

Pro Segino Barbe.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod vina et omnes alias res et mercandisas que inventa fuerunt in

[1] Interlined.
[2] The word 'rex' is here cancelled.

1244. costera maris de Gipeswico de quadam nave confracta, reddi faciat Segino Barbe, civi Burdegale, non obstante jure ad regem pertinente de wrecco navium confractorum (*sic*). Teste ut supra.

De j. capa data.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod emat j. capam de rubeo samito cum largo aurifragio bene brudatam auro, vel sub festinatione fieri faciat, nisi eam emendam invenerit, ad opus abbatis Sancte Crucis Burdegale, de dono regine. Et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste ut supra.

Pro abbate Sancte Crucis Burdegale.—Mandatum est Nicholao de Mol', senescallo Wasconie, quod hac vice permittat abbatem Sancte Crucis Burdegale ducere per mare a Solak usque Sanctum Makarium sine aliqua consuetudine x. modios salis. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo.—Rex concessit R. comiti Cornubie quod de gratia regis habeat hac vice omnia amerciamenta que provenient de itinere justiciariorum comitatus Cornubie, et quod habeat similiter amerciamenta que provenient de hundredo de Lifton' et civitate Exonie in itinere justiciariorum comitatus Devonie, sicut ea habuit in ultimo itinere justiciariorum itinerancium in eodem comitatu Devonie. Et mandatum est Roberto de Lexinton' et sociis suis, justiciariis proximo itineraturis in eisdem comitatibus, quod predicta amerciamenta de comitatu Cornubie et de predicto hundredo et civitate Exonie ei habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Rading', vij. die Februarii.

Eodem modo Rogero de Thurkelby in anno xxxiij.[1]

De fermaculis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, et Edwardo filio Odonis quod emant duo firmacula de majoribus que inveniri poterunt London', et j. firmaculum de minori precio, et idem Edwardus ea attachiari faciat in feretro Sancti Edwardi pro salute regis, regine et Edwardi filii sui. Teste ut supra.

De bisantiis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod lx. bisantios auri de dono Aaron de Eboraco Judei, et sigillum aureum domini Imperatoris, que rex ei mittit, poni faciat in operibus feretri beati Edwardi, pro salute regis, regine et liberorum suorum. Teste ut supra.

De maneriis liberandis G. de Langel'.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod maneria de Wappeham, Wudehus' et Wadrinton', que sunt in custodia sua, liberet G. de Langeleg' ad faciendum inde quod rex ei injunxit. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est Gilberto de Segrave quod faciat habere Johanni de Pless' xxx. matrices bremias in vivario de Kenillewurth', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo Talebot.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod permittat Willelmum Talebot habere blada sua in grangia et victualia

[1] In margin.

1244.

que invenit in manerio de Wenge, quando illud cepit in manum regis, salvis necessariis de predictis bladis ad sustentamentum carucariorum et carucarum ad terram ejusdem manerii excolendam et seminandam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suff' de bladis in manerio de Offinton'.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere R. de Quency, comiti Wintonie, iij. damos et x. damas vivos in foresta de Roteland' ad parcum suum de Berton' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi episcopatus London' quod faciat habere Egidio de Cancell' vj. quercus in bosco de Wikeham ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Rading', viij. die Februarii.

Eodem modo scribitur Johanni de Nevill' quod faciat habere Johanni filio Galfridi viij. quercus in bosco de Gatesl', et vij. quercus in Salceto.

De quodam anulo ponendo in feretro beati Edwardi.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod quoddam (*sic*) anulum quem rex ei mittit cum quodam makau quem senescallus de Monte Alto dedit regi, recipiat ab archidiacono Westmonasteriensi et ponat in operibus feretri beati Edwardi secundum quod melius viderit expedire. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod faciat habere Herberto filio Mathei sex robora in foresta de Melkesham, de dono regis. Teste rege apud Walingef', ix. die Februarii.

De damis cariandis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod quater viginti damas et viginti damos vivos capi in forestis regis ubi melius capi possint sine detrimento earundem, et eos usque parcum regis de Freitmauntel cariari et in eodem poni faciat, et cum custum scierit rex, illud ei reddi faciet. Teste ut supra.

Pro comitissa Augi.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod faciat habere comitisse Augi omnia instaura sua, que sunt in terris que sue fuerunt, et que capte sunt in manum regis, retentis ad opus regis carrucis et blado, quantum necesse est, ad terras seminandas et ad estoverium servientum (*sic*) regis usque ad novum granum. Teste etc. ut supra.

Similiter mandatum est pro eadem vicecomitibus Eboraci, Kancie et Susex'.

De damis datis.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod faciat habere Rogero de Monte Alto quatuor damas et duos damos vivos in foresta regis de Makefeld' ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, x. die Februarii.

1244.

De dote assignanda.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod secundum legem et consuetudinem parcium illarum assignari faciat illi que fuit uxor Henrici Tucchet rationabilem dotem que eam contingit, de terris que fuerunt predicti Henrici in balliva sua, ita quod in assignatione illa non injurietur heredi ipsius Henrici. Teste rege ut supra.

De terris liberandis Stephano de Sabaudia.—Mandatum est eidem quod liberet Stephano de Sabaudia terras Johannis filii Philippi cum omnibus instauris et catallis earundem terrarum, et eciam forestam de Kenefar', que exstiterunt in custodia sua, custodiendas quamdiu placuerit regi. Teste ut supra.

De tradendis in ballio.—Rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit, quod Walterus de Hatfeld', Galfridus de Hatfeld', Willelmus de Hatfeld' et Thomas filius Ricardi de Aesse, capti et in prisona detenti apud Gipewicum pro morte Symonis Sturbelun, unde Alda que fuit uxor ejusdem Symonis, eos appellat, appellati sunt de morte illa odio et atya et non eo quod culpabiles inde sint, et quod Henricus de Hatfeld', Radulfus Haliday et Galfridus de Hatfeld' de morte illa culpabiles sunt. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod si singuli predictorum Walteri, Galfridi, Willelmi et Thome invenerint ei xij. legales homines qui eos manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam, cum in partes illas venerint, ad standum inde recto, si quis versus eos inde loqui voluerit, tunc ipsos predictis xij. tradat in ballium, sicut predictum est. Teste rege apud Wudestok', xj. die Februarii.

Pro Johanne de Stutevill'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod faciat habere Johanni de Estutevill' omnia instaura sua que sunt in terris que sue fuerunt in balliva sua, et que capte sunt in manum regis, retentis ad opus regis carrucis et blado, quantum necesse est, ad terras seminandas et ad estoverium servientum (*sic*) regis usque ad novum granum. Teste rege apud Wudestok', xij. die Februarii.

Similiter mandatum est vicecomiti Noting' et Derb' pro eodem Johanne.

De fagis datis.—Mandatum est Bernardo de Sabaudia, constabulario Windles', quod faciat habere Eboracensi archiepiscopo xx. bonas fagos in bosco regis de Braye ad caium suum Lond' faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Hybernia.—Mandatum est justiciario Hybernie quod, si aliquod molendinum levatum fuerit ad nocumentum molendinorum milicie Templi de Waterford', illud prosterni faciat, et quod non permittat quod aliquis levet aliquod molendinum in eadem villa ad nocumentum predictorum molendinorum. Teste ut supra.

Pro regina.—Mandatum est vicecomiti Cantebr' quod capiat in manum regis omnes terras quas Henricus de Nafford tenuit de Radulfo de Tony in balliva sua, cujus heres est in custodia regis, et eas liberet nuncio regine ad opus suum, cui rex dedit custodiam terrarum et

1244. maritagium heredis predicti Radulfi. Teste rege apud Wudestok', xij. die Februarii.

De perdonatione pro S. de Monte Forti, comite Leyc', et uxore ejus.—Rex perdonavit Simoni de Monte Forti, comiti Leyc', et A. comitisse, uxori ejus, sorori regis, omnia debita subscripta que ab eis exiguntur per summonitiones Scaccarii, videlicet relevium quod idem comes regi debet de feodo dimid' militis, et xx. solidos et j. dolium vini que regi debet de primo scutagio, et l. marcas quas regi debet de Judaismo, et clxv. libras quas regi debet de pluribus prestitis ei factis de garderoba regis per fratrem G. quondam elemosinarium regis, et vj libras et vj. solidos quos regi debet de precio vij. penularum de bissis de prestito ei facto per manum ejusdem fratris G. de eadem garderoba, et sexcies xx. libras quas iidem comes et comitissa regi debent de prestito eis facto de thesauro regis anno etc. xxij., et c. quater xx. libras quas regi debent de alba firma de Westcumb' et Bedewind', et cc. marcas quas regi debent de prestito eidem comitisse facto anno eodem, et c. quater xx. libras quas regi debent de prestito eidem comitisse facto anno eodem, et xv. libras quas regi debent de prestito eidem comitisse facto per manum ejusdem fratris Galfridi. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos comitem et comitissam de omnibus demandis predictis quietos esse faciant. Teste rege apud Wudestok', xij. die Februarii.

De servientibus amovendis.—Mandatum est thesaurario regis London' quod loco Villani et Radulfi Page qui deputati erant ad custodiam Griffini et sociorum suorum Walensium, assignet iiij. servientes pedites quorum quilibet capiat iiij. denarios in die, quia ipsi sunt penitus inutiles, ut rex audivit, ad custodiam predictam. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Reginaldo de Gammages xx. solidos ad quos amerciatus fuit coram justiciariis de Banco. Mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

[m. 14.] Rex perdonavit Reginaldo de Gammages xx. solidos ad quos amerciatus fuit coram justiciariis de Banco. Mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia proximo superius.*

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Fratribus de ordine Predicatorum apud Norht' xx. quercus in foresta de Salceto[1] ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xv. die Februarii.

De lapidibus preciosis ponendis in feretro beati Edwardi.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod duos lapides preciosos, videlicet smaragdum et rubicum, ei missos in duobus anulis quos R. Cycestrensis episcopus eidem domino regi reliquit in testamento suo, decenter allocari faciat in fronte imaginis beate Virginis quam regina construi fecit in feretro beati Edwardi. Teste rege ibidem, xvj. die Februarii.

[1] The words 'in foresta de Salceto' are interlined.

1244.

De tradendo in ballio.—Walterus de la Hok', detentus in prisona de Gudeford' pro morte Agnetis de la Hok', unde rettatus est, habet litteras directas vicecomiti Surr' quod tradi possit in ballium. Teste ut supra.

De quadam camera apud Westmonasterium facienda.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, et Edwardo filio Odonis quod sub festinatione fieri faciant unam cameram longam et amplam ad estagium apud Westmonasterium in longum magne aule versus occidentem ad opus militum,[1] sicut aliquando inter ipsos et regem fuit provisum, ita quod visus fenestrarum ejusdem aule non impediatur. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Magistro S. de Wauton', custodi episcopatus Cestrensis, quod in bosco de Ruggeleg' faciat habere Magistro Waltero de Lench', decano Stafford', x. quercus ad maeremium, scilicet viij. quercus ad clocherium ecclesie sue de Stafford' faciendum, et ij. quercus ad stalla canonicorum suorum in eadem ecclesia reparanda, de dono regis. Teste ut supra.

De executoribus testamenti R. quondam Cycestrensis episcopi.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod permittat executores testamenti R. quondam Cycestrensis episcopi liberam et plenam habere aministrationem omnium bonorum que fuerunt ipsius episcopi tam in wardis quam in aliis in balliva sua ad executionem testamenti sui faciendam. Teste rege apud Wudestok', xvij. die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Oxonie et Linc' et custodibus episcopatus Cycestrensis, salvo instauro quod relinquere tenetur successori suo in maneriis ejusdem episcopatus. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Sussex' quod non permittat quod aliquis de balliva sua manum mittat ad aliqua bona vel catalla que fuerunt R. quondam Cycestrensis episcopi sine licencia et voluntate executorum ipsius episcopi, et si quid de catallis vel bonis distractum fuerit, id executoribus suis restitui faciat ad executionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wauberg' faciat habere Gwidoni de Russilun ij. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De quadam camera et aliis faciendis apud Westmonasterium.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, et Edwardo filio Odonis quod nullatenus omittant quin camera quam rex fieri precepit apud Westmonasterium ad opus militum, perficiatur citra Pascham, et si oporteret mille operarios ad hoc conduci per diem. Fieri autem faciant eandem cameram ad estagium et eodem modo sine copulis, sicut camera privata Magni Scaccarii, tectum ejusdem camere plumbo bene cooperiri, ita quod visus fenestrarum magne aule non disturbetur. Fieri eciam faciant in camera ad estagium duo camina et subtus unum caminum. Officinas eciam que sunt juxta aulam predictam ammoveri, et eas inter idem Scaccarium et portam relevari, faciant. Teste ut supra.

[1] The words 'ad opus militum' are interlined.

1244.

Pro abbate de Abbendon'.—Quia rex accepit per inquisitionem quod feodum unius militis et dimidium, excepta una virgata terre, cum pertinenciis in Suningewell', que fuerunt Nicholai de Sunningewell' qui fugit pro morte hominis, extiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, et quod ea tenuit de abbate de Abbendon', mandatum est vicecomiti Berk' quod de predictis feodis plenam seisinam ei habere faciat. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est ballivis de Fekenham quod Magistro Simoni de Walton' faciat habere[1] iiij. matrices bremias in vivario de Fekenham, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xviij. die Februarii.

Pro ij. conversis.—Mandatum est custodibus conversorum London' quod Warino converso vacanti studio Oxonie faciat habere liberationem suam sicut uni conversorum London' commorancium. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eisdem pro Johanne converso. Teste ut supra.

Pro Willelmo Spinage.—Rex dedit Willelmo Spinag' tota vita sua duos denarios quos Leiarda le Arblaster, que mortua est, percipere consuevit in die per manum vicecomitis Hereford' de elemosina regis constituta. Mandatum est baronibus de Scaccario quod illos duos denarios a die mortis prefate Leiarde predicto Willelmo habere faciant. Teste rege apud Wudestok,' xviij. die Februarii.

Pro Rogero de Lond' et Johanne de Norht'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod faciat habere Rogero de London' et Johanni de Norht' omnia instaura et catalla que sunt in terris que sue fuerunt in balliva ipsius vicecomitis, et que capte[2] sunt in manum regis, retentis ad opus regis carucis et blado, quantum necesse est ad terras seminandas et ad estoverium servientium usque ad novum granum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in foresta de Den' faciat habere Ricardo de Clifford' vj. quercus cum branchiis et couperonibus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Agnete que fuit uxor Willelmi de Fednes.—Rex commisit Agneti que fuit uxor Willelmi de Fednes manerium de Clopeham cum instauris et bladis ejusdem manerii ad se sustentandam, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Surr' quod eidem Agneti de predicto manerio cum instauris et bladis inventis in eodem manerio plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Littere directe executoribus testamenti R. quondam Cycestrensis episcopi.—Rex executoribus testamenti R. quondam Cycestrensis episcopi, salutem. Sciatis quod quando concessimus prefato episcopo

[1] The words 'faciat habere' are interlined
[2] *Sic* in MS.

1244.

[licenciam] condendi testamentum suum de bladis suis in orreis existentibus, et eciam de bladis solo herentibus, non fuit intentionis nostre quin haberemus de eisdem bladis in orreis existentibus blada ad terras ejusdem episcopatus seminandas et ad sustentationem famulorum et carucarum ejusdem episcopatus usque ad novum granum. Et ideo vobis mandamus quod de eisdem bladis liberari faciatis custodibus nostris ejusdem episcopatus quantum necesse fuerit ad predictas terras seminandas et ad sustentationem famulorum et carucarum usque ad novum granum per talliam inter vos et predictos custodes nostros inde confectam, ita quod si prefatus episcopatus ea invenire non tenebatur, illa vobis reddi faciemus. Teste rege apud Wudestok', xix. die Februarii.

De maeremio ad operationes de Wudestok'.—Mandatum est W. de Langel, forestario regis, quod in parco de Cornebur' et in dominico bosco regis de Armel' faciat habere Willelmo de Sancto Audoeno et aliis, custodibus operationum regis Wudestok', maeremium ad duas coquinas de novo construendas apud Wudestok' et ad capellam regine ibidem elongandam et ad quandam porticum et appenticium facienda, et ad alias operationes faciendas secundum quod rex eis injunxit. Teste ut supra.

Pro Isabella que fuit uxor Stephani de Ebroicis.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod de manerio de Frome Herberti quod Isabella que fuit uxor Stephani de Ebroicis tenuit in dotem, quod est de baronia Walteri de Lacy quam de rege tenuit in capite, et quod idem vicecomes cepit in manum regis ratione inquisitionis quam rex fieri precepit de terris Normannorum, et de ipsis terris in manum regis capiendis, predicte Isabelle talem seisinam habere faciat qualem inde habuit antequam inde disseisita fuit occasione predicta, donec rex aliter inde preceperit. Teste rege apud Wudest,' xxj. die Februarii.

De taxatione vicarie.—Rex concessit Magistro Waltero de Lench', persone ecclesie de Rede, que est de advocatione regis, quod episcopus Sarisburiensis ad presentationem ipsius Walteri taxare possit in eadem ecclesia quendam (*sic*) vicariam hac vice, salvo jure advocationis regis in memorata ecclesia quociens eam vacare contigerit. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod faciat habere Anketil Malore iiij. matrices bremias in vivario regis apud Eboracum, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxij. die Februarii.

Pro Hugone de Botuin.—Rex concessit Hugoni de Botiun custodiam unius carucate terre cum pertinenciis in Breme, quam Galfridus camerarius tenuit de rege in capite, habendam et tenendam usque ad legalem etatem heredum ipsius Galfridi una cum maritagio eorundem heredum. Et mandatum est vicecomiti Warr' quod de custodia predicte terre et seisina heredum predicti G. in cujuscumque custodia fuerit in balliva sua, eidem Hugoni vel certo attornato suo plenam

1244. seisinam habere faciat. Teste rege apud Wudestok', xxiiij. die Februarii.

De compoto ponendo in respectum.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod ponant in respectum[1] compotum Henrici de Neketon' et Magistri Willelmi le Brun de tempore quo fuerunt custodes episcopatus Dunholmensis et terrarum que fuerunt J. quondam comitis Linc' et W. quondam comitis Warenn', et de tempore quo fuerunt excaetatores in provincia Eboraci, usque in xv. die[s] a die Pasche anno etc. xxviij. Teste ut supra.

Pro Beatric' Murdak.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod non obstante eo quod cepit in manum regis terram que fuit Beatricie (*sic*) Murdak in Dene, eo quod Galfridus Martel, Normannus, aliquando tenuit terram predictam, permittat ipsam Beatriciam terram illam excolere et omnia catalla in predicta terra existencia in pace stare, usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xxviij. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Brehull' extra Pauncehal' faciat habere priorisse de Stodleg' xx. quercus, ubi ad majus comodum ejusdem priorisse et ad minus nocumentum ejusdem foreste ad fabricam ecclesie sue capi possint. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo de Langel' quod faciat habere Roberge domicille regine j. quercum in Punsl', de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Henricus Berde, captus et detentus in prisona Glouc' pro morte Willelmi filii Alexandri, habet litteras quod tradi possit in ballium, directas vicecomiti Glouc'. Teste rege apud Wudestok', xxiiij. die Februarii.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Wudestok' quod de vinis que sunt in custodia sua in celario de Wudestok', faciant habere abbatisse de Godestowe j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Waltero de Basing'.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod catalla, blada et alia bona, que Walterus de Basing' habet in Bediton' in terris quas tenet ad firmam de Hugone de Es, permittat esse in pace in eadem terra, ita quod nichil inde ammoveatur donec rex aliud inde preceperit. Interim autem permittat ipsum Walterum habere de bladis earundem terrarum sustentationem utili (*sic*) familie predictarum terrarum. Teste ut supra.

De calice et aliis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod ad capellariam quam rex fieri precepit ad opus B. electi Cantuariensis, perficiendam, fieri faciat calicem de auro, duas fiolas, duos pelves et quoddam turribulum argenteum. Et cum rex custum sciverit, etc. Teste ut supra.

[1] The words 'ponant in respectum' are interlined.

1244.

De perdonatione pro Simone de Monte Forti.—Rex perdonavit Simoni de Monte Forti, comiti Leyc', l. libras quas regi debet pro relevio suo de medietate comitatus Leyc', et dimidiam marcam, que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De perdonatione pro eodem Simone et uxore ejus.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod de sexcentis libris quas per summonitionem Scaccarii nostri exigitis a Simone de Monte Forti, comite Leyc', et Alienora uxore ejus, quas ipsis reddidimus pro comite Marescallo, et unde idem comes reddidit cc. libras in garderoba nostra tempore quo frater Galfridus habuit custodiam ejusdem garderobe, perdonavimus eis cccc. libras. Et ideo vobis mandamus quod ipsos Simonem comitem Leyc' et comitissam uxorem et comitem Marescallum de predictis dc. libris quietos esse faciatis, non obstante mandato nostro quod vobis fecimus de ipso comite Marescallo distringendo ad predictas cccc. libras nobis reddendas. Teste ut supra.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, et Edwardo filio Odonis quod die Veneris proxima post octabas Sancti Mathie in anniversario Alienore quondam regine Scocie, sororis regis, pasci faciant tot pauperes quot intrare poterunt majorem aulam et minorem apud Westmonasterium, pro anima ejusdem Alienore. Et cum rex custum sciverit, etc. Teste rege apud Farendon', xxv. die Februarii.

Pro Roberto de Mucegros.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod de terra quam Robertus de Mucegros tenuit in Kenemereton', quam cepit in manum regis occasione precepti ei facti de terris Normannorum, eidem Roberto cum instauris et omnibus catallis in ea inventis talem seisinam habere faciat qualem inde prius habuit. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est ballivo de Selveston' quod faciat habere Paulino Peyvr' viij. matrices bremias in vivario de Selveston' ad instaurandum vivarium suum de Tudinton', de dono regis. Teste ut supra.

[m. 13.] *De damis datis.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Bernewude faciat habere Stephano[1] Lungesp' iij. damos et v. damas ad parcum suum de Gatesden' instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', xxv. die Februarii.

De quercubus.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere ballivo de Havering' viij. quercus in parco de Havering' ad maeremium ad quasdam operationes quas rex ei injunxit perficiendas et residuum maeremium do quo necesse habuerit ad easdem operationes, preter predictas viij. quercus eidem ballivo in forinseco bosco extra parcum habere faciat. Teste ut supra.

1 Substituted for 'Willelmo' which is cancelled.

1244.

Pro Willelmo de Ebroicis.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod non obstante aliquo mandato regis de terris Normannorum capiendis in manum regis, permittat Willelmum de Evereus excolere et seminare terras suas in balliva ipsius vicecomitis quas cepit in manum regis occasione predicta, et eciam ipsum de omnibus catallis in eisdem terris existentibus pro voluntate sua disponere permittat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cant.'

Pro conversis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, et custodi conversorum Lond', quod nisi Adam Page et Willelmus le Clerk, conversi, segregati fuerint a contubernio aliorum conversorum propter transgressionem aliquam, ipsis sicut aliis conversis necessaria in domo ipsorum conversorum inveniant. Teste ut supra.

Pro officiali electi Cantuariensis.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod faciant habere Magistro Hugoni de Mortuo Mari, officiali B. Cantuariensis electi, x. libras ad expensas suas, et rex eas eis in adventu predicti electi faciet allocari. Teste rege apud Merleberg', xxvij. die Februarii.

Pro Roberto de Say.—Mandatum est vicecomiti Sutht' quod non obstante mandato regis de terris eorum qui sunt de potestate regis Francie, capiendis in manum regis, talem seisinam habere faciat Roberto de Say de manerio de Straffeud cum pertinenciis et de omnibus bladis et aliis rebus et catallis suis qualem habuit quando manerium illud cepit in manum regis occasione predicta. Teste ut supra. Per R. Passelewe.

De maeremio.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod per visum et testimonium legalium hominum faciat habere ballivo de Selveston' iiij. fusta in haya de Hanl' et maeremium, quantum necesse fuerit, in Haseleberg' ad domos regis et stagnum ibidem, que indigent reparatione, reparanda. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ade de Periton', custodi foreste de Braden' quod in eadem foresta faciat habere Johanni Maunsel iiij. quercus ad fabricam domorum suarum apud Merhstan, et fratribus hospitalis de Lecchelad' iij. quercus ad fabricam domorum ipsorum fratrum, de dono regis. Teste ut supra.

De bremiis.—Mandatum [est] Petro de Wakering', custodi manerii de Taunton', quod in vivario de Taunton' capi faciat l. bremias, et inde regi mittat xxv. usque Merleberg' die Sabbati instanti, et alias xxv. die Lune sequenti ibidem. Teste ut supra.

De quodam capellano perquirendo.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod perquirat unum capellanum qui deserviat capelle beati Johannis infra Turrim Lond', et ei liberationes suas habere faciat, et unum vestimentum et j. calicem et alia necessaria ad capellariam illam inveniat. Et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste rege apud Merleberg', j. die Marcii.

1244.

De perdonatione.—Rex perdonavit Emme Selvein xvij. solidos et vj. denarios de arragiis (*sic*) que regi debet de redditu suo, ad terram suam seminandam. Et mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod ipsam inde quietam esse permittat. Teste ut supra.

De vinis emendis.—Mandatum est maiori et probis hominibus Karleoli quod de denariis quos habent de x. doliis vini venditis, emant nova vina ponenda in castro Karleoli. Teste rege apud Lutegar', iij. die Marcii.

Pro Bernardo de Sabaudia.—Rex concessit Bernardo de Sabaudia custodiam manerii de Hurst, quod Willelmus de Munceaus tenuit de comitissa Augi, usque ad etatem heredum ipsius Willelmi. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod de predicto manerio ei seisinam habere faciat, salva uxori que fuit ipsius Willelmi porcione ejusdem manerii ei assignata nomine dotis. Teste ut supra. Per R. Passelewe.

De quercubus ad maeremium.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in foresta de Englewud' faciat habere vicecomiti Cumberl' x. quercus ad reparandam et lambruscandam capellam in castro regis Karleoli. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod in boscis de Maumefeld', qui sunt in foresta de Shirewude, faciat habere W. Karleolensi epsicopo v. quercus ad domos de Peverelesthorp', que sunt in custodia sua, reparandas. Teste ut supra.

De consuetudinibus Karleoli.—Mandatum est vicecomiti Cumbrie[1] quod assignet iiij. legales homines de comitatu suo ad videndum quod consuetudines quas rex concessit hominibus de Karleolo de rebus et mercandisis venientibus ad villam suam ad villam illam firmandam, convertantur in usus illos solum et non in alios. Teste ut supra.

De ponendis per ballium.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod Thomam de Chet, Eliam de Chet, Hugonem de Chet et Johannem de Chet, inprisonatos pro transgressione foreste, poni faciat per ballium usque ad primum adventum justiciariorum ad placita foreste in balliva sua. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est J. de Nevill'[2] quod faciat habere custodi hospitalis Sancti Johannis extra portam orientalem Oxonie xx. quercus in Paunchal' et xx. quercus in Pokesl', de dono regis, ad operationes ejusdem hospitalis. Teste rege apud Clarendon', iiij. die Marcii.

De terra replegianda.—Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod terras Johannis le Viscunt' quas cepit in manum regis occasione debiti quod idem Johannes debuit Leoni de Eboraco, Judeo, eidem Johanni replegiari faciat usque in quindenam Pasche anno etc. xxviij. Teste ut supra.

[1] Substituted for 'Cornubie' which is cancelled.
[2] Substituted for 'J. Extraneo, justiciario Cestrie' which is cancelled.

1244.

De petra et maeremio ad operationes camere de Westmonasterio.—Mandatum est constabulario et aliis custodibus operationum Turris Lond' quod lapidem attractum ad operationem Turris predicte et in eadem operatione nondum allocatum, et similiter maeremium quod non fuit allocatum in eadem operatione, habere faciant thesaurario et Edwardo filio Odonis per talliam et scriptum inter eos confectum ad cameram ad opus militum apud Westmonasterium construendam, et ipsi lapidem et maeremium alias reddi facient ad operationem Turris predicte secundum quantitatem quam ad hoc eis liberaverint. Teste ut supra.

De copulis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere Johanni Luvel iiij. copulas ad aulam faciendam in foresta de Savernak', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ada Cok.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod terram in Fitelton' quam Adam Cok habet de ballivo regis ad sustentationem suam, et quam cepit in manum regis occasione precepti ei facti de terris Normannorum, ei reddi faciat. Teste rege apud Clarendon', v. die Marcii.

De perdonatione.—Rex perdonavit abbati de Chereburg' illas v. marcas, ad quas prior suus de Hagh' amerciatus fuit coram justiciariis in ultimo itinere suo in comitatu Linc'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis v. marcis ipsum priorem quietum esse faciant. Teste ut supra. Per J. de Pless'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' quod permittat ipsum priorem inde quietum esse. Teste ut supra. Per J. de Pless'.

De fustis datis.—Mandatum est Ade Cok, ballivo de Clarendon', quod in bosco de la Bocholt' faciat habere Fulconi de Mungumery ij. fusta ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario castri Divisarum quod in foresta de Melkesham faciat habere comiti Ricardo iiij.quercus ad horreum suum de Corsham reparandum, de dono regis. Teste rege [apud] Clarendon', viij. die Marcii.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus eligi faciat de discretioribus militibus ejusdem comitatus loco Henrici de Albiniaco, coronatoris regis, unum coronatorem qui prestito sacramento, sicut fieri solet, ex tunc faciat et conservet una cum sociis suis, coronatoribus regis ejusdem comitatus, ea que ad coronam regis pertinent in eodem comitatu, et talem eum eligi faciat qui ad hoc melius sciat et velit intendere, et nomen ejus regi scire faciat. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia non habuit.*

De damis datis.—Mandatum [est] Ricardo de Wrotham quod in foresta de Selwod faciat habere Waltero de Pavely v. damas, et ij. damos vivos ad parcum suum de Brok' instaurandum. Teste ut supra.

1244.

De castro de Gannok firmando.—Quia rex vult quod castrum de Gannok cum quanta poterit festinatione, de calce et petra firmetur, mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod castrum predictum versus portam de petra et calce per meliores cementarios quos ad hujusmodi operationes necessarios invenire poterit, firmare incipiat, ad quas operationes incipiendas capiat de exitibus ballive sue ccc. marcas, si illas promptas habeat, sin autem, super exitus ballive sue mutuet ccc. marcas ad prefatas operationes incipiendas. Teste rege apud Clarendon', ix. die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere custodi hospitalis Sancti Johannis extra portam orientalem Oxonie x. quercus in parco de Hanl' ad quoddam horreum apud Corneberg' ad opus fratrum ejusdem hospitalis[1] inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra. Per R. Passelewe.

De lampredis et salmone in pane posito.—Mandatum est ballivis Glouc' quod pastillos de salmone et lampredis festinius et frequencius quam consueverunt, regi mittant, et cum rex custum sciverit, illud allocari faciet. Teste rege apud Clarendon', xij. die Marcii.

Pro Willelmo de Sancto Leodegario.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod de terra Willelmi de Sancto Leodegario in Farlegh' et Iclesham quam cepit in manum regis, una cum catallis in eadem terra existentibus, ei plenam seisinam habere faciat, donec rex aliud inde preceperit.[2] Teste ut supra.

De maeremio ad operationes regis.—Mandatum est Ade Cok, ballivo de Clarendon', quod faciat habere custodibus operationum de Clarendon' c. fusta in foresta de Graveling' et xxx. in parco de Mulset', ubi ad minus nocumentum foreste et parci possint capi, et quod inveniat eisdem de veteris (*sic*) roboribus foreste de Clarendon' buscam ad duas (*sic*) rogos, et calcem que ex illis rogis proveniet, eis liberari faciat per numerum quarteriorum et talliam ad operationes que (*sic*) rex eis injunxit faciendas. Teste ut supra.

Mandatum est Avicie de Columbariis quod faciat habere eisdem custodibus c. fusta in balliva sua, ubi propius eis et ad minus nocumentum foreste capi possint, ad easdem operationes. Teste ut supra.

Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod operationes apud Wudestok', Merleberg', Lutegaresh' et Clarendon' videre et providere faciat quod maeremium quod rex capi precepit in forestis circumvicinis, boscis et parcis, capiatur ad minus nocumentum earundem, et ubi maeremium ad hoc assignatum non sufficit, plus assignet capiendum, sine vasto tamen, ita quod predicte operationes nullo modo remaneant. Teste ut supra.

Pro electo [E]vesham'.—Rex R. de Avrel, custodi abbacie de Evesham, salutem. Bene constat conventui Evesham' per literas apostolicas eis transmissas quod dominus papa electionem dicti conventus

---

[1] The words 'apud Corneberg' . . . . hospitalis' are interlined.

[2] The words 'et ob quam causam terram illam cepit in manum regis, domino regi significet' are here cancelled.

1244.

factam de fratre Thoma de Glovernia in abbatem suum confirmavit, et licet litere apostolice de admissione ipsius electi nobis transmisse nondum ad nos pervenerint, que forsitan per aliam viam fuerunt delate quam litere ille que super hoc transmisse fuerunt conventui memorato, nos tamen prefato electo facere volentes gratiam in hac parte, vobis mandamus quod prefatum electum ingressum predicte domus sue et spiritualium liberam administrationem habere ibidem morantem permittatis et de bonis domus ejusdem domus (*sic*) ipsum exhibere faciatis, et eo honorabilius quo ipsum tanquam pro abbate ejusdem domus habemus. Teste rege apud Clarendon' ut supra.

De operibus apud Westmonasterium faciendis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod cameram regis apud Westmonasterium bonis et fortibus bordis lambruscari faciat, et columpnas circa lectum regis de novo depingi viridi colore vivo et auro estencellari, et curtinas circa lectum illum honestatem regiam decentes que ad placitum apponi et deponi possint, fieri faciat ; et quod provideat quod quatuor bacina argentea que prius preceperat fieri, circa feretrum beati Edwardi cathenis argenteis pendenda, et predicte operationes quas rex fieri preceperat, perficiantur citra Pascha. Teste rege ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est P. de Wakering', custodi manerii de Taunton', quod faciat habere Willelmo de la Lunde, iiij. bremias de vivario de Taunton', de dono regis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Ade Cok, servienti de Clarendon', quod faciat habere Hawisie uxori Huberti Hoese iiij. robora in foresta de Graveling' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De subbosco vendendo.—Mandatum est eidem quod bestias que sunt in parco. de Clarend', inde ammoveri, et subboscum ejusdem parci per visum Henrici de la Waude et Hugonis de Monasterio vendi et denarios inde provenientes[1] vicecomiti Wilt' liberari faciat, per talliam liberandos[2] custodibus operationum de Clarend' in auxilium ad easdem operationes. Teste ut supra.

De busca data.—Mandatum est eidem quod in balliva sua faciat habere recluse de Brithford' x. carettatas busce ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Clarend', xiiij. die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Cycestrensis quod faciant habere Johanni Maunsel x. quercus in bosco de Aumbrebir' ad quoddam stabulum apud Preston' faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus episcopatus Bathoniensis quod faciant habere Hugoni de Vivon' vj. quercus in parco de Welles ad gistas faciendas ad cameram suam de Schipton', de dono regis. Teste ut supra.

---

[1] The words 'per visum' are here cancelled.
[2] The words 'per talliam liberandos' are interlined.

1244.

De blado dato.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod de bladis ejusdem episcopatus faciant habere priori de Sanderford' xxx. quarteria frumenti et xxx. quarteria ordei vel mestilonis, de dono regis. Teste rege apud Sanderford', xv. die Marcii.

De roboribus datis.—Mandatum est Ade Cok' quod in foresta de Graveling'[1] faciat habere abbatisse de Wilton' x. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De subbosco vendendo.—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod totum subboscum veteris parci de Lutegareshal' per visum iiij. proborum et legalium hominum vendi, et denarios inde provenientes poni faciat in operationibus quas rex ei injunxit apud Lutegar' faciendis. Teste ut supra.

De mortuo bosco vendendo.—Mandatum est custodi honoris de Arundel quod vendi faciat de mortuo bosco et sicco foreste de Arundel et forinseci bosci de Dunhurst, et ex denariis inde provenientibus emendari faciat domos infra castrum de Arundel et domos de Estden' et Palingham et Dunhurst. Teste rege apud Windes', xviij. die Marcii.

Pro abbate de Loco Sancti Edwardi.—Mandatum est vicecomiti Sutht' quod faciat habere abbati de Loco Sancti Edwardi plenam seisinam de abbacia sua et de omnibus terris et tenementis suis que cepit in manum regis, occasione mandati regis de terris eorum qui sunt ad fidem regis Francie in manum regis capiendis, et si quid de terris predictis receperit, ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Ricardus de Tyngelawe, captus et detentus in prisona regis Eboraci pro morte Ricardi filii Johannis, unde appellatus est, habet litteras quod tradi possit in ballium, directas vicecomiti Eboraci. Teste ut supra.

De maeremio ad operationes regis.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod faciat habere constabulario de Lutegareshal' cc. quercus ad maeremium[2] in foresta de Cet per visum forestarii et viridarii, et per talliam inter ipsos inde confectam ad operationes quas rex ei injunxit ibidem faciendas. Teste rege apud Windes' xx. die Marcii.

Eodem modo scribitur Galfrido Esturmi quod faciat habere constabulario de Merleberg' c. quercus ad maeremium[3] in foresta de Savernak ad operationes ibidem faciendas. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Nigello de Medeburn' quater xx. et x. libras quas idem Nigellus debuit David de Oxonia, Judeo. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod

[1] Interlined and 'Clarendon'' cancelled.
[2] The words 'cc. quercus ad maeremium' are interlined, and 'maeremium quantum necesse fuerit' are cancelled.
[3] The words 'c quercus ad maeremium' are interlined, and 'maeremium' cancelled.

1244.

ipsum Nigellum de predictis quater xx. et x. libris quietum esse, et munimenta que idem David pro debito predicto habuit eidem Nigello deliberari faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod faciat habere H. comiti Essex' et Hereford' vj. quercus in foresta de Dene ad cindulam faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod diligenter inquiri faciant utrum xxxiij. [solidi] et ij. denarii et redditus unius libre cimini qui singulis annis particulatim exiguntur per summonitionem Scaccarii a quibusdam hominibus de Oxonia et comitatu Berk' et abbate de Oseneya, videlicet de Stephano de Stall' iiij. denarii, de Henrico filio Eudonis dimidia marca, de Henrico Serich' ij. denarii, de Roberto de Barr' xij. denarii, de Eva Mapperr' iij. solidi, de uxore que fuit Maugeri vinetarii vj. solidi et xj. denarii, de Roberto de Bailloll' xviij. denarii, de abbate de Osen' vj. solidi et xj. denarii, de Jordano Ruffo vj. solidi et xj. denarii, de Waltero Mauntel j. libra cimini, sint pertinentes ad honorem de Walingeford'[1] vel non; et si per inquisitionem illam invenerint quod pertinentes sint ad honorem predictum, tunc tam comitem Ricardum quam homines predictos a tempore quo primo rex dedit ei honorem predictum, quietos imperpetuum inde quietos (*sic*) esse faciant. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Huntendon' quod mercatum quod rex concesserat Petro de Malo Lacu in manerio de Glatton', quod aliquando tenuit de ballio regis, teneri et clamari faciat ad diem illum ad quem eidem erat concessum, nisi mercatum illud tempore prefati Petri ammotum esset per considerationem curie regis, eo quod fuit ad nocumentum vicinorum mercatorum. Teste ut supra.

[m. 12.] *De quercubus datis.*—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Brehull' faciat habere Radulfo filio Nicholai vj. quercus, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi possint, ad quandam grangiam faciendam apud Haseleg', de dono regis. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Essex' quod faciat habere comiti Ricardo rationabile tallagium de omnibus maneriis suis que fuerunt dominica regis, in balliva sua. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Devonie, Sumers', Wilt', Sussex', Hertford', Suff', Linc', Berk', Eboraci'.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod in bosco de la Whisse faciant habere priori de Sanderford' iiij. quercus ad maeremium ad constructionem nove aule, de dono regis. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis Sutht' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere uxori

[1] Interlined and 'predictum' cancelled.

1244. Emerici de Sacy j. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Windes', xxj. die Marcii.

De perdonatione.—Rex perdonavit Isolde de Glatton' dimidiam marcam ad quam amerciata fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Sumers'. Et mandatum est barronibus de Scaccario quod ipsam inde quietam esse faciant. Teste rege apud Windes', ut supra.

Pro Johanne de Walton'.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod faciat habere Johanni de Walton', vadletto regis, arreragia que ei debentur de denariis annuis qui ei assignati fuerunt ad sustentationem suam de tempore quo terra sua fuit in manu ipsius Johannis. Teste ut supra.

De quercubus ad operationes regis.—Mandatum est ballivo de Gillingeham quod faciat habere constabulario de Corf' lxxiiij. quercus, videlicet xxiiij. quercus ad cheverones faciendos ad cameram regis de Corf', et l. quercus ad soles faciendos ad portam ejusdem castri. Teste rege apud Windes', xxij. die Marcii.

Pro Matheo (sic) *Bezill'.*—Rex concessit Mathie Bezill' custodiam terre et heredis[1] Nicholai de Bello Campo usque ad legitimam etatem ipsius heredis. Et mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod eidem Mathie de omnibus terris et redditibus que fuerunt ipsius Nicholai, et de quibus seisitus fuit ut de feodo die qua obiit, ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Reimundo de Luk'.—Rex commisit Reimundo de Luk' terram que fuit Hugonis de Eis in Bedinton' ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Surr' quod de predicta terra cum pertinenciis eidem Reimundo vel attornato suo plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Windes', ut supra.

Et habet inde litteras patentes.

De perdonatione. Pro Roberto le Cauceis.—Rex perdonavit Roberto le Cauceis iij. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de feodo unius militis pro scutagio excercitus regis contra transfretationem suam in Wasconiam anno etc. xxvj. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod ipsum inde quietum esse permittat. Teste rege apud Windes', xxv. die Marcii.

De perdonatione.—Rex perdonavit Nicholao de Bolevill' ix. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de feodis iij. militum pro scutagio excercitus regis contra transfretationem suam in Wasconiam anno etc. xxvj. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumers'.

[1] Altered from 'heredum.'

1244.

De cheveronibus et quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Arundel quod in foresta de Arundel faciat habere Bernardo de Sabaudia sexcies xx. cheverones et x. quercus, de dono regis. Teste ut supra. Per R. Passelew.

De plumbo ad opera Westmonasterii.—Mandatum est custodibus operationum Turris London' quod plumbum quod habent in custodia, liberent Edwardo filio Odonis per certum numerum pedum vel carettatarum ad perficiendum opera de Westmonasterio secundum quod rex ei injunxit. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Marcii.

Pro priore de Penwurtham.—Rex assignavit executoribus testamenti J. quondam comitis Linc' xv. libras, xij. solidos et xj. denarios, ad quos prior de Penwrtham regi singulis annis reddendos tenebatur pro manerio de Walton', quod de rege tenet ad firmam, percipiendos per manum predicti prioris usque ad legitimam etatem heredis ipsius comitis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de demanda quam faciunt eidem priori de firma predicta, ei pacem habere faciant. Teste ut supra.

Pro villata de Whitrug'.—Rex ad instanciam Roberti filii Pagani perdonavit villate de Whithrug' excapium Rogeri Caillewe, latronis qui evasit a custodia predicte villate. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod eandem villatam inde quietam esse permittat. Teste ut supra.

Pro comitissa Penbrok'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod de demanda quam facit Margerie comitisse Penbrok' de murdro per summonitionem Scaccarii, ei pacem habere permittat. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Marcii.

Pro Willelmo de Pless'.—Mandatum est Bertramo de Cryoyl quod faciat habere Willelmo de Pless', quem rex mittit in nuncium suum ad partes transmarinas, unam navem ad transfretationem suam, hominum suorum et harnesii sui. Teste ut supra.

De brokettis capiendis.—Rex mittit Willelmum Lungesp' ad capiendum xx. brokettos ad opus regis in parco de Havering'. Mandatum est Ricardo de Munfichet quod ipsum ad hoc admittat, et provideat quod nullus parcum predictum ingrediatur nisi illi quos idem Willelmus secum ad hoc ducere voluerit. Teste ut supra.

De custodia terrarum ad opus Edwardi commissa B. de Sabaudia.—Rex commisit Bernardo de Sabaudia custodiam omnium terrarum que fuerunt Johannis de Stutevill' ad opus Edwardi filii sui[1] quamdiu regi[2] placuerit. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod eidem Bernardo de omnibus terris predictis in balliva sua sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Marcii.

[1] Interlined and 'nostri' cancelled.
[2] Interlined and 'nobis' cancelled.

1244.

Eodem modo scribitur vicecomiti Notingeham.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norf' et Cantebr' de seisina eidem Bernardo ad opus predicti Edwardi facienda de terris que fuerunt Willelmi de Kaw.

Pro Ricardo Urri.—Quia testificatum est coram rege per viros legales et fidedignos quod Ricardus Urri reddidit domino R. quondam Cycestrensi episcopo et domini regis cancellario xij. marcas in quibus ei tenebatur pro quadam carta, mandatum est vicecomiti Essex' quod districtionem quam propter hoc fecit, relaxet, et ei inde pacem habere permittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', custodi honoris de Arundel, quod faciat habere Johanni Maunsel xij. quercus in parco de Arundel ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De equis ad opus regis emendis.—Mandatum est Halingratto Balistar' quod perquirat ad opus regis x. de melioribus equis et pulcrioribus quos invenire poterit in partibus Wasconie vel Hispanie, de consilio Nicholai de Mol', senescalli Wasconie, et illos regi mittat per terram aut per mare secundum quod melius viderit expedire, et satisfaciat mercatoribus a quibus eos habuerit, donec idem Halengrattus ad regem venerit, et regem de precio eorum certificaverit. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Willelmus de Loch, captus et detentus in prisona de Walinford' pro morte Roberti carettarii de Cumenor', unde rettatus est, habet litteras directas vicecomiti Berk' quod tradi possit in ballium, quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo.—Rex concessit R. comiti Cornubie quod de omnibus dominicis suis capiat rationabile tallagium, sicut rex capit de dominicis suis. Et mandatum est probis hominibus de Walingford quod rationabile tallagium de se ipsis ei habere faciant. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Aprilis.

Pro fratribus conversorum London'.—Rex dedit fratribus Domus Conversorum London' domos que fuerunt David Judei Oxonie in Oxonia, cum omnibus pertinenciis suis. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod magistro fratrum predictorum vel ei quem illuc ad hoc mittet, de predictis domibus cum pertinenciis ad opus predictorum fratrum plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Petro de Aurea Valle vj. quercus in foresta de Axiholt', de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta de la Blakemor' faciat habere uxori Willelmi Lungesp' vj. damas vel vj. brokettos, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium v. die Aprilis.

1244.

Mandatum est vicecomiti Oxonie quod prisones laicos qui capti sunt et detenti in prisona regis pro roberia Judaismi. [*Incomplete and cancelled.*]

De operationibus castrorum regis Wallie.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod omnes operationes castrorum regis Wallie quas rex ei preceperat faciendas, sub quanta poterit festinatione, fieri faciat, et omnem quam poterit diligenciam apponat quod castrum de Coleshull' firmetur optimo garrillo et iij. bretachiis ad minus. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Marcii.

De targiis et lanceis regi mittendis.—Mandatum est Nicholao de Mol', senescallo Wasconie, quod fieri faciat in civitate Burdegale quater xx. targias de armis regis et quater xx. lanceas ab hiis cum quibus eas fieri pactus est Paulinus Peyvr', et eas regi mittat. Teste ut supra.

Et mandatum est Henrico de Wingeham quod eas acquietet, ita quod regi mittantur sub festinatione. Teste ut supra.

Pro abbate et monachis Westmonasteriensibus.—Rex concessit abbati et monachis Westmonasteriensibus quod omnia essarta que ipsi et homines sui libere tenentes, exceptis comitibus et baronibus, fecerunt infra forestam regis de boscis suis propriis, et que imposterum fient, quieta sint imperpetuum de vasto et regardo et visu forestariorum et de omnibus que ad forestam et forestarios pertinent. Et mandatum est Johanni de Nevill' quod ad essartum Walteri de Denford', libere tenentis ipsorum abbatis et monachorum, quod fecit in bosco suo proprio de Suburg', manum non mittat, nec ipsum ea occasione gravet aut molestet. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Aprilis.

De pannis laneis, samittis et aliis regi mittendis a partibus transmarinis.—Mandatum est Bartholomeo de Fuer, civi Lugdoni, quod regi mittat in Angliam sub festinatione iiij. pannos de scarletto rubeo, iiij. pannos de blud de Provins, sex capracia de Provins, iiij. pannos de viridi encr' de Caumbray, ij. pannos de cameloto brun, ij. de cameloto de altero colore, iiij. de scarletto sanguin de aperto et vivo colore, iiij burnettos bene tinctos, ij. pannos de pers de Paris, xx. penulas de minuto vario, x. furruras de minuto vario, xij. lutres bene nigros, c. pannos de Alesta sine auro, xl. ad aurum de levi precio, xx. de majori de predictis pannis, iiij. pannos de samitto rubeo, ij. de samitto viridi, ij. de samitto purpureo et ij. de samitto de colore India ; et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Si autem omnia predicta regi ita festinanter non poterit mittere, nullatenus omittat quin rex habeat citra Pentecosten omnes predictos samittos, et de quolibet predictorum pannorum de lana ij. pannos ad robas regis et regine contra predictum festum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Magistro Simoni de Wauton', custodi episcopatus Coventrensis et Lichfeldensis, quod faciat habere decano et capitulo Lichfeldensi xl. quercus ad operationem ecclesie sue, ubi melius et commodius capi poterunt in boscis ejusdem episcopatus ad operationem ejusdem ecclesie, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Aprilis.

1244.

De tradendo in ballio.—Simon de Knuk, captus et detentus in prisona regis Sar' pro morte Radulfi, unde rettatus, habet litteras directas vicecomiti Wilt' quod tradatur in ballium, quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro Petro de Magne et uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Hertford' et Essex' quod talem seisinam habere faciat Petro de Magne et Christiane uxori ejus de tota terra que est de hereditate ipsius Christiane in balliva sua, unde ipsos disseisivit occasione inquisitionis facte de terris Normannorum et alienigenarum, qualem inde habuerunt antequam eos disseisivit occasione predicta ; et si quid de terra predicta cepit, id eis reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Aprilis.

De tradendo in ballio.—Willelmus filius Roesie, captus et detentus in prisona Warr'[1] pro morte Thome filii Murielle, unde appellatus est, habet litteras directas vicecomiti Warr' quod tradatur in ballium, quia appellatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De galeis custodiendis.—Mandatum est baronibus portus de Rumenhal' quod galiam regis, que est in portu de Rumenhal', mittant usque la Rye cum omnibus armamentis suis liberandam ibidem Willelmo Beufiz, cui mandatum est [quod] eam recipiat, et eam ei liberent et omnia armenta (*sic*) ejusdem galye per commune scriptum inter eos confectum in quo omnia armamenta predicta contineantur. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Aprilis.

Eodem modo scribitur baronibus portus de Sandwic' de alia galea usque la Rye mittenda et ei liberanda.

Et mandatum [est] eidem Willelmo quod eas recipiat, sicut predictum est, et salvo custodiat. Teste ut supra.

Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere ballivo de Fecham maeremium ad molendinum et pontem regis ibidem facienda per talliam inter ipsum et prefatum ballivum factam de numero quercuum. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De quercubus datis.—Mandatum est Gilberto de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Paulino Peyvr' x. quercus cum excaetis suis in foresta de la Sauce ad quandam capellam inde faciendam, de dono regis. Teste rege apud Keninton' xij. die Aprilis.

Mandatum est custodi episcopatus Coventrensis et Lichfeldensis quod faciat habere Galfrido de Langel' x. quercus ad maeremium in foresta de Kannok', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Magistro Willelmo Provinciali iiij. quercus in foresta de Dene ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Gerardo de Blavia.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod faciant habere Gerardo de Blavia xxx. marcas de prestito super annuum feodum suum. Teste ut supra.

---

[1] Substituted for 'Sar'' which is cancelled.

1244.

De quercubus ad maeremium.—Mandatum est G. de Segrave justiciario foreste, quod in foresta de Feckenham faciat habere Roberto del Park, ballivo de Feckenham, et ij. legalibus hominibus de eodem manerio iiij. quercus ad emendandum stagnum et molendinum regis de Feckenham, et illi ij. homines sacramento astricti videant quod maeremium illud ponatur in emendatione predictorum stagni et molendini. Teste rege apud Windes', xiij. die Aprilis.

De herede Johannis filii Philippi regi mittendo.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod filium et heredem Johannis filii Philippi, quem rex ei misit per Willelmum Hoes', vadlettum regis, regi per eundem vel per aliquem de suis London' mittat, ita quod sub ducatu ejusdem Willelmi vel alicujus suorum regi mittatur. Teste ut supra. Per J. Maunsel.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi episcopatus Coventrensis et Lichfeldensis quod in bosco predicti episcopatus de Canok faciat habere priorisse et sanctimonialibus de Eton' lx. quercus ad maeremium ad constructionem domorum suarum de novo conbustarum in prioratu suo, de dono regis. Teste rege apud Windes', xiiij. die Aprilis.

De denariis ad operationibus (sic) *regis acquietandas.*—Mandatum est thesaurario et camerariis quod faciant habere W. de Haverhull'[1] et Edwardo de Westmonasterio denarios ad acquietandum diversas operationes regis factas apud Westmonasterium, quas rex fieri precepit ibidem. Et cum rex summam[2] sciverit, breve[3] de Liberate eis habere faciet. Teste ut supra.

Pro conversis London'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod omnia utensilia et victualia que sunt in domibus que fuerunt David Judei in Oxonia, quas rex dedit conversis Lond', habere faciat magistro domus eorundem conversorum ad opus eorum una cum domibus predictis, de dono regis. Teste ut supra.

De custodia terrarum que fuerunt Johannis filii Philippi.—Mandatum est Stephano de Sabaudia quod non obstante mandato regis ei directo de custodia terrarum que fuerunt Johannis filii Philippi et foreste de Kenfar' liberanda J. Extraneo, justiciario Cestrie, custodiam illam in manu sua retineat in forma qua prius. Teste ut supra. Per J. Maunsel.

Pro Gerardo de Blavia.—Rex commisit Gerardo de Blavia totam terram que fuit Laurencii de Pounz in Norton', ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit, que capta est in[4] manum regis occasione inquisitionis facte de terris alienigenarum. Et mandatum est vicecomiti Sumers'quod de predicta terra eidem Gerardo vel certo nuncio suo plenam seisinam habere faciat, sicut predictum [est]. Teste rege apud Windes', xv. die Aprilis.

[1] 'W. de Haverhull' ' is cancelled.
[2] Interlined, and 'custum' cancelled.
[3] Substituted for 'illud' which is cancelled.
[4] The words 'capta est in' are interlined, 'que' altered from 'quam,' and 'cepit in' struck out.

1244.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suff' de tota terra que fuit ejusdem Laurencii in Stokes. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Galfrido Esturmi quod faciat habere Fulconi filio Warini xv. quercus in foresta de Savernak ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Wind', xvj. die Aprilis.

De thesauro regis custodiendo.—Rex constabulario suo Noting', salutem. Precipimus tibi quod thesaurum nostrum quem dilectus et fidelis noster G. de Turvill', archidiaconus Dublunensis et thesaurarius noster Hibernie, tibi liberabit per preceptum nostrum custodiendum recipias, et sub sigillo tuo et ipsius thesaurarii et prioris de Lenton' et duorum proborum et[1] legalium hominum de Noting' salvo custodias, donec aliud a nobis habueris preceptum. Teste rege[2] apud Windes', xvj. die Aprilis.

Rex Johanni Extraneo, justiciario suo Cestrie, salutem. Mandamus vobis quod cum thesaurarius noster Hybernie in partibus Cestrie applicuerit cum thesauro nostro Hybernie, quem secum ducturus est, kariagium ei inveniatis et securum conductum usque[3] Notingham', cui mandavimus quod eundem thesaurum usque Notingham' cariari faciat, cum applicuerit, liberandum constabulario ejusdem castri custodiendum, et cum custum sciverimus, illud vobis allocari faciemus. Teste me ipso apud Windles', xvij. die Aprilis, anno regni nostri xxviij.

Et mandatum est G. de Turvill' thesaurario Hybernie, quod thesaurum predictum, cum applicuerit, cariari faciat usque Noting', sicut predictum est. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham, custodi foreste de Shirewude, quod in bosco de Mammesfeld' faciat habere Roberto de Lexinton' xv. quercus ad fabricam cujusdam capelle, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Edwardo filio regis.—Mandatum est Bernardo de Sabaudia quod de exitibus terrarum quas habet in custodia ad opus Edwardi filii regis, faciat habere Hugoni Giffard et Magistro Willelmo le Brun omnes denarios quos perquirere poterit, et eos mittat usque Windes' sub salvo conductu ad expensas ejusdem Edwardi, et rex denarios illos ei faciet allocari. Teste rege apud Windes', xx. die Aprilis.

Pro abbate de Bardenay.—Mandatum est custodi abbacie de Bardenay quod quamdiu abbacia predicta fuerit in manu regis et in custodia sua, salvo custodiat eandem, sicut custodiri solet tempore abbatis sui, exhibendo scilicet monachos ejusdem domus sicut solent et debent exhiberi, sustentando edificia ejusdem et carucas, ne corruant edificia predicta, vel terre pro defectu carucarum remaneant steriles et inculte. Provideat eciam quod servientes et ministri ejusdem abbacie stipendia sua debita et consueta de maneriis ejusdem abbacie ubi

---

[1] Misplaced in MS.
[2] Substituted for ' me ' which is cancelled.
[3] The words ' conductum usque ' are repeated.

1244.

commodius capi possint,[1] recipiant, dum fuerit predicta abbacia in manu regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Aprilis.

Pro abbate de Evesham.—Rex Radulfo de Ayrel, custodi abbacie de Evesham, salutem. Sciatis quod commisimus Thome abbati Evesham' predictam abbaciam custodiendam usque ad festum Omnium Sanctorum anno etc. xxix. Et commisimus ei de gratia nostra omnes exitus et proventus omnium maneriorum pertinencium ad abbaciam predictam, qui provenient interim de maneriis predictis, et de omnibus aliis rebus ad eandem abbaciam pertinentibus, una cum bladis instantis autumpni in maneriis predictis seminatis. Et ideo vobis mandamus quod eidem abbati de predicta abbacia cum omnibus terris et tenementis et aliis ad eam pertinentibus plenam seisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Waltero Cornubiensi.—Rex dedit Waltero Cornubiensi illum denarium de elemosina constituta, quem Willelmus Anglicus percipere consuevit singulis annis per manum vicecomitis Hereford'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eidem Waltero predictum denarium singulis diebus habere faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Aprilis.

De roboribus ad quendam rogum faciendum.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere ballivis et custodibus operationum castri de Merleberg' in foresta de Savernak in locis quibus melius viderit expedire, vetera robora ad quendam rogum faciendum ad operationes ejusdem castri. Teste ut supra.

[m. 11.] *De damis datis.*—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere R. electo de Cern' vij. damas in foresta de Blakemor' ad solempnitatem benedictionis sue celebrandam, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Aprilis.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod assignari faciat Margarete que fuit uxor Thome de Warndham, rationabilem dotem suam de una carucata terre quam idem Thomas tenuit de rege in Bambur' ita quod rationabilis dos ei assignetur. Teste ut supra.

Pro executoribus R. quondam Cycestrensis episcopi.—Mandatum est custodibus episcopatus Cycestrensis quod totum instaurum quod R. quondam Cycestrensis episcopus, cancellarius regis,[2] debet relinquere episcopatui predicto secundum tenorem carte Radulfi quondam episcopi ejusdem loci, predecessoris sui, et a rege confirmate, retineant ad opus episcopi substituendi, et totum residuum instauri quod fuit predicti episcopi, quondam cancellarii regis, habere faciant executoribus testamenti sui, et inde liberam amministrationem eos habere permittant ad executionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

---

1 The words 'de maneriis . . . possint' are interlined without a caret mark.

2 The words 'cancellarius regis' are interlined.

1244.

Pro Petro Chaceporc.—Rex decano et capitulo Cicestrensi, salutem. Sciatis quod dedimus dilecto clerico nostro Petro Chacepork' domos que fuerunt Magistri Hunfredi, quondam archidiaconi Dorset', in Cicestr', ratione episcopatus Cicestrensis in manu nostra existentis. Et ideo vobis mandamus quod dilectum nobis E. cancellarium et concanonicum vestrum, procuratorem predicti clerici nostri, in plenam possessionem earundem domorum nomine suo mittatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, prima die Maii anno regni nostri xxviij.

De custodia haye de Hereford'.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod hayam de Hereford' que est in custodia sua, committat Willelmo de Cantilupo custodiendam donec Isabella primogenita filia et una heredum Hugonis de Kilpek ad regem venerit et rex fecerit quod facere debuerit, de parte sua que eam contingit de hereditate prefati Hugonis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere sacriste Westmonasteriensi in bosco predicti episcopatus de Weregrave x. fusta, ubi commodius et propinquius Tamisie ad ea carianda capi possint, ad turrim ecclesie sue Westmonasterii. Teste ut supra.

Pro Matillide de Gaugi.—Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod non obstante precepto regis ei facto de terris alienigenarum in manum regis capiendis, Matillidi de Gaugi que se maritari permisit Henrico de Sancto Martino, qui est de potestate regis Francie, ut dicitur, de terris suis quas cepit in manum regis occasione predicta, quas predicta Matillis tenet in dotem in Hertelawe et Whitlawe, talem seisinam habere faciat qualem inde prius habuit, et ipsam in seisina sua manuteneat donec aliud a rege habuerit preceptum, et omnia catalla et instaura sua in dicta terra inventa ei restitui faciat. Teste ut supra. Per J. Maunsel.

Pro Oliva filia Radulfi de Fethereston'.—Quia Oliva filia Radulfi de Fetherstan' inventa fuit post mortem predicti Radulfi, patris sui, in domo ipsius Radulfi quasi filia et heres ipsius, mandatum est vicecomiti Eboraci quod plenam seisinam ei habere faciat de tota terra cum pertinenciis que fuit ipsius Radulfi in Fetherestan' et Chyvet, de qua predictus Radulfus fuit seisitus ut de feodo die qua obiit, ita quod stet inde recto siquis versus eam per legem et consuetudinem Anglie loqui voluerit. Teste ut supra.

Pro Petro de Marevill'.—Rex vicecomiti Essex', salutem. Scias quod concessimus[1] Petro de Marevill' manerium de Poleg' quamdiu nobis placuerit, de gratia nostra ad se sustentandum in servicio nostro. Et ideo tibi precipimus quod de predicto manerio cum pertinenciis quod cepisti in manum nostram occasione inquisitionis quam fieri precepimus de terris Normannorum, plenam seisinam habere facias, et si quid inde cepisti, id ei reddi facias. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Maii.

[1] The words 'vicecomiti . . . quod' are interlined and 'concessimus' altered from concessit.

Pro scolaribus Oxonie.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod scolares Oxonie qui nuper capti et in prisona regis Oxonie detenti fuerunt pro roberia eis imposita de Judaismo Oxonie, et quos rex liberari precepit assignatis R. Lincolniensis episcopi, reponendos in eadem prisona Oxonie per manum dicti episcopi de prestito regis, donec de eis fieret quod fieri debet secundum consuetudinem ecclesiasticam, eidem episcopo vel assignatis suis liberet simpliciter et absololute (*sic*) ad faciendum de eis in foro ecclesiastico quod de ipsis secundum canonicas sanctiones fuerit faciendum. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Willelmus de Warthecop, captus et detentus in prisona de Appelby pro morte Stephani de Penred, unde Mariota que fuit uxor ejusdem Stephani, eum appellat, ut solummodo pecuniam ab eo extorqueat, et non eo quod inde culpabilis sit, sicut rex accepit per inquisitionem etc. habet litteras directas vicecomiti Westmer' quod tradatur in ballium. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Maii.

Radulfus le Deor, captus et detentus in prisona Wintonie pro morte Petri scissoris, unde rettatus est, habet litteras directas vicecomiti Sutht' quod tradatur in ballium, quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro Willelmo Bloet.—Quia rex vult quod Willelmus Bloet quietus sit de c. solidis quos recepit de thesaurario regis de prestito, quando venit in servicium regis ad partes transmarinas, et qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii pro feodo suo c. solidorum quod rex ei debet de anno etc. xxvj., et (*sic*) mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

De libertate abbatis de Rading' capienda in manum regis.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod libertatem abbatis de Rading' capiat in manum regis, et ea statim utatur sicut predictus abbas ea uti solet, dum in manu sua fuit. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Alexandro de Swereford', thesaurario Sancti Pauli London', l. solidos quos regi debet pro priore de Bromfeld, et xl. solidos quos regi debet pro Magistro Gervasio de Persor', et unam marcam quam regi debet pro Emma de Chedewurth'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De lana vendenda.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod totam lanam predicti episcopatus habere faciant Ade de Basing' pro eodem precio pro quo eam alicui mercatorum carius vendere possit, et scire regi faciant summam pecunie pro qua linam (*sic*) illam recipere voluerit, quia in summa illa quam regi debebit pro lana predicta, rex vult ei allocari debitum in quo rex ei tenetur, si summa illa excedat debitum predictum, et si summa illa minor sit quam summa debiti predicti, rex vult eam illi allocari in parte solutionis debiti predicti. Teste ut supra.

1244.

De fustis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Petro Chaceporc in foresta de Bernewude x. fusta ad unam cameram faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham[1] quod faciat habere W. de Eboraco, preposito Beverlaci, xl. quercus[2] ad maeremium in foresta de Shirewud', de dono regis.

Pro Ada que fuit uxor Johannis filii Roberti.—Quia Ada[3] que fuit uxor Johannis filii Roberti, habet custodiam terrarum que fuerunt predicti Johannis, per finem quem fecit cum rege, mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod de servicio Willelmi de Takesden' quod cepit in manum regis occasione inquisitionis quam rex fieri precepit de serjantiis alienatis que de rege tenentur in capite, talem seisinam ei habere faciat qualem prius habuit, et si quid inde ceperit, id ei reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est W. Karleolensi episcopo quod faciat habere Johanni le Fraunceis in foresta de Winnefeld' que fuit Johannis de Veteri Ponte, x. quercus ad unam cameram faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est W. de Haverhull', camerario regis London', quod de vinis regis de prisa faciat habere magistro milicie Templi in Anglia duo dolia vini ad capitulum suum tenendum, de dono regis. Teste rege apud Windes' viij. die Maii.

Pro abbate de Becco Herlewini.—Quia constat regi quod terra quam[4] abbas de Becco Herlewini emit de Willelmo de Fugrey in Wrotham fuit de feodo ipsius abbatis, et eam Petrus pater predicti Willelmi emerat a domo predicta, et quam vicecomes Norf' cepit in manum regis occasione inquisitionis facte de terris Normannorum, mandatum est eidem vicecomiti quod eidem abbati de predicta terra talem seisinam habere faciat qualem inde habuit die quo capta fuit in manum regis. Teste ut supra.

Pro Isabella de Fercles.—Quia regi constat quod Isabella de Fercles, uxor Johannis le Moyne, est una heredum Galfridi de Fercles, mandatum est vicecomiti Suff' quod de omnibus terris quas iidem Johannes et Isabella tenuerunt in balliva sua, et quas cepit in manum regis occasione precepti regis de terris alienigenarum in manum regis capiendis, ei (*sic*) talem seisinam habere faciat qualem inde habuerunt, quando capte fuerunt in manum regis occasione predicta, et omnia catalla et instaura sua in predictis terris inventa, eis reddi faciat. Teste rege apud Rading', viij. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Essex' et Cantebr'.

De pampilionibus regis faciendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod faciat habere Mansello scissori et

[1] Interlined and 'Ros' cancelled.
[2] Interlined and 'fusta' cancelled.
[3] Interlined.
[4] The words 'terra quam' are interlined.

1244.

Willelmo de Rotomago denarios et alia que necessaria erunt ad pampiliones regis prout rex eis injunxit faciendos. Et cum rex summam pecunie eis liberatam sciverit, illam rex reddi faciet. Teste rege apud Rading', ix. die Maii.

De denariis ad negotia regis facienda.—Mandatum est abbati Sancti Benedicti de Hulmo et priori de Theford', custodibus episcopatus Norwicensis, vel alteri eorum quod de exitibus predicti episcopatus faciant habere latori presencium xxx. marcas de prestito deferendas Petro Chaceporc, custodi garderobe regis,[1] ad[2] quedam negocia que rex ei injunxit facienda, et rex illas eis reddi faciet. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia redditum fuit breve.*

De vinis capiendis ad opus regis.—Mandatum est Waltero le Flemeng' et Ricardo de la Prise quod capiant ad opus regis una cum Johanne Blancbully[3] de melioribus vinis que inveniri poterunt vel de novo sunt ventura usque Sutht',[4] septies xx. et v. dolia vini; et provideant quod de melioribus vinis que inveniri poterunt, retineant ad opus regis, ubicumque inventa fuerint sive in celariis sive extra, et quod talia vina eligant quod secundum quod fieri potest, paria sint valore, quia si potiora vina in alio celario quam in celario regis inventa fuerint, ipsi duo vina predicta acquietabunt; et predicta vina appreciari faciant, et cum de precio regi constiterit, illud mercatoribus quorum vina predicta fuerint, reddi faciet, et predicta vina liberent ballivis Sutht' carianda locis diversis, sicut rex eis injunxit. Teste ut supra.

Mandatum est W. de Haverhull', camerario regis, quod de melioribus vinis que inveniri poterunt London' vel de novo sunt ventura, capiat ad opus regis novies xx. dolia vini, et provideat quod talia eligat quod secundum quod fieri potest, paria sint valore, et cum predicta vina ceperit, ea appreciari [faciat], et cum de precio regi constiterit, illud mercatoribus quorum vina predicta fuerint, reddi faciet; et ea liberet vicecomitibus London' carianda etc. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod capiat ad opus regis apud Sandwic' xxij. dolia vini, et ea liberet vicecomiti Kancie carianda quo rex ei injunxit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Periton' quod faciat habere magistro milicie Templi in Anglia x. damos in foresta de Braden', de dono regis, ad festum capituli sui tenendum. Teste ut supra.

Pro abbate de Loco Sancti Edwardi.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod permittat abbatem de Loco Sancti Edwardi habere pacificam seisinam omnium terrarum quas idem abbas tenet de abbate de Focardi Monte in balliva sua, et non permittat quod aliquis ei inde dampnum inferat aut gravamen; et si quid de terris predictis ceperit, id ei reddi faciat. Teste rege apud Rading', x. die Maii.

[1] The words 'Petro . . . regis' are interlined, and 'Rogero de Ros, scissori' cancelled.

[2] The word 'faciendum' is here cancelled.

[3] 'ad opus regis' cancelled.

[4] 'usque Sutht'' interlined.

1244.

Pro conversis London'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod omnes pannos qui inventi fuerunt in domibus que fuerunt David Judei Oxonie, liberari faciat custodi conversorum Lond' ad opus eorundem, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Galfrido Esturmi quod faciat habere Anselmo Marescallo xx. quercus in foresta de Savernak', de dono regis. Teste rege apud Rading', xij. die Maii.

Pro Johanne de Baillol et uxore ejus.—Rex vicecomiti Huntendon' salutem. Scias quod servicium feodi iiij. militum et quarte partis feodi unius militis quod Robertus Patric' tenet in comitatu tuo et in comitatu Leyc', et servicium feodi ij. militum quod Radulfus Ridell' tenet in comitatu tuo, et servicium quarte partis feodi j. militis quod Hugo de Nevill' tenet in eodem comitatu, et servicium feodi j. militis quod Robertus de la Karuaill' tenet in eodem comitatu, et servicium feodi unius militis quod Ricardus Scotus et Bartholomeus Flandrensis tenent in eodem comitatu, et servicium quarte partis feodi j. militis quod Radulfus de Cameis tenet in eodem comitatu, assignata sunt Johanni de Bailloyl et Dervorguille uxori ejus in partem ipsius Dervorguille que eos contingit de feodis militum que tenebantur de Johanne quondam comite Cestrie et Huntindon', unde ipsa Dervorguilla una est heredum ipsius comitis. Et ideo tibi precipimus quod distringas predictos Robertum, Radulfum, Hugonem, Robertum, Ricardum, Bartholomeum et Radulfum quod faciant eidem Johanni homagium de feodis predictis, et quod de predicto servicio eisdem Johanni et Dervorguille decetero intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norht' de servicio feodi j. militis, quod Robertus le Heyr tenet, assignato eisdem. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Bed' de servicio feodi iij. militum, quod Simon de Sees tenet in eodem comitatu et in comitatu Linc', et servicio quod filia et heres Ricardi Rikespaud tenet in comitatu Bed', assignatis eisdem. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Leyc' de servicio feodi iiij. militum et iiij. partis unius militis quod Robertus Patric' tenet in eodem comitatu et in comitatu Huntend', assignato eisdem.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' de servicio feodi iij. militum, quod Simon de Sees tenet in eodem comitatu et in comitatu Bed', assignato eisdem. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod faciat habere Willelmo de Cantilupo viij. quercus in foresta de Chipeham ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod non distringat Radulfum filium Nicholai ad reddendum regi firmam quam ei debet de manerio de Magna Linford', donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste rege apud Rading', xiiij. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Oxonie pro eodem Radulfo de manerio de Crowemers. Teste ut supra.

1244.

De damis datis.—Mandatum est Johanni filio Nigilli quod faciat habere Radulfo filio Nicholai iij. damos in foresta de Brehull', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Johanni filio Galfridi vj. damos in foresta de Brehull', de dono regis. Teste ut supra.

De perdonatione pro H. de Vivon'.—Rex perdonavit Hugoni de Vivon' xl. marcas quas regi debet, et que ab eo exiguntur per sumonitionem Scaccarii pro custodia terre et heredis Willelmi le Chaumberleng'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De blado dato.—Mandatum est Petro de Wakering', custodi manerii de Taunton', quod de bladis exituum ejusdem manerii faciat habere Herberto filio Mathei xl. quarteria frumenti et xl. quarteria avene, de dono regis, et rex illa ei faciet allocari. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia redditum fuit breve.*

[m. 10.] *Pro Anketilo Molore* (sic).—Mandatum est vicecomiti Berk' quod non obstante precepto regis ei facto de terris Normannorum capiendis in manum regis, de tota terra Anketili Malore in Faleule, quam cepit in manum regis occasione predicta, ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo Gernun.—Eodem modo scribitur eidem vicecomiti de seisina facienda Willelmo Gernun de terra sua in Gench' quam rex ei dedit per cartam suam, et quam cepit in manum regis occasione predicta.

De quercubus ad maeremium.—Mandatum est Galfrido Esturmi quod faciat habere constabulario de Lutegareshal' xvj. quercus in bosco de Sugrave ad postes et maeremium facienda ad constructionem aule regis de Luteg'. Teste ut supra.

Pro Oliva que fuit uxor Radulfi de Suleny.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod faciat habere Olive que fuit uxor Radulfi de Suleni, rationabilem dotem de omnibus terris quas predictus Radulfus tenuit de rege in balliva sua, de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit. Teste ut supra.

Pro Waleramo de Hortun'.—Rex reddidit Waleramo de Horton' terras suas quas tenuit in comitatu Norhumbrie, et quas vicecomes ejusdem comitatus cepit in manum regis occasione precepti regis de terris Normannorum. Et mandatum est vicecomiti ejusdem comitatus quod ei plenam seisinam inde habere faciat, et si quid inde ceperit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Henrico de Sancto Amando.—Eodem modo scribitur vicecomitibus Kancie et Suff' pro Henrico de Sancto Amando de seisina ei facienda de terris suis que capte erant in manum regis occasione predicta. Teste ut supra.

1244.

Pro hospitali de Cantebr'.—Eodem modo scribitur vicecomiti Cantebr' de seisina facienda hospitali beati Johannis de Cantebr' de j. virgata terre in Cotes quam cepit in manum regis occasione predicta.

Pro heredibus Walteri de Lacy.—Rex reddidit Johanni de Verdun et Margerie uxori ejus, nepte et uni heredum Walteri de Lacy, et Petro de Geneve et Matillidi uxori ejus, nepte et alteri heredum ejusdem Walteri, omnes terras cum pertinenciis que fuerunt ipsius Walteri in Mide, de quibus idem Walterus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, tenendas simul sine aliqua partitione donec rex aliud inde preceperit, ut interim exitus earundem terrarum percipiant in communi. Et mandatum est Waltero de Godarvill' quod eisdem Johanni et Margerie, Petro et Matillidi vel eorum nunciis de omnibus terris predictis plenam seisinam habere faciat, retento in manu regis castro de Trum, et xl. marcas annuas ad custodiam ejusdem castri ab eis recipiat singulis annis, scilicet tam de parte ipsorum Johannis et Margerie quam de parte ipsorum Petri et Matillidis, donec predicte terre fuerint partite. Teste ut supra. *Postea erant patentes.*

Pro Gilberto de Breaute.—Rex reddidit Gilberto de Breaute j. carucatam terre cum pertinenciis in Wengrave que capta est in manum regis occasione precepti regis de terris Normannorum in manum regis capiendis. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod ei inde seisinam habere faciat, et si quid inde ceperit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Mandatum est custodibus operattionum regis Westmonasterii quod faciant habere abbati Westmonasteriensi j. trabem fortem et bonum ad campanas Westmonasterii supportandas, de dono regis, et eundem trabem liberent sacriste Westmonasteriensi. Teste rege apud Windes', xv. die Maii.

De vinis ad opus regis capiendis.—Mandatum est ballivis ville Sancti Botulfi et custodibus nundinarum ejusdem ville quod consilium et auxilium efficax impendant Johanni Blancbuilly ad capiendum ibidem de melioribus vinis ad opus regis quadringenta et duodecim[1] dolia vini, et cum predicta vina capta fuerint et electa, ipsa faciant appreciari, et cum regi constiterit de precio, illud mercatoribus a quibus vina predicta capta fuerint, rex reddi faciet ; quia mandatum est eidem Johanni quod vina predicta liberet vicecomitibus, carianda quo rex eis precepit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Margerie uxori Johannis de Pless' iiij. damos in foresta de Rokingham, de dono regis. Teste ut supra.

Pro quodam vadletto regine.—Mandatum est Petro Chaceporc quod provideat quod habeat ad opus Stephani vadletti regine qui secum venerat a partibus Provincie in Angliam, cui rex est daturus

[1] The words ' quadringenta et duodecim ' are interlined and ' xlxij ' struck out.

1244.

arma in instanti festo Pentecostes, omnia que ei erunt necessaria ad solempnitatem milicie sue celebrandam, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est W. de Haverhull', camerario[1] regis, quod de vinis regis liberet Johanni filio Ricardi de Grey et Willelmo de Huntercumb', qui in instanti festo Pentecostes arma sunt recepturi, ij. dolia vini ad festum suum tenendum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Maii.

Pro Alexandro de Wicheleye.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod si Alexander de Wychelye, captus et detentus in prisona Oxonie pro transgressione venationis, poterit invenire duos salvos plegios standi inde recto coram justiciariis proximo itineraturis in partibus illis ad placita foreste, vel quando rex precipiet, tunc eum a prisona per plevinam illorum dimittat. Teste ut supra.

De mortuo bosco vendendo.—Mandatum est Johanni de Grey quod mortuum boscum in foresta del Pek' per visum et testimonium legalium hominum usque ad summam xx. marcarum vendi, et eas in reparatione turris et domorum regis in castro regis ibidem per visum eorundem poni faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Willelmus de Barenham, captus et detentus in prisona abbatis Sancti Edmundi pro morte Henrici Clig, fratris sui, unde appellatus est, habet litteras directas vicecomiti Suff' quod tradatur in ballium, quia appellatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro Gerardo de Blavia.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod faciat habere Gerardo de Blavia, cui rex concessit manerium de Norton' ad se sustentandum in servicio regis, omnes exitus ejusdem manerii a tempore quo illud cepit in manum regis, una cum carucis in eodem manerio existentibus et redditibus de termino Pasche preterito. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suff' pro eodem Gerardo, cui rex concessit manerium de Wyremers etc. ut supra.

Pro Willelmo Talebot.—Rex reddidit Willelmo Talebot terram suam de Offinton' que capta est in manum regis occasione eorum qui sunt de potestate regis Francie et terras habent in Anglia. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de predicta terra cum pertinenciis ei talem seisinam habere faciat, qualem inde habuit die quo terram illam in manum regis cepit, cum omnibus rebus et catallis suis in terra illa inventis, et redditibus inde postea perceptis. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk' de seisina eidem Willelmo facienda de terra sua de Wenge. Teste ut supra.

De vinis capiendis ad opus regis.—Mandatum est B. de Cryoyl, constabulario Dovor', quod de melioribus et electis vinis que inveniri poterunt in portu de Sandwico, eligi et capi faciat ad opus regis xxij.

[1] Substituted for 'thesaurario' which is cancelled.

1244.

dolia vini et ipsa appreciari, et cum constiterit regi de precio, illud mercatoribus quorum vina predicta fuerint, rex reddi faciet ; et ipsa liberet vicecomiti Kancie, ex quibus cariari faciat usque Roffam vj. dolia, usque Faveresham vj. dolia, usque Cantuariam x. dolia. Teste ut supra.

Pro Thoma filio Godefridi.—Rex reddidit Thome filio Godefridi terram illam in Nunnefeld' quam emit de Thoma de Marisc', Normanno, et quam vicecomes Sussex'[1] cepisti (*sic*) in manum regis[2] occasione inquisitionis facte de terris Normannorum. Et mandatum est vicecomiti ejusdem comitatus quod de predicta terra ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Ballol et uxore ejus.—Quia servicium unius militis quod Robertus de Acle tenet in comitatu Cantebr' et in comitatu Norhampton', assignatum est Johanni de Bailol et Dervorguille uxori ejus in partem ipsius Dervorguille, que eos contingit de feodis militum que tenebantur de J. quondam comite Cestrie et Huntind', unde ipsa Dervorguilla est una heredum ipsius comitis, mandatum est vicecomiti Cantebr' quod distringat predictum Robertum quod faciat eidem Johanni homagium de feodis predictis, et quod de predicto servicio eisdem Johanni et Dervorguille decetero intendens sit et respondens. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Leic' de servicio feodorum[3] septem militum quod Willelmus de Meynill' tenet in comitatu suo et in comitatibus Norhampt' et Rotel', et de servicio feodi unius militis quod Willelmus de Wardestan' tenet[3] in eodem comitatu Norhampt' et de servicio feodi unius militis et dimidii quod Robertus de Acle tenet in eodem comitatu et in comitatu Cantebr', et de servicio quarte partis feodi unius militis, quod Ricardus filius Essulk' tenet in comitatu Rotel'. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Fulconi filio Warini ducentas marcas de debitis que regi debet ad Scaccarium. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Maii. Per Robertum Passelewe.

Pro capitulo Constanciensi.—Rex vicecomiti Dors', salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam a te fieri precepimus, quod manerium de Winterburn' Stikelan' quod cepisti in manum nostram per preceptum nostrum, pertinet ad capitulum ecclesie Constanciensis et non ad episcopum ejusdem loci, tibi precipimus quod de eodem manerio cum pertinenciis eidem capitulo plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Hugoni de Vivon' in foresta de Selwud v. damos, de dono regis. Teste ut supra.

---

[1] The words ' vicecomes Sussex' ' are interlined.
[2] Substituted for ' nostram ' which is cancelled.
[3] Interlined.

1244.

Pro Waltero de Acr'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod de omnibus terris quas Walterus de Acr' tenuit in balliva sua, et quas cepit in manum regis occasione precepti regis de terris Normannorum in manum regis capiendis, eidem Waltero talem seisinam inde habere faciat, qualem habuit die quo capte erant in manum regis, et si quid inde ceperit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod nisi P. Herefordensis episcopus habuerit illas bestias quas rex ei per litteras suas eidem constabulario directas[1] dedit in foresta de Den', tunc illas ei habere faciat, et preter illas faciat ei habere vj. damos in eadem[2] foresta, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo Gernun.—Rex vicecomiti Berk', salutem.[3] Quia constat nobis quod una carucata terre cum pertinenciis in Westcumpton' quam Willelmus Gernun tenuit, et quam cepisti in manum nostram occasione precepti etc., est jus ipsius Willelmi, eo quod Radulfus Gernun, pater ipsius Willelmi, eam recuperavit versus Johannam Malemeyns in curia nostra coram justiciariis nostris, et unde cyrographum factum fuit inter eos in eadem curia, et eam dedit predicto Willelmo, tibi precipimus quod predicto Willelmo de predicta terra talem seisinam habere facias qualem inde habuit die quo eam cepisti in manum nostram, et si quid inde ceperis, id ei reddi facias. Teste rege apud Westmonasterium xxiiij. die Maii.

Pro abbate et conventu de Longo Villari.—Mandatum est Bernardo de Sabaudia quod si abbas et conventus de Longo Villari percipere consueverunt singulis annis xx. solidos de terris que fuerunt Willelmi de Kaw, de elemosina ipsius Willelmi constituta, tunc elemosinam illam eis reddat, sicut reddita fuit annis preteritis.

Pro Waltero de Clifford'.—Quia regi constat per inspectionem rotulorum suorum quod Walterus de Clifford' finem fecit cum rege per quadringentas marcas pro habenda custodia terre et heredum Henrici le Flemeng', et idem Walterus custodiam terre et heredum predictorum Johanni de Gatesden' concessit, mandatum est constabulario de Arundell' quod eidem Johanni plenam seisinam habere faciat de tota terra que fuit ipsius Henrici in balliva sua simul et de heredibus predictis, quam cepit in manum regis eo quod dicebatur quod rex concesserat eidem Waltero solummodo custodiam unius heredum predictorum, et si quid de terra predicta ceperit, postquam in manum regis occasione predicta capta fuit, id eidem Johanni sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc', nulla facta mentione de heredibus predictis.

Mandatum est B. de Sabaudia quod accepta securitate a Philippa de Tilly de x. marcis reddendis in garderobam regis ad festum Sancti Petri ad Vincula, et de aliis x. marcis ad Scaccarium Sancti Hyllarii,

[1] The words ' per litteras . . . directas ' are interlined and ' ultimo ' cancelled.
[2] Interlined.
[3] The words ' Rex . . . salutem ' are interlined.

1244.

de omnibus terris quas eadem Philippa tenuit in Upton' in comitatu. [*Unfinished and cancelled.*]

Pro abbate de Loco Sancti Edwardi.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod id quod cepit de terra abbatis de Loco Sancti Edwardi, quam habet de abbate de Focardi Monte de honore de Tykehull', dum idem honor fuit in custodia sua, eidem abbati de Loco Sancti Edwardi reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Maii.

De quadam galia.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod galyam de Lunday, quam habet in custodia, liberet Ricardo de Clifford', cui rex commisit insulam illam custodiendam, cum omnibus armamentis ad eam spectantibus. Teste ut supra.

Mandatum est baronibus portus de Rumenhal' quod galiam regis, que est in custodia, liberent Hamoni de Creveque et Reginaldo de Berneval ad eundum in servicium regis ad mare custodiendum. Teste ut supra.

De loricis, capellis fereis et quarellis.—Mandatum est constabulario Turris London' quod liberet Hamoni de Creveque et Reginaldo de Berneval, quos rex mittit in servicium suum ad maris tuitionem, quinque loricas et v. capella ferrea et duo milia quarellorum. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Maii.

De vinis datis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod faciat habere Hamoni de Creveque et Reginaldo de Berneval etc. ij. dolia vini, de dono regis. Teste ut supra.

De frumento dato.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere Margerie de Druvall' viij. quarteria frumenti in aliquo manerio predicti episcopatus ubi melius et commodius sibi poterunt assignari, de dono regis. Teste ut supra.

Hybernia. Pro Egidia que fuit uxor Ricardi de Burgo.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod talem seisinam habere faciat Egidie que fuit uxor Ricardi de Burgo, de omnibus terris quas idem Ricardus, quondam vir suus, tenuit in Hybernia de maritagio predicte Egidie, qualem inde habuit die quo iter arripuit veniendi in servicium regis ad partes transmarinas in hac ultima transfretatione regis, et die quo obiit in servicio regis.[1] Et omnes exitus earundem terrarum a tempore mortis predicti Ricardi eidem Egidie habere faciat. Teste ut supra.

[m. 9.] Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Ricardi de Burgo et sunt in custodia sua, et de feodis militum et de serviciis[2] liberorum hominum que fuerunt ipsius Ricardi, rationabilem et plenam dotem assignari faciat Egidie que fuit uxor ipsius Ricardi, et de terris que sunt in manu aliorum et de quibus similiter dotari debet, plenam et celerem justiciam ei exhibeat, ita quod cum inceperit predictam dotem suam petere quam alii ei deforciant, loquele sue inde mote teneantur de mense in mensem donec terminentur. Teste ut supra.

[1] The words 'Teste ut supra' are here cancelled.
[2] Substituted for 'serjantiis' which is cancelled.

1244.

De quinque marcis datis ad constructionem cujusdam ecclesie.—Rex dedit illas v. marcas que nuper invente fuerunt subtus terram in constructione fundamenti ecclesie de Stanl', ad operationem ejusdem ecclesie. Et mandatum est vicecomiti Notingeham quod homines Galfridi Dispensarii decetero nullam (*sic*) inde inferat gravamen. Teste ut supra.

Pro Jordano capellano.—Mandatum est Drogoni de Barentin, custodi insularum de Geres' et de Gern', quod permittat Jordanum capellanum habere pasturam suam tota vita sua circa veterem castellariam de Gerner', sicut coram rege concessit, non obstante eo quod predictas insulas de rege tenet ad firmam. Teste ut supra.

Pro Egidia que fuit uxor Ricardi de Burgo.—Mandatum est Galfrido de Stocwell' quod reddat Egidie que fuit uxor Ricardi de Burgo, vel certo nuncio suo, cartam de mutuo xx. librarum quas ipsa mutuo accepit a David, Judeo Oxonie, et quas rex eidem Egidie perdonavit. Teste ut supra.

Pro Petronilla de Tony.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod de tota terra quam Petronilla de Tony tenuit in Stok', et quam cepit in manum regis occasione precepti regis de terris Normannorum, talem seisinam ei inde habere faciat qualem habuit quando capta fuit in manum regis, et si quid inde ceperit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Wauton.—Rex reddidit Johanni de Wauton', filio et heredi Johannis de Wauton', tanquam ipsi qui plene etatis est, omnes terras que fuerunt in custodia regis cum prefato Johanne, ratione custodie terre et heredis Gilberti de Clar', quondam comitis Glouc', in manu regis tunc existentis. Et mandatum est Ricardo de la Lade quod omnes terras ipsius Johannis que sunt in custodia sua, et que ipsum Johannem hereditarie contingunt, sine difficultate ei reddat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Hamoni filio Philippi de terris ipsius Johannis in comitatu Surr' eidem Johanni reddendis.

Eodem modo scribitur Hugoni de Bredebok de terris ipsius Johannis in eodem comitatu ei reddendis.

Eodem modo scribitur Johanni de Say de terris predicti Johannis in comitatu Kancie ei reddendis.

De damis capiendis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod permittat Willelmum Luvel et Warinum Luvel capere vj. damos in balliva sua ad opus regis. Teste ut supra.

De cervis capiendis.—Eodem modo mandatum est Avicie de Columbar' quod permittat Willelmum filium Walkelini et Philippum de Candevr' capere ij. magnos cervos in balliva sua. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur custodibus episcopatus Wintoniensis quod permittant eosdem capere ij. magnos cervos in warenna ejusdem episcopatus, si ibidem inveniantur. Teste ut supra.

1244.

Pro Willelmo de Sinago.—Rex dedit Willelmo de Sinago terram que fuit Hugonis de Sancto Martino in Sutton', que est excaeta regis te terris Normannorum. Et mandatum est vicecomiti Sutht' quod de predicta terra ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Mandatum est custodi parci de Havering' quod permittat Robertum de Mares, Colinum de Cryoyl et Robertum de Stopham capere in eodem parco iij. damos ad opus regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Maii.

Pro Paulino Peyvr'.—Rex dedit Paulino Peyvr' terram que fuit Roberti de Greynvill' in Chiliton', et que est excaeta regis de terris Normannorum. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod de predicta terra cum pertinenciis eidem Paulino plenam seisinam habere faciat, una cum omnibus exitibus ejusdem terre a tempore quo illam cepit in manum regis. Teste ut supra.

De maeremio.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere vicecomiti Norht' maeremium extra parcos regis ubi melius viderit expedire, quantum necesse fuerit rationabiliter, ad domos de Geynton' et de Clive reparandas, facta inter eo[s] tallia de numero quercuum quas ei ad hoc habere fecerit. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod faciat habere magistro et congregationi fratrum milicie Templi Lond' unum dolium vini ad capitulum suum tenendum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere Cantuariensi electo iiij. damos in foresta de Hatfeld', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Junii.

De tradendo in ballium.—Ivo de Liveden', Thomas filius Matillidis, Robertus filius Matillidis et Willelmus frater ejus, capti et detenti in prisona de Norht' pro morte Henrici de Wudeford', unde appellati sunt, habent litteras directas vicecomiti Norhampt' quod tradantur in ballium, quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Maii (*sic*).

De cervis et damis capiendis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod permittat Robertum de Mares et socios suos, vadlettos regis, capere iij. cervos et ij. damos in parco de Havering' ad opus regis. Teste ut supra.

Hybernia. Pro Radulfo de Wigornia.—Rex cepit homagium Radulfi de Wigornia, filii et heredis Willelmi de Wigornia, de omnibus terris et tenementis que idem Willelmus tenuit de rege in capite in Hybernia. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod[1] de omnibus terris et tenementis que predictus Willelmus, pater suus, tenuit de rege in capite in Hybernia, et de quibus seisitus fuit ut de feodo die quo obiit, eidem Radulfo plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Junii.

[1] The following words are here cancelled, viz:—'accepta ab eo securitate de relevio suo regi reddendo.'

1244.

De vinis emendis.—Mandatum est maiori et ballivis Karleoli quod de denariis quos habent de x. doliis vini de vinis regis venditis, emi faciant apud Sanctum Botulfum x. dolia boni vini et ea liberent constabulario castri Karleoli apud Karleolum, ponenda in eodem castro, ita quod rex ea inveniat in adventu suo ibidem. Teste ut supra.

Pro Leticia que fuit uxor Hugonis Paynel.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod assignari faciat Leticie que fuit uxor Hugonis Paynel, terciam partem omnium terrarum quas idem Hugo tenuit in balliva sua, et de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, tenendam eidem Leticie usque ad legitimam etatem heredis ipsius Hugonis, vel donec terra Anglie et terra Normannie sint communes, vel donec rex terras illas reddiderit rectis heredibus per voluntatem suam. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Junii.

Mandatum est vicecomiti Linc' quod faciat habere Leticie que fuit uxor Hugonis Paynel, terciam partem omnium terrarum in balliva sua de quibus idem Hugo fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, nomine dotis. De terris eciam residuis que fuerunt ipsius Hugonis, et que remanent in manu regis, habere faciat eidem terciam partem quadraginta libratarum terre in recompensationem dotis sue de quadraginta libratis terre quas Johanna que fuit uxor Willelmi Paynel, filii ipsius Hugonis, recuperavit versus predictum Hugonem nomine dotis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere M. comitisse Penbrok' vj. damos in foresta de Fecham, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Amicia que fuit uxor Ricardi de Tame.—Rex reddidit Amicie que fuit uxor Ricardi de Thame, rationabilem dotem suam de omnibus terris que fuerunt predicti Ricardi, quondam viri sui, de quibus idem Ricardus fuit seisitus ut de feodo die qua obiit. Et mandatum est custodi terrarum que fuerunt J. de Lacy, quondam comitis Linc', in comitatu Eboraci, quod de omnibus terris predictis in balliva sua predicte Amicie rationabilem dotem faciat sine dilatione assignari faciat (*sic*), sicut predictum est. Teste ut supra.

Quia rex summoneri fecit Benedictum Dod de Norht' ad respondendum coram rege de transgressione quam dicitur ipsum regi fecisse in nundinis de Len emendo mercandisas ibidem contra prohibitionem regis, mandatum est baronibus de Scaccario quod de quinquaginta marcis quas ab eo exigunt per summonitionem Scaccarii pro transgressione predicta, ipsum quietum esse faciant, quia rex non vult ipsum distringi ad solutionem earundem antequam de predicta transgressione convincatur. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De pluribus a prisona deliberandis.—Quia B. Cantuariensis electus manucepit coram rege quando preceperit, vel coram justiciariis cum in partes illas venerint, Henricum de Haufeud, Gerardum de Maffeud, Galfridum de Hadfeud, Ricardum de Eys, Willelmum et Alexandrum

1244.

de Eys et Radulfum Haliday, clericos, mandatum est vicecomiti Suff'[1] [quod] si ipsos ceperit, eos sine dilatione deliberari faciat, et si eos non ceperit, eos non capiat. Teste ut supra.

Ad instanciam fratris R. de Hatfeud, monachi ecclesie Christi Cantuariensis, mandatum est vicecomiti Suff' quod Walterum de Hatfeld, patrem ipsius monachi, et Willelmum, fratrem ejus, et Thomam, consanguineum ejus, qui per appellum capti fuerunt et per inquisitionem traditi in ballium, si eos ceperit et in prisona regis detineat per iteratum preceptum regis, per idem ballium eos deliberari faciat, et si capti non fuerint, eos decetero propter hoc non capiat. Teste ut supra.

De perdonatione pro Benedicto Dod de Norht'.—Rex perdonavit Benedicto Dod de Norhampton' quinquaginta marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii pro quadam transgressione ei imposita quam regi fecisse debuerat in nundinis de Lenn' emendo quasdam mercandisas contra prohibitionem regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Sanctum Albanum, x. die Junii.

Hybernia. Pro D. barone de Nas.—Rex reddidit D. baroni de Nas manerium de Nober cum pertinenciis salvo jure cujuslibet. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod de eodem manerio cum pertinenciis eidem D. plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Lancastria.—Quia Willelmus de Lancastria negociis regis ita est occupatus quod ad presens intendere non potest ad compotum suum de comitatu Lancastrie in propria persona reddendum, mandatum est baronibus de Scaccario quod Ricardum le Butiler loco suo ad compotum illum pro eo reddendum recipiant. Teste ut supra.

Hybernia. Pro M. que fuit uxor Walteri de Lacy.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod in loquela quam M. que fuit uxor Walteri de Lacy, habet in curia regis de dote sua quam petit versus plures de Hybernia, et que loquela cepit dilationem eo quod heredes prefati Walteri qui vocati fuerunt ad warantum, fuerunt in custodia regis, plenam et celerem justiciam ei exhibeat, quia rex reddidit prefatis heredibus hereditatem suam. Teste ut supra.

De quarellis ad munitionem castri de Lunday.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Ricardo de Clifford', constabulario de Lunday, ij. milia quarellorum ad castrum de Lunday muniendum. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod faciat habere Johanni Biset de vinis regis x. dolia vini, de dono regis. Teste ut supra.

[1] The words ' mandatum . . . Suff' ' are interlined.

1244.

Pro Johanne Byset.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod faciat habere Johanni Byset, quem rex mittit in nuncium suum ad partes Hybernie, unam bonam navem ad transfretationem suam, equorum suorum et harnesii sui. Teste ut supra.

De perdonatione pro comitissa Penbrok'.—Rex perdonavit A. comitisse Penbrok', sorori sue, c. libras in quibus tenebatur David, Judeo Oxonie, per quandam cartam signatam sigillis Radulfi Basset' de Sapecot' et Thome de Meynil. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam inde quietam esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod cartam predictam eidem comitisse reddi faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Bernewode faciat habere Willelmo de Cantilupo vj. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem de iiij. damis ad opus Karleolensis episcopi in foresta de Wauberge. Teste ut supra.

Pro Willelmo Pipard.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod de omnibus terris quas Willelmus Pipard tenuit in balliva sua, que capte sunt in manum regis occasione precepti regis de terris Normannorum in manum regis capiendis, plenam seisinam ei habere faciat, et si quid inde ceperit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wilt' et Suff'.

De ovibus.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod de melioribus ovibus ejusdem episcopatus, que sunt in custodia sua, faciat habere ballivo de Keniton' mille oves ad faciendum inde quod rex ei injunxit. Teste ut supra.

De una trabe ad cereos superponendos.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod ex transverso capelle regis in castro de Norht' unam trabem decenter depictam ad cereos superponendos allocari faciat. Teste ut supra.

[m. 8.] *Pro hominibus de Hertford'.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de arreragiis firme ville de Hertford' que exiguntur a probis hominibus de Hertford' de quodam prato quod pertinet ad firmam ville sue, ut dicunt, quod quidem pratum Ricardus de Argentein cepit in manum suam tempore quo fuit constabularius regis ibidem, judicium Scaccarii secundum inquisitionem quam inde fieri fecerunt, eis habere faciant ; et si secundum inquisitionem illam de arreragiis predictis quieti esse debeant, tunc predictum Ricardum et omnes constabularios qui post ipsum ibidem fuerunt, distringant ad arreragia predicta domino regi de tempore suo reddenda secundum extentam de eodem prato factam. Teste rege apud Sanctum Albanum, xj. die Junii. Per R. Passelewe.

Pro Johanne et Ricardo de Marisc'.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Quia per inquisitionem quam fecistis per preceptum nostrum accepimus quod Johannes de Marisc' et Ricardus de Marisc'

1244.

non consenserunt felonie et excogitate malicie Willelmi de Mariscis, cognati eorum, mandavimus J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod prefatos Johannem et Ricardum vobis liberet. Et ideo vobis mandamus quod ex quo prefati Johannes et Ricardus bonam et sufficientem securitatem vobis invenerint, quod per ipsos vel suos vel per eorum procurationem nullum dampnum nobis vel regno nostro eveniet, ipsos deliberetis et de terris suis quas cepistis in manum nostram, eis plenam seisinam habere faciatis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Piriton quod faciat habere Fulconi filio Warini vj. damos in foresta de Braden', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo Crok'.—Rex concessit Willelmo Crok' totam villam de Rattin' cum pertinenciis in Hybernia tenendam quamdiu regi placuerit. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod de predicta villa cum pertinenciis ei plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Hybernia. Pro episcopo Imlicensi.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod si Galfridus de Mariscis, qui utlagatus est, tenuit de C. Imlicensi episcopo terras suas in Kelpriokes, Kelkalan, Dauathgulian, Kelluin', Kelgoban et Balidimedir, et prefate terre extiterunt in manu regis per unum annum et j. diem post utlageriam in ipsum promulgatam, tunc eidem episcopo[1] de prefatis terris cum pertinenciis ei plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Hybernia. Pro Matillide que fuit uxor Willelmi de Marisc'.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod sine omni dilatione faciat habere Matillidi que fuit uxor Willelmi de Marisco, plenam seisinam de omnibus terris quas habuit in liberum maritagium in Hybernia. Teste ut supra. Per J. Maunsel.

Et mandatum est L. Dublinensi archiepiscopo quod ipsam non impediat quin predictas terras integre habere et bene et in pace possit tenere. Teste ut supra. Per J. Maunsel.

Pro Hugone le Fraunceys.—Rex concessit Hugoni le Fraunc' custodiam terre et heredis Johannis de Kardif, quam rex aliquando concesserat Magistro David sururgico, habendam usque ad legitimam etatem ejusdem heredis una cum maritagio ejusdem. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod predictam custodiam cum predicto herede ei vel certo assignato suo habere faciat. Teste ut supra.

Et habet inde litteras patentes.

Hybernia. Pro Theobaldo Pincerna.—Rex cepit homagium Theobaldi filii et heredis Theobaldi Pincerne. Et mandatum est eidem justiciario quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Theobaldi, et quas tenuit de rege in capite in Hybernia die quo obiit, et que ipsum Theobaldum jure contingunt hereditario, ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

[1] The words 'cum pre' (unfinished) are here cancelled.

1244.

De galiis regis.—Mandatum est probis hominibus de Bristollo quod galias regis que sunt in custodia sua liberent J. de Munemuth' cum omnibus earum armamentis, cum ab eodem Johanne fuerint requisiti. Teste ut supra.

De providencia facienda in Hybernia contra regem Scotie.—Rex maiori et probis hominibus Dublin', salutem. Mandamus vobis firmiter precipientes quod ematis quingentos crannocos frumenti ad expeditionem nostram sustentandam, et eos liberari faciatis M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, ubi et quando vobis scire faciet. Et custum quod ad hoc posueritis in firma ville vestre vobis allocabitur. Retineatis eciam in villa et portu vestro omnes naves et batellos qui adminus deferre possit (*sic*) quadraginta homines, et omnes naves illas et batellos mitti faciatis usque Karlingeford', ita quod ad tardius sint ibi in octabis Sancti Petri ad Vincula ad excercitum nostrum Hybernie transfretandum quo idem justiciarius eum ducet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis et probis hominibus de Cork' de cc. crannocis frumenti,[1] ballivis et probis hominibus de Waterford' de quingentis crannocis frumenti, ballivis et prepositis de Drocheda de ccc. crannocis frumenti et ccc. crannocis farine avene sicce. Teste ut supra. Et omnibus hiis de navibus ut supra retinendis.

Pro domino papa.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod loco septingentarum marcarum quas ei liberare debuit thesaurarius Hybernie per preceptum regis ad partem solutionis mille marcarum domino pape faciendam, capiat septingentas marcas de thesauro regis, quem habet de Judaissmo, quia rex non vult illas septingentas de thesauro Hybernie ad presens London' cariari. Teste rege apud Sanctum Albanum, xiij. die Junii.

De cervis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere W. Karleolensi episcopo vj.[2] cervos in foresta Karleoli, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Stephano Lungespee.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod quamcito oportunitas se optulerit, quod providere possit Stephano Lungespee in quinguaginta vel sexaginta libratis terre de wardis vel excaetis regis, inde eidem Stephano providere non omittat, ad se sustentandum in servicio regis. Teste ut supra.

Hybernia. De providencia facienda contra regem Scotie.—Mandatum est Waltero de Godarvill', senescallo Midie, quod retineri faciat omnia vina, corea, lanam, pannos et ferrum que inveniri poterit (*sic*) ad nundinas de Trum, simul et quingentos crannocos frumenti et quingentos farine avene sicce ad expeditionem regis sustentandam, et omnia predicta venire faciat usque Drogheda, ita quod sint ibidem prompta ad cariandum die Sancti Petri ad Vincula proximo futuro, et liberentur ibidem M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, cui intendens sit et respondens de omnibus predictis. Teste ut supra.

---

[1] The words 'de . . . frumenti' are interlined.
[2] Substituted for 'iiij.'

1244.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod faciat habere Magistro Rogero de Cantilupo vj. quercus ad maeremium in foresta de Cyppeham, de dono regis. Teste ut supra.

De maeremio ad operationes de Clarendon'.—Mandatum est Ade Cok quod faciat habere custodibus operationum de Clarendun' c. ligna ad maeremium apud Graveling' in balliva sua, et similiter faciat ei[s] habere buscam in balliva sua ad duas (*sic*) rogos faciendos ad easdem operationes. Teste ut supra.

Mandatum est Avicie de Columbar' quod in balliva sua faciat habere eisdem custodibus centum ligna ad maeremium ad easdem operationes. Teste ut supra.

De j. cervo dato.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere Anketilo Malore unum cervum in foresta de Blakemor', de dono regis. Teste ut supra.

Hybernia. Pro Fulcone de Castro Novo.—Mandatum est thesaurario et camerariis scaccarii Dublin' quod appreciari faciant omnia blada que M. filius Geroldi, justiciarius Hybernie, seminari fecit in terris que fuerunt Roberti de Marisco et Walteri de Rideleford, quarum custodia extitit in manu sua, et quam custodiam simul cum maritagio heredum predictorum Roberti et Walteri rex concessit Fulconi de Castro Novo. Similiter boves, equos et omnia alia instaura inventa in terris predictis, et ex quo appreciata fuerint, ea habere faciant eidem Fulconi, et precium omnium predictorum reddi faciant eidem justiciario de thesauro Hybernie. Teste ut supra. *Postea facte erant patentes.*

Pro Halingratto balistario.—Mandatum est W. de Eboraco, preposito Beverlaci, et W. de Haverhull', thesaurario regis, quod si aliqua domus acciderit in manum regis in civitate Lond', que sit excaeta regis, domum illam assigne[n]t Halingratto balistario ad se et uxorem suam et liberos suos hospitandos, et si quam hujusmodi domum ei assignaverint, eam prius appreciari faciant quantum valeat, quia rex responderi faciet de precio conversis Lond', quibus rex concessit excaetas hujusmodi domorum in Lond' ad terras ad opus suum emendas. Teste ut supra.

Pro Johanne de Verdun.—Mandatum est vicecomiti Hereford'[1] quod plenam seisinam habere faciat Johanni de Verdun et Margerie uxori [ejus] de omnibus terris, tenementis et feodis ipsam Margeriam contingentibus in balliva sua de hereditate que fuit Walteri de Lacy, avi ipsius Margerie, cujus una heredum ipsa est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Salopie.

Pro G. electo Ossoriensi.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Sciatis quod electioni facte de Galfrido de Turvill', quondam archidiacono Dublinensi, in episcopum Ossoriensem assensum regium adhibuimus et favorem. Et ideo vobis mandamus quod non obstante eo quod L. Dublinensis archiepiscopus pro iminenti Ossoriensis ecclesie periculo, ut dicitur, vitando eidem archidiacono munus confirmationis

[1] Altered from 'Hertford'.

1244.

impendit, antequam nobis presentatus fuisset et assensum nostrum electioni de eo facte prebuissemus secundum quod moris est in hujusmodi electionibus tam in Hybernia quam in Anglia, de episcopatu predicto et de omnibus terris et tenementis et aliis ad eundem episcopatum pertinentibus eidem electo plenam seisinam habere faciatis, receptis tamen prius litteris patentibus archiepiscopi predicti, decani et capituli Sancti Patricii, prioris et conventus Sancte Trinitatis Dublun', et decani et capituli Ossor', protestantibus quod ex tali confirmatione de eo ad presens facta contra consuetudinem terre nostre predicte non possit nobis aut heredibus nostris inposterum prejudicium generari, et quod processus talis trahi non possit nec debeat in consequenciam. Teste ut supra.

Et ne ex tali confirmatione processu temporis dignitati regie prejudicium generetur, mandatum est eidem archiepiscopo quod talem regi faciat emendam quod dignitas regia lesionem minime patiatur, videlicet quoddam par litterarum patentium sigillo suo, et aliud par tam sigillo suo quam sigillo capituli sui signando (*sic*), quas signandas rex ei transmittit. Teste ut supra.

Hybernia. Pro heredibus Walteri de Lacy.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod per sacramentum xij. tam militum quam liberorum hominum de visneto de Mide qui neutri parti sint favorabiles, assignari faciat Johanni de Verdun et Margerie uxori ejus, Petro de Geneve et Matillidi uxori ejus rationabilem partem de omnibus terris que fuerunt Walteri de Lacy, avi predictarum Margerie et Matillidis, in Hybernia, de hereditate ipsarum, salvis tamen regi castro de Mide et quadraginta marcatis terre de utraque parte regi assignatis per predictos xij. ad custodiam ejusdem castri, ita scilicet quod si aliquis eorundem infra duos annos proximo sequentes post partem assignatam non fuerit contentus de parte ei assignata, tunc faciat predictam terram repartiri per xij. tam milites quam liberos et legales homines, alios a predictis, de eodem visneto, ita quod si aliquis eorum post partem ei assignatam inde proficuum faciat, in ultima assignatione proficuum illud non computetur. Teste ut supra.

De cereis apud Westmonasterium faciendis.—Mandatum est W. de Haverhull' et Edwardo filio Odonis quod cereis circa feretrum beati Edwardi xx. alios cereos adjungant donec rex de partibus Scocie redierit. In festivitatibus vero Beatorum Petri et Pauli provideant quod magna aula et curia regis pauperibus repleantur, et ibi fiat distributio prout exegerit egenorum multitudo. In die vero Betai Pauli apud Sanctum Paulum fiat distributio ad mille pauperes. Teste ut supra.

De cervis et damis datis.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod in foresta de Wirhal' faciat habere M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, iiij. cervos et vj. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Rogero de Lond' et Johanne de Norhampt'.—Henricus Dei gratia etc. vicecomiti Buk', salutem. Quia testificatum est coram

1244.

nobis quod terre quas Rogerus de London' et Johannes de Norhampt' tenuerunt in Buveneya, et quas cepisti in manum nostram occasione inquisitionis quam fieri precepimus de terris Normannorum, sunt de baronia de Burnham, quam Thomas de Lascelis et Hugo de Hodeng tenuerunt de nobis in capite, et non de terris Normannorum, tibi precipimus quod de predictis terris talem eis seisinam habere facias, qualem inde habuerunt die quo illas cepisti in manum nostram, et quicquid inde cepisti dum fuerunt in manu nostra, eis sine dilatione restituas. Teste me ipso apud Sanctum Albanum, xiij. die Junii.[1]

Pro Roberto de Wendeval.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de una carucata terre cum pertinenciis in Flete, quam cepit in manum regis occasione inquisitionis quam fieri fecit de terris alienigenarum, plenam seisinam habere faciat Roberto de Wendeval, cujus prius fuit,[2] qualem inde prius habuit antequam capta esset in manum regis occasione predicta, cum omnibus fructibus et proficuis a predicta terra perceptis postquam devenit in manum regis. Teste ut supra.

Pro Egidia de Burgo.—Mandatum [est] M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod si contingat quod ipsi versus quos Egidia de Burgo clamat dotem suam in Hybernia, vocaverit (*sic*) ad warantum Ricardum de Burgo, filium et heredem Ricardi de Burgo, qui est in custodia regis, eo non obstante procedat in loquelis motis coram eo contra ipsos versus quos ipsa clamat dotem predictam, [et] celerem et plenam justiciam ei exhibeat, donec loquele ille terminentur. Teste ut supra.

De equis emendis.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod emat unum equum ad opus suum, unum ad opus J. de Munemuth', et unum ad opus Griffini filii Maddog' de Brumfeld', et unum ad opus Griffini filio Wennunwen. Teste rege apud Dinnesleg, xiij. die Junii.

Pro Magistro Gerardo carpentario.—Mandatum est ballivis Novi Castri super Tinam quod de firma ville sue[3] faciant habere Magistro Girardo ingeniatori tot denarios quot opus habuit ad ingenia regis facienda, et rex id eis faciet allocari. Teste rege apud Dinnisleg' ut supra.

[m. 7.] Mandatum est vicecomiti Cumberl' quod de firma[4] comitatus sui faciat habere Magistro Gyrardo ingeniatori denarios quotquot opus habuerit ad ingenia regis facienda, et rex eos ei faciet allocari. Teste ut supra.

De quodam baldekino ad quandam capam.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod[5] unum baldekinum emi et illud habere faciat Ricardo canonico de Athisel in Hybernia deferendum ad prioratum suum ad quandam capam faciendam, de dono regis.[6] Teste ut supra.

[1] The words 'anno regni nostri xx.' . . . (incomplete) are here cancelled.
[2] The words 'cujus prius fuit' are interlined.
[3] The words 'de firma ville sue' are interlined.
[4] Interlined, and 'exitibus' cancelled.
[5] The words 'faciat habere' are here cancelled.
[6] The words 'de dono regis' are repeated.

1244.

Pro abbate de Tyletye.—Rex reddidit abbati de Tylletye et ei confirmavit totam terram quam habuit de dono Radulfi le Moyne in Eystan ad Montem que capta fuit in manum regis ratione inquisitionis facte de serjantii[s] que de rege tenebantur in capite. Et mandatum est vicecomiti Essex quod ei de predicta terra plenam seisinam habere faciat, et si quid ceperit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wauberg' faciat habere Fratribus Predicatoribus Cant' vj. bona fusta cum omnibus excaetis suis ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Bernewell, xvij. die Junii.

Pro hominibus de Kingeston'.—Mandatum est ballivis et probis hominibus[1] de Kingeston' quod secure burgagia sua edificent, et terras suas ad ea pertinentes excolant, quia rex de libertatibus suis eis concedendis tantum eis faciet quod adeo libere sub dominio regis tractabuntur sicut alii probi homines de aliis villis Hybernie. Teste ut supra.

De pannis del Areste et uno vexillo faciendo.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod faciat habere G. de Turvill', thesaurario Hybernie, duos pannos del Areste ad duas capas faciendas et ponendas in duabus capellis regis in Hybernia. Fieri eciam faciat unum draconem in modo unius vexilli de quodam rubeo samitto, qui ubique sit auro extencellatus, cujus lingua sit facta tanquam ignis comburens et continue apparenter moveatur, et ejus oculi fiant de saphiris vel de aliis lapidibus eidem convenientibus, et illum ponat in ecclesia Beati Petri Westmonasteriensi contra adventum regis ibidem. Et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste rege apud Chipenham, xvij. die Junii.

De maeremio ad gerullium faciendum.—Mandatum est Rogero Gernet quod liberet vicecomiti Lancastrie maeremium quantum necesse fuerit ad gerullium faciendum in castro regis Lancastrie in haya Lancastrie per talliam inter eos factam de numero quercuum quas ei liberaverit. Teste ut supra.

Pro Paulino Peyvr'.—Quia Robertus Malet, cui rex reddidit maneria de Linleg' et de Wylye, que seminata erant de bladis eorundem maneriorum, que quidem blada rex concessit Paulino Peyvr' pro vij. libris, viginti et uno denariis, habuit omnes exitus eorundem maneriorum a tempore quo rex ea primo commiserat eidem Paulino tenenda de rege ad firmam, mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Paulinum de predictis vij. libris, xxj. denariis, et eciam de demanda quam ei faciunt de exitibus eorundem maneriorum de uno quarterio anni quo predicta maneria erant in manu sua, quietum esse faciant. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xviij. die Junii.

Pro executoribus testamenti H. quondam comitis Kancie.—Quia executores testamenti H. quondam comitis Kancie finem fecerunt cum rege pro habenda libera amministratione omnium catallorum

[1] The words 'et probis hominibus' are interlined.

1244.

et aliorum bonorum que fuerunt ipsius comitis ad executionem testamenti sui faciendam, mandatum est baronibus de Scaccario quod distringi faciant Johannem de Burgo et plegios suos, si necesse fuerit, ad reddendum eisdem executoribus omnia catalla que rex concessit eidem Johanni de bonis predicti comitis, et unde plegios invenit ad respondendum regi de precio predictorum catallorum ad Scaccarium. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xx. die Junii.

Pro Willelmo Russel.—Quia Willelmus Russel, appellatus de morte Maugeri filii Reineri, agit in partibus transmarinis cum Gwidone de Russilun, mandatum est vicecomiti Cantebr' quod utlagariam que in ipsum Willelmum promulgari debuit occasione ipsius appelli in comitatu suo, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Hyllarii anno etc. xxix. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Nunes de Hyspannia milite.—Mandatum est Reginaldo le Haubergur de Lond' quod faciat habere Nunes de Hispania, militi, vel Galfrido de Percy, ad opus suum unam loricam, unum par caligarum ferrearum et quedam coopertoria ferrea de Caumbray. Et rex custum inde ei reddi faciet. Teste ut supra.

Pro Philippo Basset.—Rex concessit et licenciam dedit Philippo Basset quod libere et sine impedimento assartari faciat et excoli x. acras bosci extra magnum parcum de Aungre, et quod acras illas claudere possit fossato et haya. Et mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod id fieri permittat. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norf' quod duo dolio vini que sunt apud Bukeham et unum dolium vini de vinis que sunt apud Theford' reddat apud Sanctum Edmundum vinetario pro iij. doliis vini que rex ibidem cepit, et alterum dolium vini faciat habere priori monachorum ibidem, de dono regis. Teste rege apud Chipenham, xxij. die Junii. [*Cancelled.*] *Quia aliter in rotulo de compotis.*

De costerellis et aliis regi cariandis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod duodecim paria costerellorum, xij. barillos ferreos et xij. jares ferreos, quos ei liberabit Thomas de Lenn', appreciari et acquietari faciat, et eos liberet Ricardo Marescallo cariandos ad regem usque Notingeham. Et cum rex precium sciverit, illud reddi faciet. Teste rege apud Ely, xxiiij. die Junii.

Et mandatum est Ricardo Marescallo quod eos simul cum xij. targiis de armis regis quas recipiat in hospicio Paulini Peyvr' apud London', cariari faciat usque Noting'.[1] Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Ricardo Marescallo seniori v. marcas quas per annum solvere debuit ad Scaccarium de terra de Cheleburg', quam rex ei concessit tenendam ad vitam suam, et rex vult quod inde quietus sit quamdiu vixerit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et irrotulari faciant. Teste ut supra.

[1] Interlined and 'London' cancelled.

1244.

Pro Alicia de Burgo.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod faciat habere Alicie de Burgo talem seisinam de tota terra sua quam tenuit in dotem in Burgo de serjantia regis, et quam cepit in manum regis occasione precepti regis de serjantiis alienatis in manum regis capiendis, qualem inde habuit die quo eam cepit in manum regis. Teste ut supra.

Hybernia. Pro Petro de Jeneve.—Rex concessit Petro de Geneve et Matillidi uxori ejus omnes exitus et proventus provenientes de terris que portionem ipsius Matillidis in Hybernia contingunt, videlicet a festo Purificationis beate Marie anno etc. xxviij. usque ad festum beati Johannis Baptiste anno eodem. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod eos de tempore predicto eis habere faciat. Teste ut supra.

De ij. capis de serico.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod faciat habere G. de Turvill', thesaurario regis Hybernie, duas capas de serico loco ij. pannorum del Areste quos ei liberare debuit per preceptum regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere H. comiti Essex' et Hereford' v. damos in foresta de Braden', de dono regis. Teste ut supra.

De perdonatione pro hominibus de Gern'.—Rex perdonavit probis hominibus de Gernemuth' l. marcas que ab eis exiguntur per summonitionem Scaccarii, de tallagio quod Ricardus Duket et Johannes Gumbaud[1] assiderunt super villam suam. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste rege apud Ely, xxv. die Junii.

Hybernia. Pro Petro de Jeneve.—Rex concessit Petro de Geneve omnia blada, carucas et instaura que sunt in terris que fuerunt Walteri de Lacy in Mide. Et mandatum est Waltero de Godarvill' quod ea per sacramentum proborum et legalium hominum appreciari, et per idem precium ea ei dimittat, accepta securitate quod de precio illo regi respondebit. Teste ut supra.

De j. dolio vini dato.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod de vinis regis que sunt apud Nortwicum, faciat habere uxori Thome de Hemmegrave j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere H. Elyensi episcopo iiij. damos in Sapely extra Wauberge, de dono regis. Teste ut supra.

Pro H. Elyensi episcopo.—H. Elyensis episcopus pacavit per preceptum regis Gwidoni de Rocheford' xl. marcas de dono regis, per quas idem episcopus finem fecit cum rege pro quietancia militum suorum de expeditione excercitus regis versus Scociam, salvo regi scutagio de eisdem, si propter predictum excercitum fuerit scutagium

[1] Substituted for 'Duket', which is cancelled.

1244.

assessum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum episcopum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Eustachio de Greynvill'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod faciat habere Eustachio de Greynvill' talem seisinam de tota terra sua in Stanburn', quam cepit in manum regis occasione precepti regis de terris Normannorum, qualem inde habuit die quo capta fuit in manum regis. Teste rege apud Wyvelingeham, xxvj. die Junii.

De tradendo in ballio.—Robertus Farewel, captus et detentus in prisona regis Linc' pro morte Andree de Sumerton', unde rettatus est, habet litteras directas vicecomiti Linc' quod tradatur in ballium, quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Huntind', xxvj. die Junii.

Pro Roberto de Holewell' et uxore ejus.—Rex vicecomiti Norf', salutem. Quia sepius precepimus Roberto de Cocfeud quod assignaret Roberto de Holewell' et Edithe uxori ejus, quam habet de donatione nostra,[1] rationabilem partem ejusdem Edithe, que eam vellet contingere de hereditate sua de terris que fuerunt Petri de Meauton', patris sui, et non fecit, tibi precepimus quod assumptis tecum coronatoribus nostris et aliis discretis militibus de comitatu tuo eis rationabilem [partem] ipsius Edithe de terris predictis assignari facias. Teste ut supra. Per P. Peyvr'.

Pro canonicis de Huntendon'.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod faciat habere canonicis de Huntendon' aurifragium sufficienter ad quandam casulam faciendam de latitudine iiij. digitorum. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Roberto Passelew iij. damos in foresta de Witlewod', iij. damos in Nova Foresta et iij. damos in foresta de Alsisholt', de dono regis. Teste rege apud Melcheburn', xxviij. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere priori de Huntendon' octo quercus ad maeremium ad quandam cameram faciendam ad opus regis in domo sua in foresta de Waberg', de dono regis, ubi ad minus nocumentum dicte foreste capi possint. Teste rege apud Getinton', xxix. die Junii.

Pro Willelmo Cointerel.—Rex dedit Willelmo Coynterel illos ij. denarios quos Robertus Dent de Fer singulis diebus percipere consuevit per manum vicecomitis Cantebr' et Huntend' de elemosina regis constituta. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod a tempore mortis ipsius Roberti predictos ij. denarios ei habere faciant. Teste rege apud Geytinton', j. die Julii.

Pro Agatha de Navesby.—Rex adhibuit assensum electioni facte de Agatha de Navisby, moniali Sancte Marie de Pratis extra Norhampt',

[1] Interlined, and 'regis' cancelled.

1244.

in abbatissam ejusdem domus. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod de eadem abbacia et omnibus ad eam pertinentibus ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, et Roberto de Evering' quod in foresta de Shirewud' faciant habere Waltero Byset iiij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus ad maeremium.—Mandatum est Gilberto de Segrave, justiciario foreste, quod in boscis regis circa Geyntinton', ubi melius viderit expedire, faciat habere vicecomiti Norhamp' quercus ad maeremium quot habuerit necessarias, per talliam inter eos factam de numero quercuum, ad quandam elemosinariam faciendam apud Geytinton', prout rex ei injunxit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est eidem quod in foresta de Den' faciat habere uxori Johannis filii Galfridi iiij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere R. Lincolniensi episcopo iiij. damos in foresta de Wauberg' extra hayas regis, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem quod faciat habere Johanni de Crachal' ij. damos. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Grey.—Rex reddidit Willelmo de Grey seisinam xviij. bovatarum terre et duarum acrarum cum pertinenciis, que fuerunt de serjancia de Sandiacr', et que extente fuerunt ad iiij. libras, et rex predictam terram ei confirmavit, ita quod iiij. libre decidant predicto Willelmo de annuo feodo suo xx. librarum quas rex ei concessit percipiendas per annum ad Scaccarium. Et mandatum est vicecomiti Dereby quod de predicta terra ei plenam seisinam habere faciat, et si quid inde ceperit, id ei reddi faciat. Teste rege apud Geytinton', ij. die Julii.

De cervis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Pykering' faciat habere Ricardo de Grey ij. cervos, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Johannes de Boveton', captus et detentus in prisona regis Leyc' pro morte Willelmi Fynred, unde rettatus est, habet litteras directas vicecomiti Leyc' quod tradatur in ballium, quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Geytinton', iij. die Julii.

[m. 6.] *Pro comite Albemarl'.*—Rex vicecomiti Norf' et Suff', salutem. Scias quod servicium feodorum v. militum que Thomas[1] de Meynguarin tenet in balliva tua, assignatum est W. de Fortibus, comiti Albemarl', et Christiane uxori ejus, in partem ipsius Christiane que eam contingit de feodis militum que tenebantur de J. quondam comite Cestrie, unde ipsa est una heredum ipsius comitis. Et ideo tibi

[1] Interlined, and 'Rogerus' cancelled.

1244.

precipimus quod distringas ipsum Rogerum (*sic*) quod eidem Willelmo homagium faciat de feodis predictis, et quod eidem Willelmo et Christiane de servicio predicto decetero intendens sit et respondens. Teste rege apud Geytint', iij. die Julii.

In comitatibus Bed' et Buk', Galfridus Conquest tenet v. feoda, et Lucas de Columb dimidium feodum j. militis, et Radulfus Basset v. feoda in eisdem comitatibus et comitatibus Linc' et Leyc', quorum servicia assignata sunt etc.

In comitatu Norht', David Olifard tenet j. feodum, Robertus filius Ricardi dimidium feodum, Ricardus de Aundevill' j. feodum, Robertus de Sprotton' iiij. partem j. feodi, Alicia que fuit uxor Walteri de Sprotton', quartam partem, Robertus de Acle feodum j. militis, quorum etc.

In comitatibus Cantebr' et Huntindon', Willelmus de Lay tenet dimidium feodum, Ricardus filius Roberti dimidium feodum, Simon de Sancto Lycio unum feodum, R. de Quency, comes Wintonie, unum feodum et dimidium, Robertus de Acle dimidium feodum, Robertus Patrik dimidium, quorum servicia etc.

In comitatibus Warr' et Leyc', Radulfus Basset de Weledon' tenet duo feoda quorum servicia etc.

In comitatu Linc', idem Radulfus tenet duo feoda etc. quorum servicia etc.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in Nova Foresta faciat habere abbati de Fiscampo iij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Petro de Rivall' ij. damos in foresta de Axiholt', de dono regis. Teste rege apud Geytint', iiij. die Julii.

Eodem modo scribitur Roberto de Ros quod faciat habere Karliolensi episcopo vj. damos in foresta de Billehah' et Birkeling', de dono regis. Teste ut supra.

De venatione.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Windes' provideat de venatione ad opus Edwardi filii regis, et in eadem foresta faciat habere abbati Westmonasteriensi xvj. damos qui ei restant reddendi de venatione quam rex ei per cartam suam concessit. Teste ut supra.

Pro Thoma persona de Wauton'.—Quia unum messuagium cum pertinenciis in Huntindon' quod fuit Andree filii Mabilie de Huntindon', qui abjuravit regnum regis pro morte hominis, extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod mesuagium illud tenuit de Thoma persone (*sic*) de Wauton', mandatum est vicecomiti Huntend' quod eidem Thome de predicto mesuagio plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De vexillo appreciando.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod appreciari faciat vexillum quod Mabilia de Sancto Edmundo fecit ad opus regis, et custum quod ad vexillum illum faciendum posuerit, ei de thesauro regis reddi faciat, et rex, cum illud sciverit, breve de Liberate ei habere faciet. Teste ut supra.

1244.

De perdonatione.—Rex perdonavit Johanni Talbot et Geroldo fratri ejus centum solidos annuos qui ab eis exiguntur per summonitionem Scaccarii de manerio de Sneyth' quod rex eis commisit per (*sic*) annuo feodo suo xxx. librarum usque ad legitimam etatem heredis J. de Lacy, quondam comitis Linc', quod quidem manerium extentum fuit ad xxxv. libras. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod a tempore quo manerium illud receperunt et quamdiu illud tenebunt, sicut predictum est, singulis annis de predictis v. libris ipsos quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Mandatum est baronibus de Scaccario[1] quod allocari faciant abbati Westmonasteriensi et vicecomitibus in quorum ballivis terras habet, ammerciamenta et fines suos et hominum suorum factos pro licencia concordandi, quos rex ei per cartam suam concessit, coram quibuscumque ballivis regis facti fuerint, et amerciamenta et fines illos et ceteras libertates quas rex ei per cartam suam concessit, irrotulari et ei firmiter teneri faciant. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus de Lewes.—Mandatum est ballivis et burgensibus de Lewes quod si non sit ad dampnum vel nocumentum ville de Lewes, nec prejudicium aliquod generetur Johanni de Warenn', si Fratres Minores de Lewe' errigant murum super fossatum illius ville ad claudendum locum eorum, ne transeuntes videant secreta eorum, et ne bestie vel mali homines habere possint ingressum ad nocendum eis, tunc permittant fratres ipsos murum predictum erigere ; alioquin non permittant. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Johanni Mautravers xxv. libras que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de debito David Judei Oxonie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere uxori Ricardi de la Rokel', que pregnans est, ij. damos extra parcum de Haveringe, de dono regis. Teste rege apud Clive, v. die Julii.

Pro Hugone de Caples.—Quia terra quam Hugo de Caples tenuit in Witfeld' de serjantia Gilberti de Monte, tenet (*sic*) in excambium dotis uxoris ipsius Gilberti, quamdiu ipsa vixerit, et que capta est in manum regis occasione precepti regis de serjantiis alienatis in manum regis capiendis, mandatum est vicecomiti Norht' quod de eadem terra talem ei seisinam habere faciat qualem habuit, quando eam cepit in manum regis. Teste ut supra.

De pisce capiendo.—Rex mittit piscatores suos ad piscandum in vivario de Clipston' contra adventum regis. Mandatum est vicecomiti Noting' quod ipsos ad hoc admittat et auxilietur. Teste ut supra.

[1] The words ' baronibus de Scaccario ' are interlined, and ' W. de Haverhull' thesaurario regis,' cancelled.

1244.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Westmonasterio quod de vinis regis faciant habere Edwardo filio Odonis j. dolium vini de dono regis contra festum Beate Margarete Virginis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Henrico de Hasting' ij damos in foresta regis de Huntindon' extra hayam de Wauberg', de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbatissa Sancte Marie de Pratis extra Norht'.—Quia regi constat quod unum mesuagium cum pertinenciis in Cotes quod fuit Ricardi filii Lecelini qui abjuravit regnum regis pro morte hominis, extitit in manu regis per unum annum et j. diem, et quod illud tenuit de abbatissa Sancte Marie de Pratis extra Norht', mandatum est vicecomiti Norht' quod [de] eodem mesuagio ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De verinis et aliis faciendis.—Mandatum est custodi cambii London' quod fieri faciat unum altare de Sancto Adriano super voltam in nova capella beate Marie Westmonasterii, et verinas convenientes ad idem altare et ad altare Sancti Michaelis ibidem fieri faciat, et ij. calices et duo paria vestimentorum, et fieri faciat quandam garlandam ad opus regis loco illius garlande quam rex optulit ad feretrum Sancte Etheldrede apud Ely. Et cum rex custum sciverit, breve de allocate ei inde faciet habere. Teste ut supra.

De maeremio.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Geytinton' et de Clive faciat habere vicecomiti Norhampt' maeremium quantum necesse fuerit, ad operationes regis faciendas apud Geytinton' quas rex ei injunxit, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi possit, per talliam inter ipsum vicecomitem et forestarium factam de numero quercuum. Teste rege apud Staunford', vij. die Julii.

Mandatum est eidem quod in foresta de Rokingeham prope Sauveye faciat habere vicecomiti Leyc' maeremium ad quandam capellam de novo construendam in castro de Sauveye, longitudinis xl. pedum et latitudinis xxij. pedum, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi possunt. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Clive extra parcum regis faciat habere Radulfo persone ecclesie Sancti Georgii de Staunford' iiij. quercus ad maeremium ad constructionem unius ale, que de novo construitur in predicta ecclesia, de dono regis. Teste ut supra.

Pro hominibus de Oreford'.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod distringat Henricum de Neketon' ad reddendum hominibus de Oreford' xj. libras et v. solidos, qui ei allocate (*sic*) fuerunt pro allece quod cepit ad opus regis ad elemosinam regis inde faciendam. Teste ut supra.

1244.

De fustis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Bernewude extra Ickeshull' faciat habere Drogoni de Trublevill' x. fusta ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Croxton', ix. die Julii.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Willelmo Maudut x. quercus in foresta de Clive extra parcum ad quandam cameram construendam, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere abbati de Croxton' xx. quercus in foresta de Shirewud' ad fabricam turris ecclesie sue, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste et ad majus comodum ipsius capi poterunt. Teste ut supra.

De avena.—Mandatum est ballivis Eboraci quod provideant de quingentis quarteriis avene contra adventum regis, ita quod illa prompta habeant ad mandatum regis, cum in partes illas venerit. Et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste ut supra.

De quadam casula.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, et Edwardo filio Odonis quod quandam casulam quam preciosam invenire poterunt Lond', emant offerendam pro rege die Sancti Petri ad Vincula, ita quod tunc benedicatur et in ipsa (*sic*) predicto die magna missa pro rege celebretur. Et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste ut supra.

De quarellis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere J. de Munemuth' sex milia quarellorum ad munitionem castrorum regis que sunt in custodia sua, Teste rege apud Noting', x. die Julii.

De quercubus ad reparationem pontis Noting'.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in bosco de Mammefeld faciet habere custodi pontis de Noting' iiij. quercus ad reparationem ejusdem. Teste ut supra.

De maeremio.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod permittat P. que fuit uxor Johannis filii Philippi, custodem terre et heredis ipsius Johannis, capere maeremium ad reparationem domorum de Sturton' et de Bobinton' in foresta de Kenfar', que sunt in custodia sua ratione dicti heredis, per talliam inter ipsam et forestarium de eadem foresta confectam de numero quercuum. Teste ut supra.

Pro Judeis.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Sciatis quod probatum fuit coram nobis apud Stanford' quod Gentilla vidua, Judea de Stanford', debet R. comiti Cornubie, fratri nostro, illas xiij. libras pro quibus Coc et Samuelem, Judeos de Stanford', arestari fecistis in villa predicta, ita quod eam capi et in prisona detineri precepimus, donec solverit pecuniam predictam. Et ideo vobis mandamus quod predictos Coc et Samuelem ceterosque omnes Judeos de Stanford' de predictis xiij. libris quietos esse faciatis. Teste ut supra.

1244.

De pullo dato.—Mandatum est abbati de Rading' quod liberet latori litterarum domini regis pullum dextrarium regis quem habet in custodia, ad opus Walteri de Luton', cui rex illum dedit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere W. de Ferariis, comiti Dereby, xv. damas vivas et v. damos vivos in foresta de Clive extra parcum ad instaurandum parcum suum de Hecham, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Gilberto de Preston' j. damum in foresta de Salceto, de dono regis. Teste rege apud Noting', xv. die Julii.

[m. 5.] *De fustis datis.*—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta regis de Whitlewod'[1] faciat habere Willelmo de Ferrar' decem fusta ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Verdun et uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod de omnibus terris et tenementis et feodis et de castro de Webbel', que Margeriam uxorem Johannis de Verdun hereditarie contingunt de hereditate que fuit Walteri de Lacy, avi ipsius Margerie, cujus una heredum est, ipsis Johanni et Margerie plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam a te fieri precepimus quod Michaelis Geruvel se defendendo interfecit Adam Rop et non per feloniam et excogitatam maliciam, tibi precipimus quod si idem Michaelis invenerit tibi xij. probos et legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis etc. ut pleniorem inde faciant inquisitionem, tunc eum tradas etc. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod permittat W. de Cantilupo juniorem capere x. damas et v. damos ad instaurandum parcum suum de Linkewest, de dono regis. Teste rege apud Noting', xiiij. die Julii.

Pro monachis de Humberstayn.—Quia regi constat quod monachi de Humberstayn in plena et pacifica fuerunt seisina de lx. solidis annuatim percipiendis de molendinis de Tykehull' per manum ballivi de Tykehull' pro xv. summis frumenti quas singulis annis solebant percipere in granario castri de Tykehull', antequam honor de Tykehull' captus esset in manum regis occasione inquisitionis de terris Normannorum in manum regis capiendis, mandatum est B. de Sabaudia quod predictos lx. solidos eodem modo quo eos prius percipere consueverunt, eis reddi faciat. Teste ut supra.

Pro abbate de Abbendon'.—Abbas de Abindon' solvit in garderoba regis P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, die Sabbati proxima ante festum Beate Marie Magdalene apud Notingeham xl. libras per quas finem fecerat cum rege pro servicio triginta militum quos mittere

[1] Interlined, and 'Selveston' cancelled.

1244.

debuit in expeditionem excercitus regis in Scociam et pro excercitu Wallie, si contingeret ipsum excercitum summoniri citra festum Sancti Michaelis. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod permittat ipsum abbatem de predicto servicio pacem habere. Teste rege apud Notingeham, xvj. die Julii.

Pro hominibus de Englefeld.—Mandatum est Johanni Extraneo, justiciario Cestrie, quod de terris proditorum regis de Englefeld, qui recesserunt a fide et a servicio regis, et adheserunt David filio Leulini, quondam principis Norwallie, committat Kenewerec et aliis, prout melius viderit expedire, quamdiu regi placuerit, quia hoc reliquit discretioni ejusdem Johannis. Teste ut supra.

Pro Simone capellano et aliis.—Mandatum est Hugoni Giffard et Magistro Willelmo le Brun quod rex vult quod Symon de Burnham,[1] capellanus, sit capellanus Margarete filie regis, et quod celebret singulis diebus de beata Virgine, et habeat oblationes ejusdem filie regis, et quod ipsum ad hoc admittant, et quod habeat singulis diebus quinque cereos in celebratione ejusdem misse ardentes in veneratione quinque gaudiorum beate Virginis. Teste rege apud Notingeham, xvij. die Julii.

De perdonatione.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Willelmo de Tracy unam marcam ad quam amerciatus fuit coram justiciariis nostris itinerantibus in comitatu Devonie pro defalta generalis summonitionis. Et ideo vobis mandamus quod de predicta marca ipsum quietum esse faciatis. Teste ut supra. Per S. de Monte Forti.

Pro Theobaldo de Englechevill'.—Rex commisit Theobaldo de Engleschevill' totam terram que fuit Ridelli Sic in Wullingeh', que capta est in manum regis occasione inquisitionis quam fieri precepit[2] de terris Normannorum, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predicta terra plenam ei seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De j. damo dato.—Mandatum est G. de Segrav', justiciario foreste, quod faciat habere Baldewino de Akeny unum damum extra parcum de[3] Clive, de dono regis. Teste ut supra.

Pro electo Norwicensi.—Mandatum est abbati de Hulmo et Willelmo de Welles, custodibus episcopatus Norwycensis, quod faciant habere plenam seisinam sine dilatione Magistro Waltero de Suffeld', electo Norwycensi, de predicto episcopatu et de omnibus que ad predictum episcopatum pertinent. Teste ut supra.

Et mandatum est militibus, liberis hominibus et omnibus aliis tenentibus de episcopatu predicto quod ei tanquam domino suo in

[1] The words 'de Burnham' are interlined, the latter being substituted for 'Bray', also interlined, and cancelled.

[2] Altered from 'precepimus.'

[3] The words 'extra parcum de' are interlined, and 'in parco de Dene' cancelled.

1244.

omnibus que ad predictum episcopatum pertinent, intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod faciat habere priori de Falleg' x. quercus, scilicet v. in bosco de Willeg' et v. in foresta de Shirewude, ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Noting', xviij. die Julii.

De libertatibus comitis Leyc' observandis.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod non obstante eo quod libertates concesse per predecessores regis et dominum regem comitibus Leyc' et eorum tenentibus hactenus non extiterunt observate, eas decetero firmiter faciat observari. Teste ut supra.

De quercubus ad maeremium.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in foresta de Noting' faciat habere vicecomiti Noting' quercus ad maeremium quot necesse habuerit, ad quandam aleam faciendam in castro de Noting' a pede graduum camere regis usque ad hostium camere regine, et ad cameram regis et cameram regine lambruscandas, et hoc per talliam de numero quercuum inter eos factam. Teste ut supra.

Pro Waltero de Lake.—Rex commisit Waltero de Lake totam terram quam tenuit in Ixning', et que capta est in manum regis occasione inquisitionis de terris Normannorum. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod ei de predicta terra talem seisinam habere faciat qualem inde habuit, antequam capta esset in manum regis; et si quid inde ceperit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod in foresta de Shirewud faciat habere Willelmo Bardulf duos damos, de dono regis. Teste rege apud Noting', xviij. die Julii.

De perdonatione.—Rex perdonavit Radulfo filio Nicholai xxiiij. libras quas debet Annoto filio David, Judeo Noting'. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum inde quietum esse faciant, et munimenta que idem Judeus habet a predicto Radulfo, ei reddi, et predictas xxiiij. libras eidem Judeo in debito quod regi debet, allocari faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod faciat habere W. Marescallo, comiti Penbrok, iiij. damos in foresta de Shirewud', de dono regis. Teste ut supra.

Hybernia.—Quia rex vult quod Radulfus filius Radulfi filii[1] Nicholai moram faciat in Hybernia una cum aliis qui deputabuntur ad custodiam terre Hybernie, quamdiu justiciarius Hybernie fuerit in expeditione contra regem Scocie, mandatum est eidem Radulfo quod a partibus illis non recedat. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem justiciario quod ipsum in partibus illis morari permittat.

[1] The words 'Radulfi filii' are interlined.

1244.

De tradendo in ballium.—Willelmus Lumbard, captus et detentus in prisona regis Glouc' pro morte Arnaldi de Erlingeham, Isabelle sororis ejus et cujusdam extranei, cujus nomen ignoratur, unde rettatus est, habet litteras directas vicecomiti Glouc' ut tradatur in ballium, quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De j. damo dato.—Mandatum est Ade de Periton' quod in balliva sua capi faciat unum damum ad opus Radulfi persone de Bradeford', et eum ei mittat. Teste ut supra.

De prebenda data.—Rex contulit Gwidoni de Palude prebendam que fuit Willelmi de Burgo infra castrum de Bruges, que vacat per electionem ejusdem W. in episcopum Landavensem. Et mandatum est vicecomiti Salopie quod ipsum Gwidonem vel procuratorem suum nomine suo in corporalem possessionem ejusdem prebende mittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Walerando Teutonico quod faciat habere Willelmo Tregoz iiij. quercus in bosco de Gromund', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Ros quod in bosco de Mamefeld' v. quercus et in haya de Wylleh' v. quercus faciat habere priori de Lenton' ad cumulum capituli sui faciendum. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Armenters.—Quia tam Galfridus de Armentariis quam Thomas Picot recognoverunt coram rege quod terra quam predictus Thomas tenuit de rege in Heyden' per serjantiam, quam eidem Galfrido dimisit ad terminum duorum annorum, non est alienata set tantum ad prefatum terminum dimissa, mandatum est vicecomiti Essex' [quod] de predicta terra quam cepit in manum regis occasione inquisitionis quam rex fieri precepit de serjantiis regis alienatis, eidem Galfrido talem seisinam inde habere faciat qualem prius habuit, cum omnibus catallis in predicta terra inventis, tenendam usque ad finem termini sui; et si quid de terra predicta ceperit, id ei restitui faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod capi faciat in foresta de Whitlewude[1] iiij. damos, et eos mittat usque Tuddingdon' liberandos ibidem uxori Paulini Peyvr', de dono regis. Teste rege apud Noting', xxj. die Julii.

Mandatum est eidem quod in foresta de Clive extra parcum[2] faciat habere W. Landavensi electo ij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De j. dolio vini dato.—Mandatum est constabulario de Noting' quod[3] de vinis assignatis ad munitionem castri de Noting' faciat habere Reginaldo de Colewik j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

[1] The words 'capi faciat' are here repeated.
[2] The words 'extra parcum' are interlined.
[3] The word 'assignet' is here cancelled.

1244.

Pro Landavensi electo.—Mandatum est Rogero de Ros quod faciat habere W. Landavensi electo unum samittum et ij. baudekinos competentes, et eciam unam mitram precii x. marcarum ad capellam suam instaurandam, de dono regis. Teste ut supra.

De cervis et damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere A. comitisse Leyc' vj. cervos et vj. damos in balliva Avicie de Columbar' de Cette et in foresta de Bernewude[1], de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus ad maeremium.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in foresta de Shirewud et in parco et in haya, si necesse fuerit,[2] faciat habere vicecomiti Noting' quercus ad maeremium quot habuerit necessarias, ad faciendum apud Clipston unam aulam magnam et decentem de ligno et unam coquinam ligneam et unam garderobam ad opus regine per talliam inter eos factam de numero quercuum. Teste rege apud Clipston', xxj. die Julii.

De vaccis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod de instauro regis predicti episcopatus liberent Ricardo servienti de Keninton' c. vaccas et Ade Cok, servienti de Clarendon', xl. vaccas[3] ad faciendum inde quod rex ei injunxit. Teste rege apud Odesak', ut supra.

Rex baronibus de Scaccario, salutem. Allocate probis hominibus nostris Stanford' in arreragiis firme ville sue. [*Incomplete and cancelled.*]

Pro Thoma de Appelton'.—Rex vicecomiti Berk', salutem. Ostendit nobis Thomas de Appelton' quod cum teneretur David Judeo Oxonie in quodam debito, et debitum illud in vita sua eidem reddidisset, tu ipsum ad debitum illud iterato reddendum distringis. Et ideo tibi precipimus quod districtionem illam ponatis (*sic*) in respectum donec discussum fuerit coram justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis utrum in vita predicti David debitum illud ei solverit necne, et averia sua ea occasione capta ei deliberari facias. Teste rege apud Hodesak', xxij. die Julii.

De vaccis datis pauperibus leprosis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod de instauro ejusdem episcopatus faciant habere fratri Johanni elemosinario xv. vaccas ad opus infirmorum hospitalium Oxonie et de Ospring', de dono regis. Teste rege apud Denecastr', xxiiij. die Julii.

De vinis.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod ccc. dolia vini que Johannes Blancbully ei liberavit carianda usque Novum Castrum super Tynam, liberet maiori Novi Castri super Tynam et Roberto de Crepping' ad faciendum inde quod rex eis injunxit. Teste ut supra.

1 Interlined, and 'Fecham' cancelled.
2 The words 'et in parco . . . fuerit,' are interlined.
3 The words 'et Ade Cok . . . vaccas' are interlined.

1244.
[m. 4.] *De quadam domo ad estagium facienda.*—Mandatum est Roberto Passelewe quod quandam placeam in civitate London' super kayum Tamisie emat ad opus regis et in eadem placia quandam domum ad estagium ccc. pedes in longitudine continentem cum kernellis et alea ad kernellos versus Tamisiam, ad prius quod poterit, fieri faciat, et bona celaria sub domo illa, et ad placiam illam emendam et domum illam faciendam assignata sunt ei omnia arreragia exituum episcopatus Bathoniensis et finis cccc. librarum quem electus Bathoniensis fecit cum rege pro bladis ejusdem episcopatus. Teste ut supra.

De vinis ponendis in celario regis.—Mandatum est custodibus vinorum regis in navibus apud Novum Castrum super Tynam quod de melioribus vinis que sunt in custodia sua liberent x. dolia vini Roberto de Crepping' ad ponendum in celario regis et faciendum quod rex ei injunxit. Teste rege apud Pontem Fractum, ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi castri de Ponte Fracto quod in balliva sua faciat habere Galfrido de Nevill' ij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro monialibus de Hanepol.—Rex dedit priorisse et monialibus de Hanepol omnia blada de hoc anno seminata in terris quas predicta priorissa habuit ad firmam de Waltero camerario, quondam constabulario de Tykehull', in Melton', que capte sunt in manum regis occasione inquisitionis facte de terris alienigenarum. Et similiter rex perdonavit eisdem v. marcas et dimidiam quas reddidisse debuerunt hoc anno pro firma predicte terre. Et mandatum est B. de Sabaudia, custodi honoris de Tykehull', quod blada predicta ipsos (*sic*) habere permittat, et de predictis v. marcis et dimidia quietas esse faciat. Teste rege apud Pontem Fractum, xxiiij. die Julii.

Pro Edwardo filio regis.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod committat B. de Sabaudia manerium de Saxtorp' et totam terram in Stivekeye, que fuerunt Roberti de Wendeval, que capta sunt in manum regis occasione precepti regis de terris alienigenarum in manum regis capiendis, custodienda ad opus Edwardi filii regis, et si quid inde ceperit, id eidem B. reddi faciat. Teste ut supra.

De cervis ad opus regis capiendis.—Rex mittit Philippum de Candevr', venatorem, ad capiendum xx. cervos in balliva Thome de Muleton' ad opus regis mittendos usque Novum Castrum super Tynam. Et mandatum est eidem Thome quod ipsum Philippum eos capere permittat. Teste ut supra.

Pro abbate de Stanlawe.—Quia rex accepit per inquisitionem quod abbates de Stanlawe quociens proficissi consueverunt ad capitulum Cysterciensium, nunquam consueverunt nec tenebantur dare constabulario Cestrie v. marcas vel unum palefridum, mandatum est baronibus de Scaccario quod abbatem de Stanlawe de v. marcis que ab eo exiguntur per sumonitionem Scaccarii occasione predicta, quietum esse faciant. Teste ut supra.

1244.

De multonibus, blado et aliis.—Mandatum est vicecomiti Cumber' quod provideat de ccc. multonibus vivis bonis et pinguibus, ita quod eos promptos habeat quandocumque rex pro eis miserit. Et cum rex custum sciverit, illud ei allocari faciat. Teste rege apud Cauwode xxiiij. die Julii. [*Cancelled.*] *Quia redditum fuit breve.*

Eodem modo scribitur vicecomiti Westmerel' et vicecomiti Norhumberl' cum hac adjectione et similiter de feno et littera ad opus regis. Teste ut supra.

Mandatum est ballivis Novi Castri super Tynam quod recipiant cccc.[1] quarteria frumenti et d. quarteria avene a vicecomite Eboraci, cui mandatum est quod ea ei liberari faciat, et ea secundum quod Robertus de Crepping' ei scire faciet, salvo ad opus regis custodiri faciant, et provideant de cc. baconibus et c. porcis vivis, ita quod rex eos promptos habeat in adventu suo usque Novum Castrum super Tynam vel quandocumque rex eos habere voluerit. Et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste ut supra.

De mortuo bosco ad unam rogum faciendam.—Mandatum est Avicie de Columbar' quod faciat habere custodibus operationum regis de Lutegar' mortuum boscum ad quandam rogum faciendam ad operationes regis ibidem. Teste rege apud Eboracum, xxvij. die Julii.

De quercubus ad postes faciendos.—Mandatum est ballivis Divisarum quod faciant habere custodibus operationum regis de Lutegares' ij. magnas quercus ad postes faciendos ad aulam quam rex ibidem construi precepit. Teste ut supra.

Pro hominibus de Hoby.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod faciat habere pauperibus hominibus de Hoby maeremium in foresta regis per visum et testimonium Roberti de Crepping' et per talliam inde confectam ad reedificationem domorum suarum nuper combustarum. Teste ut supra.

Pro Margeria de Menethorp'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod de dote Margerie de Menethorp', quam habuit de dono Galfridi de Skipwic', primi viri sui, et quam cepit in manum regis occasione roborie nuper facte apud Stanford' per Adam de Mariscis, virum ipsius Margerie, ut dicebatur, eidem Margerie plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De armis ad opus regis perquirendis.—Mandatum est maiori et prepositis Eboraci quod perquirant regi xv. loricas et totidem haubergellos ad opus militum et vadlettorum regis et perquirant ad opus regis unam loricam, unum par coopertoriorum et aliud par caligarum meliora et pulcriora que inveniri poterunt sive in Judaismo sive alibi, et omnia predicta post regem venire faciant sub quanta poterunt festinatione, ita quod rex ea habeat hac die Sabati apud Dunholm' vel in crastino apud Novum Castrum super Tynam. Et cum rex custum sciverit, illud eis allocari faciet. Teste rege apud Creyk, xxviij. die Julii.

---

[1] Interlined and 'xl.' struck out.

1244.

De j. cervo dato.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod faciat habere Agneti uxori Willelmi de Vescy j. cervum in foresta de Galtris, de dono regis. Teste ut supra.

De denariis ad operationes de Clarendon'.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod de catallis Thome Maudut que cepit in manum regis occasione debiti quod predictus Thomas regi debuit, fieri faciat xl. marcas, et ipsos denarios et omnes alios quos habere poterit de exitibus comitatus sui, poni faciat in operationibus domorum regis de Clarendon,' ne predicte operationes remaneant. Teste rege apud Alverton', xxviij. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est R. de Munfichet quod faciat habere M. comitisse Warr', uxori J. de Pless', iij. damos in forinseco bosco foreste de Havering', de dono regis. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, j. die Augusti.

De tradenda in ballium.—Juliana filia Alicie Cornel, capta et detenta in prisona Linc' pro morte Agnetis que fuit uxor Alani carpentarii, unde idem Alanus eam appellat, habet litteras directas vicecomiti Linc' quod tradatur in ballium, quia appellata[1] est de morte illa odio et atia etc., sicut regi constat per inquisitionem. Teste ut supra.

Pro Magistro Petro de Vinea.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod faciat habere Emerico Mauclerk de Avers lx. marcas ad opus Magistri Petri de Vinea de annuo feodo suo lx. marcarum, eciam si denarios illos super vadia sua vel in Judaismo mutuo capere debeat, et rex de primis denariis proventuris ad Scaccarium predictos denarios reddi faciet. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia redditum fuit breve et factum inde breve de Liberate in anno xxix.*

De prebenda data.—Rex dedit Osberto de Maidenestan, capellano, prebendam que fuit Bernardi de Grimesby infra castrum de Bruges. Et mandatum est vicecomiti Salopie quod ipsum vel procuratorem suum mittat in corporalem possessionem ejusdem prebende. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, ij die Julii.[2]

De tradendis in ballium.—Robertus de Turreheved et Willelmus frater ejus, capti et detenti in prisona regis pro morte Andree de Sumerton', unde Editha de Sumerton' eos appellat, habent litteras directas vicecomiti Linc' quod tradantur in ballium, quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est ballivo de Selveston' quod faciat habere W. de Eboraco, preposito Beverlaci, xx. matrices[3] bremias vivas de vivario de Selveston' ad instaurandum vivarium suum de Cortenhal', de dono regis. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, v. die Augusti.

1 Interlined, and 'rettata' cancelled.
2 *Sic* in MS. Probably a mistake for 'Augusti.'
3 Interlined.

1244.

Pro Johanne de Nevill'.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod ballivam Johannis de Nevill' quam habet de rege in foresta regis, et quam cepit in manum regis occasione trangressionum factarum in eadem balliva sua, ei replegiari faciat usque in iij. septimanas a die Sancti Michaelis anno etc. xxviij., ita quod tunc sit coram rege, ubicumque fuerit in Anglia, judicium suum auditurus de trangressionibus predictis, et assignet aliquem de quo bene confidat ex parte regis qui videat quod balliva illa salvo interim sine vasto et destructione custodiatur. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Turri.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Willelmus de Turri tenuit de herede Rogeri Bertram, qui est in custodia regis, quater xx. acras terre in Midford' pro ij. solidis per annum ad wardam castri de Midford', et quod Ricardus de Turri frater est et propinquior heres ipsius Willelmi, mandatum est custodi terrarum que fuerunt ipsius Rogeri quod predicto Ricardo de predicta terra plenam seisinam habere faciat, salva uxori que fuit ipsius Willelmi, dote sua de predicta terra, si prius inde non fuerit dotata. Teste ut supra.

De castro Eboraci firmando.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod de amerciamentis que provenient de assisis nove disseisine que arramiate sunt in comitatu suo, et que venient coram rege in proximo adventu suo usque Eboracum, fieri faciat attractum ad castrum Eboraci firmandum. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, vj. die Augusti.

Pro Willelmo Gaugi de Norht'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod Willelmus Gaugi de Norht' reddidit in garderoba nostra x. marcas per quas finem fecit nobiscum pro habenda seisina de terra quam tenet in Waude ad terminum xij. annorum, que capta erat in manum nostram occasione inquisitionis quam fieri precepimus de terris Normannorum. Et ideo vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Pro Karleolensi episcopo.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod de manerio de Karthorp' quod Thomas de Alnou tenuit ad vitam suam de concessione Roberti[1] de Veteri Ponte, et quod idem Robertus habuit de concessione Matillidis de Morevill' tota vita ipsius Matillidis, W. Karleolensi[2] episcopo plenam seisinam habere faciat, tenendo una cum terris que fuerunt Johannis de Veteri Ponte, quas idem episcopus de rege tenet ad firmam pro quadringentis libris, in auxilium predicte firme faciende. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi honoris de Ponte Fracto quod faciat habere R. comiti Cornubie xxx. damas vivas et x. damos vivos in parco de Ponte Fracto ad parcum suum de Knareburg' instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, vij. die Augusti.

---

1 Substituted for 'Thome' which is cancelled.

2 The words 'idem Robertus . . . Karleolensi' are interlined, and the following are cancelled :—'ad heredem ipsius Roberti qui est in custodia W. Karleolensis episcopi, reverti debet, ratione custodie sue eidem.'

1244.

De bremiis datis.—Mandatum est custodi manerii de Taunton' quod in balliva sua faciat habere B. comiti Devonie xiij. bremias vivas de dono regis ad quoddam vivarium suum instaurandum. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Godefrido de Craucumb' v. marcas per quas finem fecit cum rege pro quadam carta habenda de quibusdam libertatibus ad opus Johanne uxoris sue. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Godefridum de predictis v. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, x. die Augusti.

Pro Willelmo de Tykencot'.—Willelmus de Tykencot' reddidit in garderoba regis x. marcas pro una marca auri per quam Judei Stanford' finem fecerunt cum rege pro quadam inquisitione habenda. Et mandatum est ballivis Stanford' quod distringant Judeos Stanford' ad reddendum ei x. marcas pro predictis x. marcis in garderoba regis solutis. Teste ut supra.

De cervis capiendis ad opus regis.—Mandatum est Thome de Multon' quod permittat Philippum de Candevr', venatorem regis, capere centum cervos ad opus regis in balliva sua preter illos xx. cervos quos nuper cepit in eadem balliva per preceptum regis, et eos liberet vicecomiti Cumbrie cariandos quo rex ei precepit. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, xj. die Augusti.

De rogis faciendis.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod faciat habere vicecomiti Eboraci buscam de roboribus et aliis arboribus in foresta de Gautris ad rogos faciendos ad firmandum castrum regis apud Eboracum, et mairemium ad unam capellam faciendam infra idem castrum[1] per talliam de numero quercuum inter eos factam, ubi predicta busca et mairemium propius Eboraco capi possint, et ad minus dampnum ejusdem foreste. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste quod faciat habere Arnulfo de Bosco ij. damos in foresta de Whichewud', de dono regis. Teste ut supra.

De j. cervo dato.—Mandatum est Thome de Multon' quod faciat habere Johanni le Fraunceys j. cervum in balliva sua, de dono regis. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, xij. die Augusti.

De ingeniis regis recipiendis.—Mandatum est B. de Cryoyl, constabulario Dovor', quod duo ingenia regis que rex ei mittit, videlicet unum ingenium quod vocatur blideh' et unum trubechettum, recipiat, et quandam domum competentem ad predicta ingenia in castro Dovor' reparari, et ea salvo custodiri faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Bruges.—Mandatum est Aaron de Eboraco Judeo quod faciat habere Johanni de Bruges, mercatori comitis Flandrie, xv. libras et xiij.[2] solidos pro cera quam vicecomes Norhumbrie ab

[1] The words 'ubi propius et' are here cancelled.
[2] Interlined, and 'iij.' cancelled.

1244.

eo cepit ad opus regis, et rex predictas xv. libras et xiij. solidos ei allocari faciet in c. marcis quas regi promisit in auxilium expeditionis regis Scotie. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, xiij. die Augusti.

Pro Nicholao de Sules et uxore ejus.—Rex de gracia sua reddidit Nicholao de Sules et Annore uxori terras suas quas tenuerunt in Stanfordeham et Stokesfeud', que capte sunt in manum regis per inquisitionem factam de terris Normannorum. Et mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod de eisdem terris eis seisinam habere faciat, et omnes exitus et proventus quos inde cepit a tempore quo primo capte erant in manum regis, eis reddat. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod faciat habere H. de Bolebek iij. cervos in foresta Norhumbrie, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Thoma Gresleg'.—Rex concessit Thome Gresl' quod a tempore quo primo venit ad servicium regis versus partes Scocie, quietus sit de warda quam debet castro regis Lanc' usque ad Assumptionem beate Marie anno etc. xxviij. Et mandatum est vicecomiti Lanc' quod ipsum per idem tempus de warda predicta quietum esse faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere uxori Emerici de Sacy ij. damos in foresta de Chuet, de dono regis. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, xiiij. die Augusti.

Eodem modo scribitur R. de Munfichet quod in foresta de Essex' faciat habere uxori Willelmi de Say iij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De plumbo recipiendo.—Mandatum est ballivis de Winchel' quod xvij. carratas plumbi quas eis tradet R. de Berneval cariatas in galeis, ab ipso recipiant et salvo custodiant donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod in forinseco brullio foreste de Shirewude faciat habere Alvredo de Suliny iij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 3.] *De damis datis.*—Mandatum est R. de Munfichet quod faciat habere Waltero filio Roberti iij. damos in foresta de Essex', de dono regis. Teste rege apud Dunhol',[1] xiiij. die Augusti.

De cervis datis.—Mandatum est Johanni de Grey quod in foresta de Pecco faciat habere Willelmo Bardulf ij. cervos, de dono regis.

Pro electo Salopiensi.—Rex adhibuit assensum electioni facte de fratre Ada priore Sancti Petri Salopie in abbatem ejusdem domus. Et mandatum est vicecomiti Stafford' et Salopie quod ei de omnibus

---

[1] Substituted for 'Novum Castrum' which is cancelled.

1244 terris et tenementis ad predictam abbaciam spectantibus ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur justiciario Cestrie et vicecomiti Lancastrie.

De frumento dato.—Mandatum est maiori Novi Castri super Tynam et Roberto de Crepping' quod de c. quarteriis frumenti quos receperunt a vicecomite Eboraci per manus ballivorum de Scardeburg' per preceptum regis, faciant habere monialibus Novi Castri super Tynam xxx. quarteria pro dampnis que habuerunt in bladis suis conculcatis per parleamentum nuper factum extra Novum Castrum super Tynam, de dono regis. Teste rege apud Dunholm', xv. die Augusti.

De perdonatione.—Rex perdonavit Alvredo de Suliny et Sibille uxori ejus iiij. libras que regi restant reddende de ij. annis de xl. solidis quos regi reddunt per annum de terra sua in Sufflet'. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod eis pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Rogero de Clifford' ij. damos in foresta de Den', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Roberto Tregoz ij. damos in eadem foresta, de dono regis. Teste ut supra.

De castro de Tyrset' recipiendo et custodiendo.—Mandatum est Hugoni de Bolebec, vicecomiti Norhumbrie, quod castrum de Tyreset' quod rex Scocie ei liberari faciet, recipiat et salvam in eo ponat custodiam, et permittat Walterum Cumin extrahere a castro illo instaura, arma et alia que posuit in munitione ejusdem castri, cum voluerit, usque ad Nativitatem beate Marie, ita quod securus sit quod hos quos assignaverit ad custodiam predicti castri, timere non oporteat eos quos intrare continget de suis ad predicta extrahenda, et cum seisinam ejusdem castri habuerit, illud regi significet. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Whicheuuod' quod in balliva sua faciat habere R. preposito August' ij. damos, de dono regis, et ad ipsos capiendos ei auxilium impendat. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Eboracum quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciant habere uxori Walteri Byset ij. dolia vini, de dono regis. Teste rege apud Derlinton', xvij. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod in foresta de Wylihal' faciat habere Willelmo de Oddingeseles iij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De j. cervo et damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Den' quod in eadem foresta faciat habere Herberto filio Mathei j. cervum et iij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

1244.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in eadem foresta faciat habere Ricardo de Dovor' de dono regis ij. damos. Teste ut supra.

De capis faciendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod fieri faciat iij. capas quantum poterit preciosas de precio lx. marcarum vel lx. et x. marcarum, ita quod prompte sint in adventu regis Lond', ut E. filius regis unam, M. filia regis unam, B. filia regis terciam, beato Edwardo tunc possint offerre. Et cum rex custum sciverit, id reddi faciet. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Peryton', custodi foreste de Braden', quod in balliva sua faciat habere F. Londoniensi electo viij. damos ad festum consecrationis sue tenendum, de dono regis. Teste rege apud Alverton', xviij. die Augusti.

Eodem modo scribitur custodi foreste de Savernak' quod in eadem foresta faciat ei habere iiij. damos. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod faciat habere monialibus de Arden' viij. fusta in foresta de Gautris vel Esingwaut, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem quod in eadem foresta de Gautrix faciat habere Galfrido de Larder' x. quercus ad maeremium ad operationes ecclesie canonicorum de Rypon', de dono regis. Teste rege apud Rypon', xix. die Augusti.

Hybernia. Pro Egidia de Burgo.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod allocari faciat Egidie de Burgo in debitis que regi debet ad scaccarium Dublin', omnes exitus terrarum quas tenet in dotem in Hybernia, qui exitus devenerunt ad usus regis postquam dos rationabilis ei debuit assignari; et diligenter inquirat si qui de Hybernia aliquos proventus terrarum dotis sue habuerunt quos ipsa Egidia habere debebat; et omnes illos distringat ad predictos proventus ei reddendos. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Eboracum quod faciat habere abbati et conventui de Fontibus iij. dolia vini, scilicet unum ad celebrationem missarum et aliud ad usus monachorum infirmorum et terciam ad pitanciam monachorum in refectorio, de dono regis. Teste rege apud Fontes, xx. die Augusti.

Pro Radulfo de Haya.—Rex cepit homagium Radulfi filii et heredis Willelmi de Haya de terris et tenementis que predictus Willelmus, pater suus, de rege tenuit in capite, et ipsum Radulfum jure contingunt hereditario. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Willelmi, et de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, eidem Radulfo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De maeremio.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod faciat habere vicecomiti Noting' maeremium ad sufficienciam ad operationes quas rex ei injunxit faciendas apud Clipston' ad propius

1244.

quod poterit, tam in parco de Clipston' quam in foresta de Shirewode, et ubi ad minus dampnum predicti parci et foreste capi possit, per talliam de numero quercuum inter eos confectam. Teste ut supra.

Pro Agnete uxore Henrici de Merston'.—Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam fecisti per preceptum nostrum quod vj. bovate terre cum pertinenciis in Knapeton', quas Henricus de Merston', qui fugit pro roboria facta mercatoribus de partibus transmarinis, tenuit, et quas cepisti in manum nostram occasione predicta, sunt liberum maritagium Agnetis uxoris sue, tibi precipimus quod de eadem terra eidem Agneti plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Knareburg', xxj. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Willelmo de Cantilupo v. damos in foresta de Rokingeham, de dono regis. Teste ut supra.

De bremiis et luceis datis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci[1] quod faciat habere comiti Ricardo l. matrices bremias et xx. minores[2] vivas et xl. luceos vivos in piscaria de Fosse ad vivaria sua de Knareburg' instauranda, de dono regis. Teste rege apud Shireburn', xix. die Augusti.

De j. cervo dato.—Mandatum est eidem quod in foresta de Galtrix faciat habere abbati Sancte Marie Eboraci j. cervum pro decima venationis capte ad opus regis in eadem foresta. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod faciat habere W. de Kirkeham, decano Eboracensi, x. matrices bremias et xx. parvas bremias in vivario de Rosse ad vivarium suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in foresta de Galtrix faciat habere comiti Ricardo xxx. damas vivas et x. damos vivos ad parcum suum de Knareburg' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod in vivario de Fosse faciat habere N. Dunelmensi episcopo xl. matrices bremias vivas ad vivaria sua instauranda, de dono regis. Teste rege apud Denecastr', xxiiij. die Augusti.

De fustis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in foresta de Den' faciat habere comiti Marescallo xiij. fusta, de dono regis. Teste ut supra.

De cervis capiendis.—Mandatum est Rogero Gernet quod permittat Willelmum de Lancastria capere xxx. cervos in foresta de Wyledal', ita quod vij. cervi quos ibi cepit, computentur in predictis

[1] The words 'vicecomiti Eboraci' are interlined, and 'Roberto de Ros, justiciario foreste', are cancelled.
[2] The words 'et xx. minores' are interlined.

1244.

xxx. cervis, et ei sit auxilians ad hos ad opus regis capiendos. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere R. comiti Wintonie ij. damos et viij. damas vivas (*sic*) in foresta de Rokingeham ponendos in parco suo quo voluerit. Teste ut supra.

Pro conversis.—Mandatum est custodi conversorum London' quod Willelmum conversum et Johannam uxorem ejus et Laurencium conversum de Eboraco in Domum Conversorum London' [recipiat] et eis necessaria inveniat sicut aliis conversis ejusdem domus. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod faciat habere J. Maunsel vj. cervos in balliva sua, de dono regis. Teste rege apud Noting', xxvij. die Augusti.

Mandatum est custodi episcopatus Cestrensis quod in foresta ejusdem episcopatus faciat habere eidem Johanni vj. cervos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ada de Periton'.—Rex replegiavit Ade de Periton' per plevinam Philippi Basset et Paulini Peyvr' ballivam suam foreste de Braden', que capta est in manum [regis] usque in crastinum Sancti Martini. Et mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod de eadem balliva talem seisinam ei habere faciat qualem prius habuit. Teste ut supra.

Wasconia.—Mandatum est Nicholao de Mol', senescallo Wasconie, quod non omittat qui[n] firmari faciat quoddam castrum in insula Oleronis ubi competencius firmari poterit, et in eo firmando ponat usque ad summam cc. marcarum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in foresta de Shirewode faciat habere canonicis de Torkeseye iiij. quercus ad faciendum clocherium suum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est eidem quod faciat habere priori de Lenton' vij. damos in foresta de Shirewod' pro decima venationis capte ad opus regis et regine in eadem foresta[1] usque ad Decollationem Beati Johannis Baptiste anno etc. xxviij. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod in bosco de Mamnefeld' faciat habere monachis de Beauver vj. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod in foresta de Shirewode faciat habere priori et conventui de Lenton' xx.[2] quercus ad faciendum inde capitulum suum. Teste ut supra.

---

[1] The words ' in eadem foresta ' are interlined.

[2] Interlined and ' xv.' cancelled.

1244.

Mandatum est eidem quod in eadem foresta faciat habere Galfrido de Langedon' v. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De baconibus vendendis.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod omnes bacones regis qui sunt de instauro in castro regis Noting' vendi, et de denariis ab eis receptis porcos emi et in pessonem poni et postea ad instaurationem ejusdem castri porcos illos poni faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod in foresta de Shirewod' faciat habere Roberto de Lexint' iij. damos, de dono regis. Teste rege apud Croxton', xxviij. die Augusti.

Mandatum est eidem quod in eadem foresta faciat habere Baldewino de Panton' j. damum, de dono regis. Teste ut supra.

De maeremio.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere vicecomiti Leyc' maeremium ad unam capellam faciendam in castro de Salveia ubi commodius et propius in boscis regis extra parcos capi poterit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Porecestr' quod faciat habere Magistro Petro Russinol x. bonas quercus ad maeremium cum excaetis suis in foresta de Porecestr', de dono regis. Teste rege apud Ocham, xxx. die Augusti.

De roboribus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Isabelle de Mortuo Mari iiij. robora in foresta de Rotelaund' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De j. quercu ad reparationem pontis de Roking'.—Mandatum est eidem quod in foresta de Rokingeham faciat habere custodi pontis de Roking' j. quercum ad reparationem ejusdem. Teste rege apud Geytinton', j. die Septembris.

Mandatum est Avicie de Columbar' quod in balliva sua permittat Willelmum Luvel capere j. cervum ad opus domine regine. [*Cancelled.*]

De vinis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Oxonie quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciant habere fratri Johanni elemosinario j. dolium boni vini, de dono regis. Teste rege apud Norht', ij. die Septembris.

Mandatum est custodibus vinorum regis de Denecastr' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Johanni de Culesdon' j. dolium vini quod emit de Johanne Blancbully. Teste ut supra.

[m. 2.] *Pro Galfrido de Childwik'.*—Mandatum est Aaron Judeo Eboraci quod de c. libris quas nobis promisit in auxilium guerre regis sustentande contra regem Scocie, et ut quietus esset de cus[todia][1] Licoricie Judee que fuit uxor David Judei Oxonie, faciat habere

[1] MS. worn.

1244. Galfrido de Childwik' x. libras ad se sustentandum in servicio regis, et rex eas ei faciet allocari. Teste [ut supra].[1]

De fustis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Salceto faciat habere abbati de Lavenden' xv. fusta, de dono regis. Teste rege apud Hamslamp' iij. die S . . . .[1]

De roboribus datis.—Mandatum est eidem quod in eadem foresta faciat habere abbatisse Sancte Marie de Pratis extra Norht' iiij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Rex mittit Willelmum Luvel et Warnerum fratrem ejus, venatores, ad capiendum in balliva Willelmi de Langel'[2] de Whichewod' et in parco de Wudestok' centum[3] damos ad opus regis ; [et][1] mandatum est eidem Willelmo quod damos predictos eum (*sic*) capere permittat. Teste rege apud Windes', vij. die Septembris.

Mandatum est ballivis de Odiham quod in parco de Odeham permittant Hamonem filium Philippi capere x. damos, sicut rex ei injunxit. Teste ut supra.

Pro Simone de Monte Forti.—Mandatum est vicecomiti Cantebr' quod de maneriis de Berton' et Gretton' cum pertinenciis que cepit in manum regis per inquisitionem quam fecit de terris alienigenarum in manum regis capiendis, S. de Monte Forti, comiti Leyc', plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wind', x. die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sutht' quod faciat habere eidem talem seisinam de manerio de Chauton' quod captum est in manum regis ratione predicta, qualem inde prius habuit. Teste ut supra.

De venatione capienda.—Mandatum est parcario de Guldeford' quod permittat Robertum de Mares, Nicholaum de Cryoyl et Radulfum de Gorges, vadlettos regis, capere ad opus regis in eodem parco iiij. damos et unum cervum. Teste ut supra.

De tradendis in ballio.—Milo de Fokelg' et Willelmus Ive, capti et detenti in prisona P. Herefordensis episcopi apud Heref' pro morte Galfridi de Nethere Weston', unde rettati sunt, habent litteras directas vicecomiti Heref' quod tradantur in ballium, quia rettati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Consimiles litteras habet Johannes le Rus, captus et detentus in prisona regis Oxonie pro morte Matillidis Elys, unde Alicia filia Elye eum appellat, directas vicecomiti Oxonie.

Matheus de Alverton', captus et detentus in prisona regis Eboraci pro morte Roberti de Scoc', qui interfecit eundem Robertum per infortunium,[4] jactu scilicet cujusdam baculi, et non per feloniam etc.,

[1] MS. worn.
[2] The words 'Willelmi de Langel'' are interlined and 'sua' is cancelled.
[3] Interlined and 'l' cancelled.
[4] This word is written 'infortunitunium.'

1244.

habet litteras directas eidem vicecomiti quod tradatur in ballium. Teste ut supra.

Pro Thoma de Newerk.—Mandatum est Aaron Judeo Eboraci quod de c. libris quas regi promisit in auxilium guerre regis contra regem Scocie sustentande,[1] et ut quietus esset de custodia Licoricie que fuit uxor David, Judei Oxonie, faciat habere Thome de Newerk' xx. libras de anno etc. xxviij. ad se sustentandum in servicio regis sedendo ad scaccarium Judeorum. Teste ut supra.

Pro Reginaldo le Houberg'.—Mandatum est eidem quod de eisdem c. libris faciat habere Reginaldo le Hauberg' c. solidos pro uno pari coopertoriorum et caligarum ferrearum, quod rex ab eo emit ad opus Nimon' militis de Ispania ad eundum in servicium regis versus partes Scocie. Teste rege apud Wind', xiij. die Septembris.

De maeremio ad operationes de Clarendon'.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere custodibus operationum de Clarendon' maeremium in balliva Avicie de Columbar' vel in forestis et boscis regis propinquioribus de Clarendum (*sic*) ad easdem operationes perficiendas, ubi commodius et ad minus nocumentum forestarum vel boscorum capi possit. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Mandatum est Imberto Pugeis, quod in parco de Hadleg' permittat Robertum des Mares capere x. damos ad opus regis. Teste rege apud Wind', xiiij. die Septembris.

Pro domino Wintoniensi episcopo.—Mandatum est P. Peyvr' et Johanni de Gatesden', custodibus episcopatus Wintoniensis, quod faciant habere W. Wintoniensi episcopo omnia blada predicti episcopatus de hoc instanti autumpno proximo preterito preter blada hyemalia, et ei habere faciant medietatem omnium aliorum exituum ejusdem episcopatus a die Sancti Andree anno etc. xxviij. usque ad diem Sancti Bartholomei anno eodem, et ab eodem die Sancti Bartholomei ei habere faciant omnes exitus ejusdem episcopatus usque ad diem quo rex ipsum recepit in graciam suam, et temporalia episcopatus sui ei reddidit. Teste ut supra.

Mandatum est maiori et ballivis Wintonie quod clamari faciant et fieri quod nundine sue Wintonie durare possint hac vice per iij. dies ultra diem statutum, quia rex id concessit domino Wintoniensi episcopo. Teste ut supra.

Pro monialibus de Godestowe.—Mandatum est Willelmo de Sancto Oweyno, custodi manerii de Wudestok', quod de venatione nuper capta in parco de Wudestok' habere faciat decimam monialibus de Godestow sicut habere consueverunt, et si venationem illam regi miserit ante susceptionem litterarum regis, sub sigillo suo regi scire faciat quantum inde habere debeant ad decimam. Teste ut supra.

De prisonibus custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Warr' quod prisones quos ballivi Rogeri de Monte Alto de Covintr' ei

[1] The words ' faciat habere ' are here cancelled.

1244.

liberabunt, ab eis recipiat et in prisona de Warr' salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Windes', xv. die Septembris.

De damis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Johanni de Munemuth' iiij. damos in foresta de Dene, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod capi faciat v. damos in foresta de Wichewod' et eos habere faciat abbatisse de Godestowe ad decimam pro damis quos rex capi preceperat in hac seisona. Teste ut supra.

Pro abbate de Pipwell'.—Mandatum est eidem quod faciatis (*sic*) habere abbati de Pippewell' talem seisinam de communa pasture in la launde de Banefeld' et in foresta de Rokingeham qualem habuit antequam eam rex capi preceperat in manum suam, usque in crastino octabarum Omnium Sanctorum anno etc. xxix.[1] Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum [est] eidem quod faciat habere Godefrido de Craucumb' ij. damos et vj. damas vivos in foresta de Rachiche ad parcum suum de Bere instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Brehull' quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciat habere uxori Walerami Teutonici j. dolium boni vini, de dono regis. Teste rege apud Windes', xvj. die Septembris.

Pro operationibus de Wind', de venditione excaetarum.—Mandatum est B. de Sabaudia et Magistro Willelmo le Brun, custodibus operationum parci de Windes', quod omnes exitus et excaetas provenientes de maeremio prostrato in foresta de Windes' ad constructionem parci et domorum regis et molendini in eadem foresta vendi faciant et denarios inde provenientes poni in eisdem operationibus perficiendis. Teste ut supra.

De oblationibus regis et regine.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, [et] Edwardo filio Odonis quod provideant de xlviij. obolis de musce quos liberari faciant Gwidoni de Palude, custodi garderobe regine, ex quibus rex vult quod eadem regina offerat xij. feretro beati Edwardi in proximo adventu suo ibidem, E. filius regis xij., M. filia regis xij. et bella B. filia regis xij. tunc offerant ibidem. Teste rege apud Windes', xix. die Septembris.

De vinis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Rading' quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciant habere executoribus testamenti Engelardi de Cygony j. dolium vini pro j. dolio vini quod rex cepit ad opus suum ab eis apud Odiham. Teste rege apud Odiham, xxiiij. die Septembris.

Pro Reginaldo Talun.—Rex concessit Reginaldo Talun singulis diebus quamdiu vixerit, j. denarium de elemosina regis constituta,

---

[1] Substituted for xxviij.

1244.

quem Robertus Dendefer qui mortuus est, ut dicitur, percipere consuevit a vicecomite Cantebr'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum denarium a die quo idem Robertus decessit, eidem Reginaldo reddi faciant. Teste rege apud Guldef', xxv. die Septembris.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Willelmo de la Hyde iiij. quercus in foresta de Den', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Waleramo Teutonico quod in bosco regis de Tribus Castris faciat habere magistro milicie Templi in Anglia vj. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priorissa de Wroxhal'.—Quia rex accepit per inquisitionem quod unum mesuagium et dimidia virgata terre cum pertinenciis in Radeford' que Rogerus de Radeford', utlagatus pro morte hominis, tenuit, extiterunt in manu regis per unum annum et j. diem, et quod ea tenuit de priorissa de Wroxhal', mandatum est vicecomiti Wigornie quod ei inde seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xxvj. die Septembris.

De maeremio ad operationes regis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Rokingeham faciat habere vicecomiti Norht' tot quercus quot opus habuerit ad maeremium et ad cindulam faciendam ad operationes quas rex ei injunxit apud Roking' faciendas per talliam de numero quercuum inter ipsos confectam. Teste rege ibidem, ij. die Octobris.

De tradendo in ballio.—Walterus Brun, captus et detentus in prisona Oxonie pro morte Ricardi de Spalding', unde rettatus est, habet litteras quod tradatur in ballium, directas vicecomiti Oxonie quia idem Ricardus mortuus est per infirmitatem idrepicam qua laborabat per vij. annos continue, sicut rex accepit per inquisitionem etc.

De quercubus ad coquinam de Gudeford'.—Mandatum est custodibus parci de Gudeford' quod in eodem parco permittant vicecomitem Surr' capere xij. quercus ad reparationem coquine regis de Gudeford'. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Gunnore que fuit uxor Ricardi filii Marciani illos v. solidos, ad quos predictus Ricardus amerciatus fuit in itinere justiciariorum in comitatu Essex'. Mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam inde quietam esse faciant. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo.—Rex commisit comiti Ricardo manerium[1] de Bensinton' cum hundredo et aliis pertinenciis suis. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ei inde seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Octobris.

[1] The words 'cum hundredo' are here cancelled.

1244.

Pro Gwidone de Brion'.—Rex cepit homagium Gwidonis filii et heredis Willelmi de Brion' de omnibus terris et tenementis que predictus Willelmus tenuit de rege in capite, et que ipsum hereditarie contingunt. Et mandatum est J. de Munemuth', justiciario Sutwallie, quod de omnibus terris et tenementis de quibus predictus Willelmus fuit seisitus in dominico ut de feodo die quo obiit, eidem Gwidoni plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Pike Parleben, Radulfus cocus, Henricus de Fonte, Hugo gardinarius, Robertus de Ardern', Ricardus carettarius, Reginaldus Drunkenhus', Robertus Tubbe, Simon filius prepositi, Willelmus le Chanceler, Robertus Bele, Walterus filius Noreis, Reginaldus filius Gerardi, Willelmus faber, Hugo filius Dionisii, Robertus Frebern', Johannes le messer, Willelmus Campe, Walterus le tornor, Robertus Joie, Willelmus de Mollinton' et Hugo Bovin, capti et detenti in prisona Oxonie pro morte Ricardi de Pilardinton', unde appellati sunt, habent litteras directas vicecomiti Oxonie quod tradantur in ballium, quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc.

Pro Pagano de Sancto Phileberto.—Mandatum est W. de Ferar', comiti Dereby, quod Pagano de Sancto Phileberto de omnibus terris de quibus eum disseisivit occasione gwerre mote inter dominum regem et regem Scocie, plenam seisinam habere faciat cum omnibus catallis captis in eisdem, et omnia dampna que idem P. per disseisinam illam habuit una cum fructibus de terris predictis medio tempore perceptis, restitui faciat eidem. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Octobris.

Et mandatum est vicecomiti Norht' quod nisi idem comes id faciat, ipsum distringat ad id sine dilatione faciendum. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Rex vicecomiti Essex. Si Robertus de la Kersimere qui fugit pro morte Willelmi filii Roberti Huberd, et quem interfecit per infortunium, ut dicitur, invenerit tibi xij. legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ad standum inde recto, si quis versus eum inde loqui voluerit, tunc ipsum predictis xij. trades in ballium, sicut predictum est. Et habeas ibi nomina predictorum xij. et hoc breve. Teste[1] rege apud Westmonasterium, x. die Octobris.

De porcis.—Mandatum est constabulario castri de Windes' quod omnes porcos de instauro episcopatus Wintoniensis, quos ei liberabunt custodes predicti episcopatus, recipiat, et eos in pessone poni et eos salvo custodiri faciat. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Petronille de Orewell' xliij. solidos, iiij. denarios et obolum que ab ea exiguntur per summonitionem Scaccarii pro Johanne de Kaylly, de debitis que idem Johannes regi debuit ad idem Scaccarium. Et mandatum est baronibus de

[1] The word ' ut ' is here cancelled.

1244.

Scaccario quod ipsam inde quietam esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Octobris.

De tradendo in ballium.—Willelmus Wlpot, Ricardus Bygod, Robertus de la Stowe, Willelmus de Baudak, Willelmus de Sandon', Petrus filius Willelmi et Ricardus de Dagonhal', arestati occasione mortis Reginaldi molendinarii, habent litteras directas vicecomiti Buk' quod per plevinam dimittantur, quia de morte illa non sunt culpabiles, set Johannes filius Thome de Caterho de morte illa est culpabilis, ut rex accepit per inquisitionem. Teste ut supra.

Pro Alicia que fuit uxor Roberti de Boys.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod de terra de Burnston', capta in manum regis occasione terrarum de serjantia in manum regis captarum, et unde Alicia que fuit uxor Roberti de Boys, dotata fuit, eidem Alicie plenam seisinam habere faciat, una cum catallis et instauris in eadem terra inventis quando eam cepit in manum regis. Teste ut supra.

De vinis.—Mandatum est W. de Haverhull', camerario suo, quod de vinis que cepit ad opus regis et que sunt in custodia sua, liberet vicecomitibus Lond' sex dolia carianda quo rex eis injunxit. Teste ut supra.

[*Pro*][1] *Margareta que fuit uxor* [*Ricardi*][1] *Fuillet.*—Mandatum est vicecomiti Suht' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Ricardi Fuillet in balliva sua, et de quibus seisitus fuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit, assignari faciat Margarete que fuit uxor ipsius Ricardi rationabilem dotem suam. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum[2] est custodibus vinorum regis de Dunstapl' quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciant habere Waltero de Linton' unum dolium, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 1.] *Pro Petro de Geneve.*—Rex concessit Petro de Geneve duas partes illius terre quam Henricus filius Reginaldi tenuit de ballio regis in soca de Waltham, quamdiu rex placuerit, in partem solutionis annui feodi sui quod percipit ad Scaccarium. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de duabus partibus terre predicte plenam ei seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Eva que fuit uxor Henrici filii Reginaldi.—Et mandatum [est] vicecomiti Linc' quod assignet Eve que fuit uxor ipsius Henrici terciam partem illius terre tenendam ad sustentationem suam, donec eam rex reddiderit rectis heredibus per voluntatem regis vel per pacem. Teste ut supra.

Pro Hugone de Vivon'.—Rex concessit Hugoni de Vivon' totam terram que fuit Henrici de Sancto Hyllario in Corston' et que capta fuit in manum regis per inquisitionem factam de terris Normannorum, et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod plenam seisinam ei inde habere faciat. Teste ut supra.

[1] Worn.
[2] This entry began with the words 'Rex custodibus' which are cancelled.

1244.

Pro Hugone Giffard'.—Rex concessit Hugoni Giffard' custodiam terre et heredum Roberti le Archer usque ad legitimam etatem eorundem heredum una cum maritagio eorundem. Et mandatum est vicecomiti Norhampt' quod de predicta terra in balliva sua ei seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Octobris.

Et mandatum est vicecomiti Hereford' quod de terra quam tenuit de heredibus uxoris sue[1] in balliva sua, eidem Hugoni plenam seisinam habere faciat Teste ut supra.

Et mandatum est Magistro Johanni de Aillesbir' quod filium et heredem ipsius Roberti, quem penes se habet, ei liberari faciat. Teste ut supra.

Et habet inde litteras patentes.

De perdonatione.—Rex baronibus suis, salutem. Sciatis quod perdonavimus Willelmo Hay, vicecomiti Oxonie, viginti marcas ad quas amerciatus fuit coram nobis pro minus sufficiente moneta quam detulit ad Scaccarium nostrum. Et ideo vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse faciatis. Teste etc.

[*De*] *operatione coquine de Gudeford'*.—Mandatum est[2] ballivis de Geudeford' quod liberent vicecomiti nostro Surr' quinque marcas quas regi[3] promiserunt per senescallum regis[4] pro quodam exennio regi[3] faciendo ad coquinam de Geudeford' preparandam. Teste rege apud Gudef', xxiij. die Octobris.

Mandatum est ballivis de Kingestun' quod liberent illas quinque marcas per quas fecerunt finem cum rege[5] apud Mortelak', vicecomiti[6] Surr' ad coquinam de Geudeford' preparandam. Teste ut supra.

De cuniculis datis.—Mandatum est custodibus parci de Gudeford' quod permittant Johannem de Pless' capere v. cuniculos in cuningera regis ibidem ad opus suum. Teste rege apud Cert', xxvij. die Octobris.

[*Ad*][7] *operationes feretri beati Edwardi*.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod x. marcas auri per quas Judei finem fecerunt cum rege coram consilio suo statim colligi et liberari faciant Edwardo filio Odonis ad opus feretri beati Edwardi. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti Engelardi de Cygony.—Rex dedit Engelardo de Cygoni ad se sustentandum in servicio regis blada que fuerunt in terra Ricardi Siward' in Hedinton' et blada que fuerunt Walteri de Clifford' in Middelton, que rex cariari precepit usque castrum Oxonie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod executores testamenti sui quietos inde esse faciant. Teste ut supra.

---

1 The words 'de heredibus uxoris sue' are interlined.
2 The words 'vicecomiti Surr' quod recipiat de ballivis' are here cancelled.
3 Interlined and 'nobis' cancelled.
4 Interlined and 'nostrum' cancelled.
5 Interlined and 'nobiscum' cancelled.
6 'nostro' cancelled.
7 Worn.

1244.

[*De*][1] *pauperibus pascendis.*—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod in festo Omnium Sanctorum pasci faciat m. pauperes pro anima W. quondam electi Valentinensis, et in crastino, scilicet die Animarum, totidem pro animabus omnium fidelium defunctorum, per manum fratris J. elemosinarii. Teste rege apud Wind' ut supra.

[*De*][1] *j. casula facienda.*—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod de samitto violetto, quem habet in custodia, fieri faciat quandam casulam decentem cum pulcris aurifragiis, ponendam in capella regis. Teste ut supra.

Clause de anno regis Henrici vicesimo octavo. xxviij.

1243.

[m. 19*d.*] Mandatum est justiciario Hybernie quod loquelam que est in curia regis coram justiciariis itinerantibus in Hybernia per breve regis inter Galfridum le Bret et Johannam uxorem ejus, petentes, et Willelmum Dundowonald', deforciantem, de tenemento in Nareth', procedere faciat per legem et consuetudinem terre Hybernie de assisa in assisam ubicumque in predicta terra assise nostre teneantur, donec per judicium curie regis[2] predicta loquela terminetur. Teste rege apud Westmonasterium xxix. die Octobris, anno regni nostri xxviij.

Mandatum est vicecomiti Hertford'[3] quod in propria persona accedat ad manerium de Wylye et per visum. [*Incomplete and cancelled.*]

[m. 18*d.*] *Norf'.*—Prior de Lewes attornavit loco suo Drogonem de Acra et Simonem de Letton' versus Robertum de Mortoft de eo quod idem prior non exigat a predicto Roberto consuetudines vel servicia etc' de tenemento in Heydon'.

[m. 17*d.* *Schedule.*] Memorandum quod rogandus est dominus Johannes Maunsel ex parte justiciarii Hibernie quod loquatur cum domino rege ad habendum custodiam terre que fuit domini Johannis le Poer, una cum maritagio ad opus Geraldi filii justiciarii, que valet apud Dunoyl in tenemento domini regis xl. libras, et de tenemento justiciarii apud Clonethe xx. libras, preter unum teodum de vasta terra in Connactia.

Item rogandus est similiter idem Johannes ex parte justiciarii quod loquatur cum domino rege ad habendum litteras domini regis domino justiciario directas quod dominus rex ei perficiet omnia ea que ei promisit et concessit[4] apud Waltam coram R. comite, fratre suo, et domino P. de Sabbaudia et domino Eboracensi archiepiscopo per Willelmum le Grant et Jacobum de Travill'.

[m. 17*d.*] Mandatum est justiciario Hybernie quod loquelam que est in curia regis inter Johannem de la Hyde querentem et Willelmum de la Lunde

[1] Worn.
[2] Substituted for 'nostre' which is cancelled.
[3] Substituted for 'Eboraci' which is cancelled.
[4] The words 'et concessit' are interlined.

1243.

deforciantem de manerio de Balibadan, ponant (*sic*) in respectum usque ad Nativitatem Sancti Johannis Baptiste.

Mandatum est vicecomiti Cornubie quod fieri faciat perambulationem inter terram Alani Biset de Trevalgath et terram Reginaldi de Boterell' in Warthaval, ita etc. Teste rege apud Walingeford', xxvj. die Decembris.

Berk'.—Priorissa de Garing' tenens attornavit Stephanum capellanum de Garinges[1] et Lucam de Garing' contra Willelmum de Sifrewast' petentem de consuetudine et servicio de tenemento in Hamsted.'

Jollanus de Nevill', Robertus de Lexinton', Rogerus de Thurkilby et Gilbertus de Preston' constituti sunt justiciarii itinerantes in comitatu Midelsex', et sunt omnia placita summonita coram eis apud Westmonasterium in crastino Sancti Hyllarii. Teste rege apud Wind', xx. die Decembris.

Mandatum est vicecomitibus Lond' quod omnia placita civitatis Lond' que summoniri debent et solent coram justiciariis apud Turrim Lond', summoneant quod sint apud prefatam Turrim a die Sancti Hyllarii in xv. dies coram Willelmo de Eboraco, Roberto Passelewe et Jollano de Nevill', qui sunt justiciarii ad hoc ad prefatam Turrim assignati,[2] sicut sumonita fuerunt coram Martino de Pateshull' et sociis suis justiciariis, quando placita illa ultimo tenuerunt,[3] et omnes illos qui ad predicta placita comparere solent et debent, et habeant ibi summonitiones et attachiamenta ad predicta placita pertinentia et breve. Teste rege apud Rading', xxviij. die Decembris.

1244.
[m. 16*d.*]

Rex vicecomiti Wigornie, salutem. Precipimus tibi quod omnes illos de comitatu tuo qui tenentur in debitis venerabili in Christo patri R. Cycestrensi episcopo, cancellario nostro, distringas ad debita illa ei solvenda, ita quod ei solvantur citra Clausum Pasche, videlicet Ricardum Strecche pro quadam carta de terra de Estwude infra manerium de Feckeham, unde debet duodecim marcas ; et episcopum Wigorniensem pro quadam carta pro pluribus feriis habendis apud Stratford', Blokel' et aliis (*sic*) unde debet xij. marcas ; Henricum Mauveysin pro quibusdam litteris patentibus, unde debet xviij., solidos et iiij. denarios ; Robertum le Noreys, Rogerum de la Hyde Philippum de Couel' et Milonem de Bello Campo pro iiij. paribus litterarum patencium quod non ponantur in assisas, unde debent lxxiij. solidos et iiij. denarios ; priorem de Stradleg' pro quadam carta quod bosci sui in foresta de Fekeham de visu forestariorum et viridariorum,[4] unde debet xij. marcas. Et ita te habeas in hoc facto quod pro defectu tui ad te nos capere graviter non debeamus. Teste rege apud Dovor', xviij. die Januarii.

---

[1] Substituted for 'Gares' which is cancelled.
[2] Interlined.
[3] The words 'Teste rege apud Rading' xxviij. die Decembris' are here cancelled.
[4] Some words (such as 'quieti sint') are omitted here.

1244.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sutht' de subscriptis distringendis, videlicet totum comitatum Sutht' ad reddendum xij. marcas pro quadam carta de libertatibus; Magistrum Galfridum cocum xij. marcas pro quadam carta de terra in Odiham; heredes Johannis Bisset xij. marcas pro quadam carta de feria et warenna in Kiderminst'; Gilbertum le Brun et Matheum filium Herberti, plegium ejusdem, xviij. solidos et iiij. denarios pro litteris patentibus de utlagaria; Herbertum filium Mathei xij. marcas pro carta de mercato et feria et libertate fugandi apud Emeleswhurth'; Fulconem de Mungumery vj. marcas pro carta de terra in Munesthorp' et Burton'; priorem Sancti Swintini Wintoniensis xij. marcas pro carta de mercato apud Hywhitther'; Gilbertum de Mubray, xij. marcas pro carta de una domo et ij. placeis in Wintonia; abbatem de Hyda xij. marcas pro carta quod boscus vocatus Linemor' deafforestetur; Magistrum Ricardum cocum xij. marcas pro carta de ij. mesuagiis in Wintonia; abbatem de Loco Sancti Edwardi xij. marcas pro j. dolio vini singulis annis habendo; eundem xviij. solidos et iiij. [denarios] pro confirmatione de manerio de Letl'.

Et vicecomiti Norht' ad distringendum W. de Ferar' xij. marcas pro carta de warenna habenda in Wudeham et Stibbing'; Dolfinum de Laucett' et W. de Ferar', plegium suum, xviij. solidos pro litteris patentibus; Galfridum de Lucy xij. marcas pro carta de mercato et feria apud Weybrug'; Robertum Dayvill' j. marcam pro carta de warenna apud Kilibrunn'.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie in quorum ballivis aliqua debita debebantur eidem cancellario pro debitoribus suis distringendis secundum quod patet in extracta rotulorum domini regis de cancellaria, que quidem extracta remanebat penes Adam de Hanifeld.

Hereford'.—Magister Alexander le Seculer attornat Andream le Seculer et Rogerum de Cinetes contra Henricum de Munemuth', Willelmum fratrem ejus et alios qui summoniti sunt coram rege in quindena Pasche ostensuri quare vi et armis etc.

Huntendon'—Robertus de Totehal' attornat Willelmum de Castello contra Nicholaum de Sancto Neodo, qui summonitus est coram rege responsurus eidem Roberto de roboria et pace regis fracta.

Johannes de Cryoyl optulit se iiij. die versus Hamonem de Brok de placito quod est coram rege de eo quod idem Hamo fregit parcum suum de Well'. Idem Hamo non comparuit et ideo consideratum est quod ponatur per meliores plegios quod sit coram rege a die Pasche in unum mensem.

[m. 15*d*.] Rex vicecomiti Devonie, salutem. Sumone per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et libere tenentes de tota balliva tua, et de qualibet villa iiij. legales homines et prepositum, et de quolibet burgo xij. legales burgenses per totam ballivam, et omnes illos qui coram justiciariis itinerantibus venire solent et debent, quod sint apud Exoniam ad diem quem Robertus de Lexinton', Rogerus de Thurkelby,

1244.

Gilbertus de Preston' et Henricus de Tracy, quos justiciarios nostros constituimus, tibi scire facient, audituri et facturi preceptum nostrum. Facias eciam venire coram eisdem justiciariis nostris omnia placita corone nostre que placitata non sunt, vel que emerserunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in partibus illis ad omnia placita, et omnia attachiamenta ad placita illa pertinencia, et omnes assisas et omnia placita que posita fuerunt ad primam assisam coram justiciariis, cum brevibus assisarum et placitorum, ita quod assise ille et[1] placita illa pro defectu tui vel summonitionis tue non remaneant. Facias eciam clamari et sciri per totam ballivam quod omnes assise et omnia placita que fuerunt atterminata et non finita, vel que fuerunt summonita coram justiciariis nostris apud Westmonasterium vel coram justiciariis nostris qui ultimo itineraverunt in comitatu tuo de omnibus placitis, vel coram justiciariis nostris illuc missis ad assisas nove disseisine capiendas vel gaiolas deliberandas, quod tunc sint ibidem coram eisdem justiciariis nostris in eodem statu in quo remanserunt per preceptum nostrum vel per preceptum predictorum justiciariorum nostrorum itinerancium vel per justiciarios nostros de Banco. Summone eciam per bonos summonitores omnes illos qui vicecomites fuerunt post ultimam itinerationem predictorum justiciariorum nostrorum in partibus illis, quod sint ibidem coram eisdem justiciariis nostris cum brevibus de assisis et placitis que tempore suo receperunt, ad respondendum de tempore suo, sicut respondere debent, coram justiciariis itinerantibus. Et habeas ibi summonitiones et hoc breve. Teste.[2]

Iidem sunt justiciarii itinerantes in comitatu Dors' apud Dorkecestr' ad diem etc. ut supra.

Postea constituti erant Rogerus de Thurkelby, Gilbertus de Preston', abbas de Shireburn' et Robertus de Bello Campo justiciarii per breve patens ad itinerandum in comitatu Devonie.

Rex vicecomiti Berk', salutem. Precipimus tibi quod facias habere Uriano de Sancto Petro blada et[3] omnia instaura sua que sunt in terris que sue fuerunt in balliva tua, et que capte sunt in manum nostram, retentis ad opus nostrum carucis et blado quantum necesse est ad terras seminandas et ad estoverium servientum nostrorum usque ad novum granum. Teste.[2]

Eodem modo scribitur vicecomiti Suff' pro Willelmo de Sancto Amando.

Eodem modo scribitur vicecomiti Noting' quod faciat habere fratri Roberto de Dive blada et omnia instaura etc. ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Hereford' pro Petronilda (*sic*) de Tony.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sussex' pro Waltero de Scoteny.

Eodem modo scribitur vicecomiti Dereb' pro Galfrido de Stokes et Matheo de Sandiacr'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sussex' pro Thoma filio Godefridi de Wincheless'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suff' pro Magistro Henrico de Gernemuth', Willelmo de Bodham, Ada filio Philippi, Henrico de Caldecotes,

---

1 Interlined and 'vel' cancelled.
2 Unfinished.
3 The words 'blada et' are interlined.

1244.

Galfrido Wyoz, Johanne filio Benedicti, Simone Asman, Roberto de Drayton', Johanne filio Roberti, Roberto Thurkild', Peregrino de Gernemuth', Willelmo Flade et Ricardo fratre ejus et Alexandro de Bodham et Ricardo Midewarde.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc' quod faciat habere priori de Lantonay blada et omnia instaura que sunt in terris quas tenuit in balliva sua etc., ut supra; et eciam quod permittat ipsum terras illas seminare.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Suff' et Sumers' pro Laurencia de Pontibus, eo excepto quod ipsa non debet terras illas seminare.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sumers', Bed' et Buck' pro Agnete de Fednes, quod faciant ei habere blada et instaura que sunt in terris que fuerunt Engerami de Fednes.

Eodem modo scribitur vicecomiti Bed' pro priore de Chikesaund' cum hac additione quod permittat ipsum priorem de blado predicto terram illam seminare.

Mandatum est vicecomiti Notingeham quod permittat homines Thome Picot de Radeclive et de Kineston' terras suas in eisdem villis excolere et seminare, et omnia instaura et catalla sua in predictis terris existencia in pace stare usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xxviij. Teste rege apud Merleberg', xxvij. die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suff' quod permittat Johannem Lancelevee terram in Brandeston' excolere et seminare etc.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sussex' quod permittat Thomam filium Godefridi de Wincheless' seminare et excolere terram in Nunnefeld'. [*Cancelled.*]

[m. 14*d.*] Roesia de Verdun attornat contra G. de Segrave et Halculfum de Nevill' de placito debiti quod est coram rege, et sunt attornati Willelmus Trussel et Johannes de Bradicote.

Rex vicecomiti Norhampton', salutem. Precipimus tibi quod permittas abbatem de Bitlesden' excolere et seminare unam virgatam et duas partes unius virgate terre in Whitefeld que sunt de serjantia quam Humfridus de Montibus tenet de nobis in capite, et quas cepisti in manum nostram quando precepimus terras de hujusmodi serjantiis alienatas in manum nostram capi, ita quod terra illa remaneat in manum nostram donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Wudestok', xxij. die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Dereby quod permittat Willelmum filium Petri de Dereby excolere et seminare ij. bovatas terre in Dereby que sunt de serjantia quam Petrus de Sandiacr' tenuit, que serjantia teneri debet de rege in capite. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem vicecomiti quod permittat abbatem de la Dale excolere et seminare ij. bovatas et xxx. acras terre in Sandiacr' et Halum, que sunt de serjantia quam Ricardus de Sandiacr' tenuit, que teneri debet de rege in capite. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norht' quod permittat Robertum de Gisn' seminare et excolere j. carucatam terre in Gaiton'. Teste rege apud Merleberg, xxviij. die Februarii. Per R. Passelewe.

1244.

Rex vicecomiti Essex', salutem. Monstravit nobis Robertus le Butiler quod tu, occasione inquisitionis quam fieri precipimus de terris Normannorum et alienigenarum, ipsum Robertum disseisivisti de terra quam tenuit in Aleford', Wokindun' et Warleg' de hereditate Aveline uxoris sue, eo quod idem Robertus oriundus fuit de partibus transmarinis. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, predicto Roberto terram suam predictam rehabere facias cum omnibus catallis et rebus suis in predicta terra inventis. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Marcii.

Rex vicecomiti Buk', salutem. Ostensum est nobis ex parte Johannis de Ilmere quod cum idem Johannes tenuisset quandam terram in Illemere de priorissa de Stodleg', quam Radulfus filius Bernardi, qui terram illam tenuit de nobis in serjantia, dederat jampridem eidem priorisse in puram et perpetuam elemosinam, ut dicitur, tu, occasione precepti nostri quod tibi fecimus de inquisitione facienda de serjantiis nostris in balliva tua alienatis, prefatum Johannem inde[1] disseisivisti. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, predicto Johanni de predicta terra plenam seisinam rehabere facias, et si quid de bladis vel aliis catallis ipsius Johannis ea occasione cepisti, id ei sine dilatione reddat (*sic*). Teste ut supra.

Abbatissa de Tarent' attornavit fratrem Willelmum de Tarent' et Adam de Welleford' contra Johannem le Gentil de Gessich' in loquela que est coram rege de pace regis fracta.

Prior Hospitalis attornavit Robertum le Deveneis et Willelmum Joindre versus Willelmum de Ebroicis in loquela que est coram rege de quadam carta injuste detenta.

[m. 13*d.*] Memorandum quod ita convenit inter Artaldum de Sancto Romano et Walterum de Bristollo, videlicet quod idem Walterus finem fecit cum eodem Artaldo per xxxviij. marcas et dimidiam pro debito quod idem Artaldus ab eodem Waltero exigebat, de quibus reddet ad Pascham anno regni domini H. regis xxviij. decem marcas, et ad festum Sancte Trinitatis proximo sequens xxviij. marcas et dimidiam, et idem Walterus concessit quod si eosdem terminos non observaverit, episcopus Exoniensis faciat[2] pecuniam illam de catallis et rebus que idem Walterus habet in beneficio suo ecclesiastico in eadem diocesi ; et eciam concessit quod vicecomes Devonie distringat ipsum per terras et catalla sua que habet in eodem comitatu ad pecuniam predictam eidem Artaldo ad terminos predictos reddendam.

Mandatum est majori et ballivis Wintonie quod honesto modo et sine violencia ammoveri faciant Magistrum Galfridum de Fering' qui se gerit in civitate Wintonie et extra pro officiali W. de Radl' episcopi et vice ipsius utitur jurisdictione ordinaria. Teste rege apud Clarendon', ix. die Marcii.

---

[1] Repeated in MS.
[2] A word such as 'levari' is apparently omitted here.

1244.

Plegii Benedicti Russel Philippus filius Eve, Walterus Aselat, Galfridus Algar, Johannes Huse, Willelmus Mire, Laurencius le Provost. Capitalis plegius Thomas persona de Fontel'.

Rex vicecomiti Berk', salutem. Quia Ulianus (*sic*) de Sancto Petro nunquam dicessit a fide et servicio nostro, tibi precipimus quod ei de tota terra sua cum pertinenciis in balliva tua, unde disseisitus fuit occasione precepti nostri quod tibi fecimus de inquisitione facienda de terris Normannorum, plenam seisinam ei habere facias, et si quid de terra predicta cepisti, id ei reddi facias. Teste.[1]

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' pro Engeramo de Merk'.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Eboraci, Suff' et Rotelaund' pro Nicholao de Bolevill'.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norhumbrie, Linc', Norht', Cantebr' et Huntend', Essex et Hertford', Norf' et Suff', pro Johanne de Bailloll'.[2]

Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que fuit coram eis inter Aliciam que fuit uxor Hugonis de Mortuo Mari, querentem, et Isabellam de Mortuo Mari, deforciantem, de dote ipsius Alicie in Lechlade et Beauton', et que remansit in eadem curia per preceptum regis, resummoneri faciant in eodem statu quo remansit, et eidem Alicie secundum tenorem brevium regis de dote plenam justiciam exhibeant, accepta securitate ab eadem Alicia quod si predictam dotem recuperaverit, et omnes terre ipsius Isabelle post mortem suam reverti debeant ad regem tanquam excaeta sua, dicta dos similiter sine reclamatione ejusdem Alicie ad regem revertatur. Teste rege apud Windes', xviij. die Marcii.

Cum inter libertates quas rex concessit abbati et conventui Westmonasteriensibus, concesserit eis quod quieti sint in omnibus comitatibus Anglie de hidagio et visu franci plegii, mandatum est vicecomiti Buk' quod averia hominum suorum de Cipeham, de Estburnham, de Dilhirst et de Bretewell', que cepit pro hidagio et visu franci plegii, eis deliberari faciat, decetero ab eis non exigens vel exigi permittens hidagium vel visum franci plegii vel aliquid contra libertates eis a predecessoribus regis concessas. Teste.[1]

Rex vicecomiti Norht', salutem. Precipimus tibi quod, sicut te ipsum et omnia que habes diligis, diligenter inquiras per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu tuo quas terras et que tenementa archiepiscopi, episcopi, abbates, priores et alii viri religiosi transmarini teneant in balliva sua, et omnes terras illas et tenementa per eosdem inquisitores extendi facias quantum valeant terre predicte instaurate omnimodis instauris et quantum deinstaurate, et extentam illam distincte et aperte in scriptis redactam et in inquisitionem predictam insertam sub sigillis eorundem inquisitorum nobis sine dilatione mittas et hoc breve. Diligenter eciam inquiras per sacramentum

[1] Incomplete.
[2] Substituted for 'Baiocis.'

1244.

eorundem qui comites vel barones, milites, viri religiosi vel alii de regno nostro Anglie aliquas terras habeant de terris Normannorum vel alienigenarum in balliva tua, exceptis terris illis que capte sunt in manum nostram per aliam inquisitionem quam de terris Normannorum fieri fecisti per preceptum nostrum, provisurus quod predicti archiepiscopi, episcopi et viri religiosi transmarini nec alii de regno nostro disseisientur vel aliquod dampnum incurrant de hujusmodi terris vel rebus suis occasione harum inquisitionem vel hujusmodi extente, donec a nobis aliud habueris preceptum. Teste rege apud Windes', xxij. die Marcii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Rex vicecomiti Norht', salutem. Precipimus tibi quod per totam ballivam tuam et in singulis bonis villis ballive tue clamari facias et ex parte nostra firmiter prohiberi super gravem forisfacturam nostram ne aliquis de regno nostro lanam vendat mercatoribus alienigenis vel aliis ducendam extra regnum nostrum sine speciali licencia nostra. Facias eciam clamari et in singulis bonis villis ballive tue quod quicumque mercatores de quacumque terra conqueri voluerint de quacumque tolta vel injuria eis facta in regno nostro hac ultima guerra habita inter nos et regem Francie, accedant ad nos querelam suam coram nobis deposituri, et nos singulis et universis celerem et plenam justiciam faciemus exhiberi. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Marcii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

[m. 12*d.*] Rex Akenwillo de le Sparr', salutem. Recens memoria quam continue tenemus in animo nostro de fideli servicio quod nobis impendistis oculis nostris videntibus, cum essemus in terra nostra Wasconie, jocundos nos efficit et de fidelitate vestra plenius confidentes. Non dubitamus enim quin affectionem quam circa nos excercuistis in presencia nostra, nobis absentibus continuare velitis. Hinc est quod fidelitatem vestram duximus confidenter exorandam, licet ipsam non dubitemus satis esse rogatam, quatinus dilecto et fideli nostro Nicholao de Mol', senescallo nostro Wasconie, ad negocia nostra feliciter in partibus illis expedienda viriliter assistere et consilium et auxilium more solito efficaciter impendere velitis, ita quod sicut ex preterito servicio vestro nobis impenso vobis sumus astricti ad condignam remunerationem, sic et ex futuro vobis forcius astringamur, quum inter omnes fideles nostros dominationi nostre subjectos de vobis et aliis probis hominibus nostris Wasconie firmiorem gerimus fiduciam, et fortiori dilectione amplexamur. Et quia audivimus quod rex Navarre proponit invadere terram nostram Wasconie, vobis mandamus et rogamus attente quatinus sicut nos diligitis, et in fide qua nobis tenemini, omnem diligenciam quam poteritis, apponatis ad defensionem terre nostre predicte unacum senescallo nostro, cui consilium et auxilium ad hoc efficaciter impendatis, ita quod honor noster et vester plenius conservetur vestra diligencia mediante, quam debeamus specialiter commendare, et vobis et vestris ad benefaciendum astringi. Teste.[1]

Eodem modo scribitur omnibus baronibus Wasconie.

[1] Incomplete.

1244.

Mandatum est Roberto de Lexinton' quod recordum assise nove disseisine que summonita fuit et capta coram eo per preceptum regis inter Simonem de Seynt Luz et Annam uxorem ejus, querentes, et Robertum de Colevill', deforciantem, de tenemento in Kacham, regi mittat sub sigillo suo inclusum simul cum brevi originali illius assise. Teste.[1]

P. Herefordensis episcopus petit attornare loco suo Philippum de Wilinton' contra ballivos Glouc' de consuetudinibus quas ab eo exigunt contra libertates suas.

Abbas de Cultura attornat loco suo fratrem Willelmum de Toyry vel Thomam prepositum de Wulfeston' contra Paulinum Peyvr' de placito conventionis.

Quia rex concessit per cartam suam abbati et monachis Westmonasteriensibus quod ipsi habeant et[2] per manum ballivorum suorum capiant omnes fines et omnia amerciamenta sua et hominum suorum de quacumque causa evenerint coram justiciariis vel aliis ballivis regis et eciam catalla fugitivorum et dampnatorum suorum, et annum et diem eorundem fugitivorum et dampnatorum; et eciam misericordias et fines comitatuum, mandatum est vicecomiti Middelsex' quod sine omni dilatione et impedimento permittat ballivos ejusdem abbatis capere per manum suam ad opus ejusdem abbatis omnes fines et ammerciamenta sua et hominum suorum ad que ammerciati fuerint coram justiciariis ultimo itinerantibus in eodem comitatu, sive alia amerciamenta et fines ad que quocumque tempore amerciati fuerint, et eciam catalla dampnatorum et fugitivorum suorum, et annum et diem eorundem, et eciam fines et misericordias comitatus sui, sicut predictum est, nec decetero de hiis se intromittat. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Aprilis.

Mandatum est vicecomiti Berk' quod faciat habere Roberto de Gisn' talem seisinam de terris suis in balliva sua quas cepit in manum regis occasione precepti regis ei directi de terris alienigenarum in manum regis capiendis, qualem inde habuit ante captionem illam una cum omnibus catallis et rebus in predicta terra inventis, et si quid inde ammotum fuerit, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Essex', Glouc', Bed' et Norht'.

Rex vicecomiti Oxonie, salutem. Litteras R. Lincolniensis episcopi nuper suscepimus continentes quod abbati de Osen', priori Sancte Fredeswidi et Waltero officiali archidiaconi Oxonie liberari faceremus loco ipsius episcopi clericos prisones et scolares qui capti sunt et in prisona nostra detenti tam in castro nostro Oxonie quam in villa Oxonie pro roberia Judaismi Oxonie. Et quia volumus eidem episcopo in hac petitione sua satisfacere, tibi precipimus quod omnes predictos scolares prefatis abbati et priori loco ipsius episcopi liberari

[1] Incomplete
[2] Interlined.

1244.

facias, et postquam ipsos eis liberaveris, prisonam nostram castri Oxonie eisdem abbati et priori similiter loco ipsius episcopi habere facias de prestito ad prisones ipsos custodiendos quamdiu prisones ipsi fuerint in custodia ipsius episcopi. Teste rege apud Wind', xv. die Aprilis.

Rex vicecomiti Norhampton', salutem. Precipimius tibi quod sicut te ipsum et omnia tua diligis, omnes illos in balliva tua qui habent xx. libratas terre, distringas ad se milites faciendos citra Nativitatem Sancti Johannis Baptiste proximo futuram, sciturus pro certo quod si pro munere vel aliqua occasione aliquam relaxationem eis feceris vel aliquem respectum dederis, nos ita graviter ad te capiemus quod omnibus diebus vite tue te sencies esse gravatum. Teste rege apud Wind', xiiij. die Aprilis.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Rex vicecomiti Norhampton', salutem Precipimus tibi quod clamari et firmiter prohiberi facias per totam ballivam tuam, scilicet per civitates, burgos et alias bonas villas, quod nullus mercator decetero mutuo det pecuniam pro aliquo lucro vel super penam, et si quem mercatorem inveneris in balliva tua qui postquam publice prohibitum fuerit, mutuo det pecuniam, tunc ipsum debitum in manum nostram capias et corpus ipsius mercatoris sine dilatione coram nobis venire facias. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Rex vicecomiti Norhampton', salutem. Quia omnes de regno nostro velle debent quod salva sint nobis jura nostra et libertates ad coronam nostram pertinentes, sicut suis libertatibus a predecessoribus nostris eis indultis sub ala regie justicie volunt guadere, tibi precipimus quod non permittas quod aliquis de balliva tua utatur aliquibus libertatibus que ad coronam nostram pertinere dinoscantur, nisi habuerit inde sufficiens warentum de nobis vel predecessoribus nostris, regibus Anglie, vel per antiquam tenuram habeat hujusmodi libertates, et nisi ille libertates usitate fuissent usque parleamentum de Rumened' quod fuit inter dominum J. regem, patrem nostrum, et barones suos Anglie. Nec eciam permittas quod aliquis de balliva tua teneat placitum de namio vetito quod specialiter pertinet ad coronam nostram, nisi similiter super hoc sufficiens habuerit warantum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis inter Johannem Episcopum, canonicum Herefordensem, et Magistrum Alexandrum le Seculer, ponant in respectum usque ad reditum ipsius Alexandri a curia Romana in Angliam in eodem statu in quo nunc est. Teste rege apud Windes', xviij. die Aprilis.

Mandatum est vicecomiti Westmerl' quod, sicut se ipsum et omnia que habet diligit, et sicut vult se et heredes suos conservari indempnes, non permittat aliquem alienigenam transire per ballivam suam versus partes Scocie. Et si ita contingat quod aliquis talis

1244.
inveniatur transitum faciens versus partes predictas secum deferens arma vel litteras de quibus aliqua suspitio possit haberi, ipsum arestet et ipsum cum armis et litteris cum eo inventis sine dilatione ad regem mittere non omittat, et ita se gerat in hoc mandato exequendo ne ad exeredationem suam et suorum graviter se rex ad eum capere debeat. Teste rege apud Windes', xx. die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Eboraci, Cumbrie, Lanc'.

Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Precipimus tibi quod per totam ballivam tuam diligenter explorari facias si quis de partibus transmarinis sive miles sive mercator sive aliqua persona extranea transitum faciat versus partes Scocie, vel aliquis de partibus Scocie versus partes transmarinas, et si quem hujusmodi militem, mercatorem vel aliam personam extraneam contingat inveniri cum armis vel litteris de quibus justa possit haberi suspitio, ipsum ad nos venire facias. Si vero aliquis talis transitum fecerit versus partes predictas, vel inde venerit versus partes transmarinas sine litteris et armis, ipsum moneas et inducas quod ad propria revertatur, et si forte id facere noluerit, ipsum arestari facias, donec aliud a nobis inde receperis mandatum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Middelsex', Surr' et Sussex', Kancie, Westmerel', Noting' et Dereb', Norht', Lanc', Norhumbrie, ballivis de Blye (*sic*), Cantebr' et Huntendon', Norff', Suff', Linc', Bed' et Buk', ballivis de Novo Castro super Tinam, maiori et ballivis Eboraci, Cumbrie, Westm', ballivis Karleoli, Leyc' et War', ballivis de Dunewic' et de Gernem'.

Eodem modo scribitur B. de Cryoyl et Drogoni de Barentin, scilicet de eodem negocio set sub alia forma.

Rex vicecomiti Sutht', salutem. Scias quod assignavimus G. de Segrave, justiciarium foreste, Galfridum de Langel' et Laurencium de Sancto Albano ad inquisitionem faciendam de quibusdam certis articulis nos et forestam nostram contingentibus, sicut plenius eis injunximus, ita quod negocium illud incipiant in comitatu tuo apud les Yvez in Nova Foresta nostra die Lune in crastino Apostolorum Philippi et Jacobi. Et ideo tibi precipimus quod in fide qua nobis teneris, et sicut te ipsum diligis, venire facias coram eis predictis die et loco et al[i]bi in aliis forestis nostris de balliva tua, sicut iidem fideles nostri tiri dicent, tot liberos et legales homines de balliva tua quot sufficere poterunt ad predictam inquisitionem certius faciendam, et tales per quos rei veritas melius sciri poterit de hiis que ab eis inquirentur. Scire eciam facias omnibus forestariis de feodo et viridariis de predicta foresta quod tunc sint ibi, facturi de predicto negocio quod eis dicetur ex parte nostra. Taliter autem et tam[1] diligenter te habeas in hoc facto quod predictum negocium per defectum tui non remaneat, et quod ad te et predictos homines de balliva tua qui predicte inquisitioni interfuerint, si aliquid omissum fuerit per defectum eorum de negocio predicto, nos graviter capere non debeamus, et quod non solum in te et ipsos set in heredes vestros pena non debeat redundare. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Aprilis.

[1] Interlined.

1244.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Surr', Wilt', Sumers', Dors' Berk', Devonie et Oxonie quod venire faciant coram predictis fidelibus regis diebus et locis quos eis scire facient, tot liberos et legales homines etc.

Jeremias de Kaxton', Ricardum[1] de Clifford' et Thomas de Newerk' assignati sunt ad consimilem inquisitionem faciendam in comitatibus Glouc', Essex', Hereford', Stafford' et Salopie, Huntendon', Wigornie, Roteland', et incipient negocium illud in comitatu Glouc' die Lune in crastino apostolorum Philippi et Jacobi apud Newenham. Ceteris autem vicecomitibus scribitur quod venire faciant coram predictis fidelibus regis diebus et locis quos eis scire facient, tot liberos et legales homines etc. ut supra.

Mandatum est vicecomiti Sutht' quod in propria persona accedat ad terram H. de Bohun, comitis Essex' et Hereford', in Estrop' et ad terram Roberti de Sancto Johanne in Lyokepec, et per sacramentum discretorum et legalium militum de comitatu suo fieri faciat perambulationem etc.

[m. 11*d.*] Quia regi constat quod R. quondam Cycestrensis episcopus, cancellarius regis, perdonavit Thome le Barbur xij. marcas ei debitas de quadam carta regis, mandatum est vicecomiti Oxonie quod pro predictis xij. marcis ipsum decetero non distringat. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wigornie pro Ricardo de Estrethe, et vicecomiti Sutht' pro Galfrido de Bathonia, coco.

Rex N. Dunelmensi episcopo, salutem. Mandamus vobis rogantes quod neque occasione adventus B. Cantuariensis electi, cui ob nostram reverenciam et ejus honorem occurrisse proposuistis, neque occasione alicujus summonitionis nostre seu questionis vobis hactenus facte, a partibus vestris vos versus partes transferatis australes, set ad securitatem nostram et vestram et ad tuitionem parcium vestrarum in eisdem propter quorundam insidias de quibus ad vos rumor satis manifeste, ut credimus, pervenit, remaneatis donec habitis cum fidelibus nostris tractatu pleniore et certitudine evidenti, aliud vobis duxerimus significandum. Nos autem super omni summonitione et questione vobis facta vos interim conservabimus indempnes. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Aprilis.

Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Devonie quod omnes loquelas et omnia placita tangencia Nicholaum de Bolevill' qui profectus est in nuncium regis ad partes transmarinas, ponant in respectum usque ad quindenam Sancti Michaelis anno etc. xxviij. Teste rege apud Rading', x. die Maii.

Eodem modo scribitur eisdem de omnibus loquelis motis coram eis tangentibus B. comitem Devonie ponendis in respectum usque ad octabas Sancte Trintitatis.

[1] *Sic* in MS.

1244.

Prior de Stodleg' satisfecit executoribus testamenti R. quondam Cycestrensis episcopi, cancellarii regis, de xij. marcis in quibus eidem cancellario regis tenebatur pro quadam carta. Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod ipsum decetero propter hoc non distringat set pacem ei inde habere permittat. Teste rege apud Rading', xij. die Maii.

Rex prorogavit placitum quod fuit coram rege inter dominum Lincolniensem et dominum Wigorniensem episcopos et Magistrum Eudonem de Kilkenny, qui sequitur pro rege,[1] de placito[2] attachiamenti cujusdam prohibitionis in crastino Ascensionis Domini usque ad quindenam Sancte Trinitatis.

Rex W. de Eboraco, preposito Beverlacī, et Henrico de Bathonia, salutem. Quia intelleximus quod vos mandaveratis vicecomiti nostro Hereford' ad capiendum Cok filium File, Judeum Hereford', tanquam falsarium et retuntorem denariorum, et idem Judeus venit ad curiam nostram apud Rading' querens subterfugium captionis sue, nos ipsum Judeum fecimus arestari, ad vos mittentes eundem, ut vos super eo quod ei imponitur, secundum quod videritis expedire, faciatis.[3] Teste rege apud Rading', xij. die Maii.

Rex vicecomiti Norhampton', salutem. Precipimus tibi quod non obstante precepto nostro quod nuper tibi fecimus ne permitteres lanas vendi alicui deferendas extra regnum nostrum, permittas tam viros religiosos quam alios de balliva tua lanas suas vendere quibuscumque voluerint, tam mercatoribus transmarinis quam cismarinis, deferendas sine impedimento quo voluerint. Teste rege apud Rading', xiiij. die Maii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Rex baronibus suis Dovor', salutem. Quia propter quasdam transgressiones et injurias nobis illatas a rege Scocie ulciscendas, nisi eas emendare voluerit, necesse habemus tendere usque partes boreales, et in presenti negocio nostro indigeamus consilio et auxilio, et propter fidele servicium vestrum predecessoribus nostris et nobis hactenus impensum spem habeamus indubitatam quod nos in tanta necessitate juvare velitis cum effectu, fidelitatem vestram rogamus quantum possumus, affectuose quatinus habita deliberatione cum baronibus nostris ceterorum portuum provideatis adinvicem quod auxilium et consilium nobis in hac parte duxeritis faciendum preter hoc quod nos ad custum nostrum faciemus in hac parte, et hoc sine more dispendio significetis Bertramo de Cryoyl', cui injunximus quod id nobis non differat intimare. Cum autem incontinenti preceperimus duas bonas naves et iij. galias exkipparri[4] ad denarios nostros, vobis mandamus rogantes quod provideatis tam de portu vestro quam de aliis portubus quibus idem mandavimus, bonam gentem et bonos marinellos, probos

1 The words ' qui sequitur pro rege ' are interlined.
2 The word ' proh ' (unfinished) is here struck out.
3 The words ' quod videritis expedire, faciatis ' are interlined, and the following struck out :—' legem terre faciatis justiciam exhiberi, et interim constabulario Turris Lond' liberetur.'
4 *Sic* in MS.

1244.

et fideles, de quibus confidere possimus quod laborare velint ad honorem nostrum, ad dictas naves et galias exkippandas. Ceterum vobis mandamus quod non permittatis aliquem[1] navem exire a portu vestro causa mercandizandi vel ob aliam causam donec de statu nostro[2] et prefati negocii nostri fueritis certiorati. Teste.[3]

Eodem modo scribitur baronibus ceterorum portuum.

Rex vicecomiti Oxonie, salutem. Precipe Andream le Blund quod juste et sine dilatione warantizet Willelmo Pipard terciam partem xij. libratarum terre in Hybernia in honore de Duuelek', quam habet ex dono predicti Andree per cartam suam et quam Margeria de Lacy clamat versus ipsum Willelmum in curia nostra Dublun' per breve nostrum de dote, et unde idem Willelmus in eadem curia nostra vocavit predictum Andream ad warantum, et qui non habet in Hybernia tenementum unde terram illam ei warantizare possit, ut dicitur. Et nisi fecerit, summone etc. predictum Andream quod sit coram justiciariis apud Westmonasterium in octabis Sancti Johannis Baptiste etc.

Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Mandamus vobis quod loquela que est coram vobis inter Samuelem filium Ysaac de Norwico, Judeum, et dilectum nobis Ricardum de Clar' quem mittimus ad partes Wallie pro arduis negociis nostris, ponatis in respectum usque in tres septimanas a die Sancti Michaelis anno regni nostri vicesimo octavo. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxij. die Maii anno eodem.

Mandatum est vicecomiti Essex' quod permittat Rogerum de Munchanesy habere respectum de armis capiendis usque ad festum Omnium Sanctorum anno etc. xxix. Teste etc.

Mandatum est Rogero de Thurkelby quod in proximo reditu suo de partibus Devonie per comitatum Sumers' capiat assisam nove disseisine quam abbas de Shireburne arramiavit versus Ricardum le Bere de tenemento in Crofton', quia mandatum est vicecomiti Sumers' quod ad diem et locum quibus idem Rogerus ei scire faciet quod ad hoc vacare poterit, assisam illam coram eo venire faciat. Teste.[3]

Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Dors' quod omnes loquelas tangentes Johannem Mautravers quem rex misit ad partes Wallie in servicium suum, ponant in respectum usque in quindenam Sancti Michaelis, exceptis placitis de dote, unde nichil habet, et assisis nove disseisine et ultime presentationis. Teste.[3]

Memorandum quod die Lune proxima post octabas[4] Sancte Trinitatis anno regni domini H. regis, filii regis Johannis, xxviij. apud Westmonasterium Mauricius filius Geroldi, justiciarius Hybernie, fecit homagium W. Marescallo, comite Penbrok', de omnibus terris et tenementis que de eo tenere debet in Hybernia, et fidelitatem ei inde

---

1 *Sic* in MS.
2 Substituted for ' vestro,' which is struck out.
3 Incomplete.
4 Interlined, and ' festum ' struck out.

1244.

fecit, salva domino regi et heredibus suis ligencia ipsius Mauricii. Et decetero remanebunt ligencie omnium tenentium de eodem Marescallo et heredum suorum in Hybernia ipsi domino regi et heredibus suis, et eidem Marescallo et heredibus suis remaneant homagia eorundem tenentium.

Mandatum est vicecomiti Cumber' quod non distringat Ricardum le Sauvage ad se militem faciendum nisi plene habeat xx. libratas terre, et si habeat xx. libratas terre, respectum ei inde habere permittat usque ad Natale anno etc. xx. nono. Teste.[1]

Similem respectum habet Radulfus de Besevill' usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxix. Teste.[1]

[m. 10*d*.] Mandatum est vicecomiti Notingeham et Dereby quod permittat Robertum Tuschet habere respectum de armis capiendis usque ad Natale anno etc. xxix. Teste.[1]

Eodem modo scribitur vicecomiti Hunt' pro Johanne de Letelbir' de respectu habendo de milicia sua usque ad Pascham anno etc. xxix.

Rex vicecomiti Norhumbrie, salutem. Quia volumus quod clerici qui nostris sunt detenti obsequiis potioris sint conditionis quam alii, tibi precipimus quod non obstante mandato nostro quod tibi fecimus de ipsis distringendis de balliva tua ad arma capienda qui habent xx. libratas terre vel feodum militis integrum, non distringas Rogerum de Whitcestr' qui in obsequio W. de Eboraco, prepositi Beverlaci, laudabiliter se gerit, ad arma capienda donec a nobis[2] speciale super hoc habueris mandatum. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Junii.

Mandatum est Ricardo de Clifford' et Thome de Newerk' quod quia Willelmus Burdet implacitat Rogerum de Sumery per breve regis coram justiciariis de Banco de chacia sua de Pensnet quam afforestavit, ut dicitur, ponant in respectum inquisitionem quam rex de predicta chacia eis injunxit faciendam, donec placitum illud inde terminetur. Teste.[1]

Rex dedit respectum Roberto de Kaunvill' de armis capiendis donec rex aliud inde preceperit, et mandatum est vicecomiti Kancie quod ipsum ad arma capienda non distringat. Teste.[1]

Rex dedit respectum Willelmo de Iseny, vadletto Eboracensis archiepiscopi, ad instanciam ipsius archiepiscopi, de armis capiendis usque ad Pascham anno etc. xxix. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod ipsum interim non distringat. Teste.[1]

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' et Herteford' pro Willelmo le Bretun.

[1] Incomplete.
[2] The words 'a nobis' are interlined.

1244.

Middelsex'.—Consimilem respectum habet Rogerus de Bachewurth' ad instanciam P. Peyvr'.

Linc'.—Consimilem respectum habet Nicholaus Quatremars usque Natale.

Pars Roberti de Tateshale.—Rex vicecomiti Norf' et Suff', salutem. Scias quod servicium feodorum trium militum que heredes Willelmi de Veautre tenent in Brunham, et unius feodi et quarte partis unius feodi que heredes Christiane de Maundevill' tenent in Dersingeham et Sindringeham, et trium partium unius feodi quod Warinus filius Geroldi tenet in Hadeschestok' et Freton', et dimidii feodi quod Wydo de Barcston' tenet in Barcston', et sexte partis feodi unius militis quod Ricardus Gernagan tenet in Brethenan, et unius feodi quod Galfridus de Gatestorp tenet in Gatestorp, et quarte partis feodi unius militis quod Willelmus de Seinges tenet in Berewik, et undecim feodorum militum et dimidii que Warinus de Munchenesy tenet in Holcham, Helinton, Wramplingeham, Newenton', Meauton', Bliford', Hekingeham, Gerodesham, Revesham, Apeton', Quideham, Saxlingeham, Sparham, Stivekeye et Parva Meauton', et feoda trium militum que Henricus de Selton' tenet in Selton', et feoda duorum militum que Egidius de Wachesham tenet in Toringeton, et feodum unius militis quod Willelmus Rusteng tenet in Kengeham, Scnetesham et Wymundeham, quod quidem servicium predictorum Henrici, Egidii et Willelmi assignatum est Isabelle comitisse Arundell' in dotem, et post decessum ipsius comitisse revertentur ad Robertum filium Roberti de Tateshale, assignata sunt eidem Roberto in partem ipsius que ipsum contingit de feodis militum que tenebantur de H. quondam comitis Arundell' unde idem Robertus unus est heredum predicti comitis, una cum advocationibus ecclesiarum de Rydon' et de Stanho post mortem predicte comitisse. Et ideo tibi precipimus quod distringas predictos Willelmus de Veautr', heredes Christiane de Maundevill', Warinum filium Geroldi, Wydonem de Barkeston', Ricardum Gernagan, Galfridum de Gatestorp, Willelmum de Senges et Warinum de Montechenes' quod faciant predicto Roberto homagium de feodis predictis et decetero de servicio suo ei sint intendentes et respondentes, et distringas Henricum de Selton', Egidium de Wachesham et Willelmum Rusteng quod[1] de feodis predictis que assignata sunt predicte comitisse in dotem, faciant predicto Roberto homagium, et post decessum ipsius comitisse de servicio suo eidem Roberto sint intendentes et respondentes. Teste me ipso apud Westmonasterium, j. die Junii.

In comitatu Linc' servicium feodorum iiij. militum quod Jollanus de Hamby tenet in Hamby, Weleton', Schlotheby, Utterby et Thurkelb', que assignata sunt Isabelle comitisse Arundell' in partem dotis sue, post decessum ipsius comitisse assignata sunt eidem Roberto in partem que eum contingit etc'. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod distringat ipsum Jollanum ad faciendum homagium dicto Roberto de feodis predictis et quod post mortem dicte comitisse de dicto servicio eidem Roberto sit intendens et respondens. Teste ut supra.

1 Interlined.

1244.

In comitatu Leic' servicium iij. parcium feodi unius militis quod Ricardus Puterel tenet in Hauton' et Cotes, et servicium quarte partis feodi unius militis quod Robertus de Shepegh' tenet in Smetheby,[1] assignata sunt eidem Roberto in partes[2] suam que eum contingit de feodis militum que tenebantur de H. quondam comite Arundell', unde idem Robertus est unus heredum predicti comitis. Et mandatum est vicecomiti Leyc' quod ipsos distringat quod faciant predicto Roberto homagium de feodis predictis, et quod de servicio suo ei decetero intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

In comitatu Essex' advocatio ecclesie de Parva Waltham assignata est eidem Roberto in partem suam quem[2] eum contingit, de advocationibus ecclesiarum que fuerunt H. etc. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod ipsum Robertum advocacionem dicte ecclesie in pace possidere permittat. Teste ut supra.

I[n] comitatu Norht' servicium feodi dimidii militis quod Willelmus de Fort', comes Albemarl', tenet in Rudestun', assignatum est eidem Roberto etc. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod ipsum distringat etc. Teste ut supra.

In comitatu Sussex' servicium feodorum quinque militum que Walterus de Dunstanvill' tenet in Bering', Delington, Gortinton', Gretham et Helmer', et servicium vicesime partis feodi unius militis quod Johannes de la Grave tenet in la Grave, assignata sunt eidem Roberto etc. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod ipsos distringat etc. et quod de servicio suo ei sint intendentes et respondentes. Et distringat Willelmum Anguillun de servicio trium militum quod tenet in Notteburn'. Merdon et Burch'; et Johannem de Montibus et Willelmum Avenel de servicio dimidii feodi in Blesham; et Robertum de Giros de servicio feodi unius militis quod tenet in Stok; et Thomam le Blund et Itarium de Sandwill' de feodo dimidio militis quod tenet in Westden' et Chelegrave, que assignata sunt I. comitisse Arundell' in partem dotis sue, quod faciant predicto Roberto homagium de feodis predictis, et post decessum predicte comitisse, ei de servicio suo intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

In eodem comitatu tenuit Matheus Hoese feoda iij. militum de H. quondam comite Arundell', quorum servicium assignatum est eidem comitisse. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod distringat eundem Matheum quod faciat eidem Roberto homagium etc.

Pars Johannis filii Alani.—In comitatu Sussex' assignatum est Johanni filio Alani qui [est] unus heredum H. quondam comitis Arundell', servicium feodorum decem et novem militum que Willelmus de Percy tenet in Putteworth, Tulinton', Sutton', Duneketon', Hesset', Stedeham, Cockinges, Seleham, Wlenchemere, Tretue, Stopham, Cotes, Lynces, Berlovinton et Bletham, cum advocatione ecclesie de Burn' et vicariarum Esden' et Sengelt',[3] et servicium feodorum

[1] In the margin opposite the line in which the word 'Smetheby' occurs, is written 'Dereb'.'
[2] *Sic* in MS.
[3] The words 'cum advocatione . . . Sengelt'' are interlined.

1244. trium militum que Savaricus de Boun tenet in Midherst, Fordres, Rustinton', Climpinges, Paling', Wenham', Tratinton', Demeford et Dedeling'. Et in eodem comitatu post decessum Isabelle comitisse Arundell' assignatum est ei servicium feodi unius militis quod Willelmus de Dyve tenet in Merlirs et Grafham', et servicium feodorum duorum militum que Robertus de Vylers tenet in Codelawe et Treford, et servicium feodi unius militis quod Petrus de Hotot tenet in Leministre et Sepewyk, et servicium feodi unius militis et tercie partis feodi unius militis in Strethampton', et servicium feodi dimidii militis quod Walterus de Cherleton' tenet in eadem villa, et servicium feodi dimidii militis quod Johannes de Gatesden' tenet in la Grave. Et post decessum ejusdem comitisse assignatum est eidem Johanni in comitatu Oxonie servicium quarte partis feodi unius militis quod Radulfus de Pratell' tenet in Tywe.

In comitatu Buk' assignatum est Johanni filio Alani servicium feodi unius militis quod Hugo de Verly tenet in Woketon' et post decessum predicte comitisse assignatum est eidem servicium de tribus partibus feodi unius militis quod Robertus Bataile tenet in Embreton.

In comitatu No[r]hamp' assignatum est predicto Johanni servicium feodi dimidii militis quod Clemens de Budinton' tenet in eadem villa, post decessum predicte comitisse.

In comitatu Warwyk' assignatum est predicto Johanni servicium feodi unius militis quod Willelmus Hardredeshull' tenet in eadem villa, et servicium quarte partis feodi unius militis quod Walterus Langelif tenet in Halespad'.

In comitatu Leyc' servicium feodi j. militis quod Hugo de Dileswurth' tenet in Dileswurth' et servicium sexte partis feodi j. militis quod Roesia de Verdun tenet in Freseby et Querendon', assignata sunt eidem Johanni etc. Et distringat Rogerum de Hausted' de quarta parte feodi unius militis quod tenet in Kingeswurth' quod assignatum est predicte comitisse etc., quod faciat eidem Johanni etc. Teste ut supra.

In comitatu Norf' servicium feodi j. militis quod Thomas de Bavent tenet in Bestorp', et servicium feodorum ij. militum que Radulfus de Bukeham et Nicholaus de Shireford' tenent in Sniterton' et Herling', et servicium feodi j. militis quod Willelmus de Seynges tenet in Seinges, et servicium quarte partis feodi j. militis quod Augerus de Rising' tenet in Ridmere, et servicium decime partis feodi j. militis quod prior de Wimundeham tenet et Basilius Not' tenet in Norwotton', assignata sunt eidem Johanni etc. Et distringat Thomam de Grimeston' de feodis ij. militum que tenet in Grimeston', Docking' et Burnham ; et Ranulfum de Ho de feodo j. militis quod tenet in Shotesham, et Hubertum Hakun de feodo dimidio[1] militis quod tenet in Snetesham ; et Adam de Verly de feodo dimidio militis quod tenet in Hulmo, que assignata sunt eidem comitisse etc. quod faciant eidem Johanni homagium etc. Teste ut supra.

---

[1] Interlined and ' j ' struck out.

1244.
[m. 9d.] In comitatu Oxonie servicium quarte partis feodi j. militis quod Radulfus de Pratellis tenet in Tywe, quod assignatum est eidem comitisse etc., assignatum est eidem Johanni etc. post decessum ejusdem comitisse etc.

Pro Rogero de Sumery et Nicholae (sic) *uxore ejus.*—In comitatu Leycestr' servicium feodorum ij. militum que Henricus de Hasting' tenet in Allesleg' et Neileston' ; et servicium octave partis feodi unius militis quod Walterus Langelegh' tenet in Wyk' ; et servicium feodi dimidii militis quod Robertus le Bret tenet in Rauceby ; et servicium sexte partis feodi unius militis quod Rogerus filius Ernisii tenet in in Friseby ; et servicium vicesime partis feodi unius militis quod Henricus Murdac tenet in Friseby ; et servicium tercie partis feodi unius militis quod Philippus de Cortingestok' tenet in Thorp' Muntford' ; et servicium quarte partis feodi j. militis quod Gilbertus de Segrave tenet in Munford' ; et dimidii militis quod idem Gilbertus tenet in Smithedon' ; et quarte partis feodi j. militis quod idem Gilbertus tenet in Segrave ;[1] in comitatu Sussex'—et servicium feodi dimidii militis quod Rannulfus del Broc tenet in Angemere; et servicium quinte partis feodi j. militis quod Willelmus de Alta Ripa tenet in Warnechamp' ; et servicium decime partis feodi j. militis quod Johannes Rumy tenet in Norwod' ; et servicium feodi dimidii militis quod Johannes Extraneus tenet in Drayton' ; et servicium feodorum trium militum quod Johannes de Nevill' tenet in Stok', Warnechamp', Waltham et Grafham ; et servicium feodi j. militis quod Willelmus de Bello Campo tenet in Lerdinton' ; et servicium feodorum ij. militum quod Alardus le Flemeng tenet in Puleberwe ; et in comitatu Noting' servicium sexte partis feodi j. militis quod Johannes Borard tenet in Thorp' Borard ; et servicium decime octave partis feodi j. militis quod Marsillus de Trowell' et Beatrix uxor ejus tenent in Wileby ; et servicium feodi dimidii militis quod Willelmus de Cantilupo senior tenet in Cheldecot' ; et in comitatu Linc' servicium feodorum ij. militum que Warinus de Vernun tenet in Askeby, Brinkel et Tholetorp' ; et in comitatu Suhampt' servicium feodi j. militis quod Johannes le Cunte tenet in Caterinton' ; et in comitatu Glouc' servicium feodorum trium militum quod[2] comes Heref' tenet in Billeye ; et in comitatu Buk' servicium feodorum ij. militum quod Philippa comitissa Warr' tenet in Magna Brichull' una cum advocatione ecclesie de Olneya ;[3] et in comitatu Norhampt' servicium feodi j. militis quod Galfridus de Lucy tenet in Slapton' ; et servicium feodi dimidii militis quod Margeria de Ryvers tenet in Middelton' ; et servicium feodi dimidii militis quod eadem Margeria tenet in Botindon' ; et servicium feodi j. militis quod predicta Margeria tenet in Goldestorp' ; et servicium feodi dimidii militis quod Fulco Basset tenet in Middelton' ; et in comitatibus Norff' et Suff' servicium feodi j. militis quod Willelmus de Gernir tenet in Eccles ; et servicium feodorum v. militum que Robertus de Aguillun tenet in Flicham, Beremer et Taterford' ; et servicium quarte partis feodi j. militis quod Rannulfus de Straton tenet in Rameston' ; et servicium quarte partis feodi j. militis quam

[1] Interlined and ' Keggewrth ' struck out.
[2] The word ' Thomas ' is here struck out.
[3] The words ' una cum . . . . . . Olneye ' are interlined.

1244. Harevicus de Stanho tenet in Stanho ; et servicium x. partis feodi j. militis quod Ricardus de la Rokel' tenet in Griston, assignata sunt Rogero de Sumery et Nicholae uxori ejus in partem ipsius Nicholae que eam contingit de feodis militum que tenebantur de H. quondam comite Arundell', unde predicta Nicholaa soror est et una heredum predicti comitis. Et mandatum est predictis tenentibus quod faciant eis homagium et de servicio suo eis sint intendentes decetero et respondentes. Teste me ipso apud Westmonasterium, iij. die Junii.

De feodis comitisse.—Et de feodis militum que assignata sunt Isabelle comitisse Arundell' in partem dotis sue, post decessum predicte comitisse assignata sunt predictis Rogero et Nicholae in partem ipsius Nicholae de hereditate predicta, videlicet in comitatu Norhampt' servicium feodi j. militis quod Ricardus de la Hose tenet in Jerveltoft ; et in comitatibus Norff' et Suff' de servicio feodorum trium militum et quarte partis feodi j. militis in Brome et Norton' et de quarta parte feodi j. militis quam Thomas de Ingoldestorp' tenet in Freng' ; et in comitatu Buk' de servicio feodi j. militis quod Thomas le Maunsel tenet in Shenl' ; et de servicio feodi j. militis et dimidii quod Ricardus Luvel tenet in Storpeton' in comitatu Sussex' ; et de duabus partibus feodi j. militis quod Willelmus de Covert et Maria uxor ejus, Radulfus de Sancto Audoeno et Godcholda uxor ejus, Petrus de Gatesden' et Cecilia uxor ejus, Robertus Hagot et Cecilia uxor ejus tenent in comitatu Sussex' ; et in comitatu Leic' de servicio feodi dimidii militis quod Willelmus filius Hereberti tenet in Prestewod ; et in comitatu Suhampt' de servicio feodi j. militis quod Rannulfus de Sunnewrth' tenet in Sunnewrth' ; et quarta parte feodi j. militis quod Hugo de Hoyvill' tenet in Funtel' ; et de feodo dimidio militis quod prior Suwik' tenet in Westburinton' ; et de quarta parte feodi j. militis quod Rogerus de Merley et Galfridus de Bello Monte tenent in Brinton'. Et mandatum est quod faciant predicto Rogero homagium et post mortem predicte comitisse de servicio suo eisdem Rogero et Nicholae intendentes sint et respondentes. Et similiter in comitatu Staff' servicium feodorum ij. militum que Radulfus Basset tenet in Draiton' et Patingeham etc. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Junii.

[m. 8*d*.] Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Devonie et in proximo itineraturis in comitatu Dors' quod omnia placita tangencia Walterum de Dunstanvill', qui de mandato regis moratur in partibus Salopie pro defensione Marchie illius, ponant in respectum donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Dinnesl', xiiij. die Junii.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod assisam nove disseisine quam Hugo filius Willelmi et alii participes arramiaverunt coram justiciariis ad primam assisam etc versus abbatem Sancte Marie Eboraci de tenemento in Cottingwik', venire faciat coram rege in primo adventu suo apud Eboracum. Per ipsum regem.

Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Quia decet et expedire credimus communitati terre nostre Hybernie quod pondera et mensure in singulis civitatibus et villis terre nostre Hybernie paria

1244.

sint et equalia, et quod mercimonia tam in victualibus quam aliis secundum unum et idem pondus et unam et eandem mensuram undique vendantur et emantur, vobis mandamus quod per omnes civitates et bonas villas predicte terre nostre Hybernie clamari faciatis quod unum et idem pondus et unam et eandem mensuram decetero teneant in predictis et formam sumant a ponderibus et mensuris in civitate nostra Dublin' usitatis, si talia fuerint quod[1] ab eis debeant alii formam capere; et firmiter prohiberi faciatis per omnes predictas civitates et bonas villas Hybernie ne contra hanc provisionem nostram super gravem forisfacturam nostram venire presumant. Hoc autem fieri faciatis communicato prius consilio discretorum omnium burgensium de terra nostra Hybernie. Teste.[2]

Rex dedit respectum Thome de Barnefeld de se milite faciendo usque ad Natale anno etc. xxix.[3] Mandatum est vicecomiti Kancie quod respectum illum ei habere permittat. Teste.[2]

Rex G. de Segrave, justiciario foreste, et sociis suis, salutem. Quia inquisitio quam de forestis nostris vobis injunximus faciendam, tangit plures qui sunt ituri nobiscum in expeditione excercitus nostri versus Scociam, et nos, ut parceremus multorum laboribus si presenciam nostram adire deberent, vobis injunximus transgressiones inventas per inquisitionem illam contra nos factas mittendas Willelmo de Eboraco, Johanni le Fraunceys et Reynero de Bungeye Lond' ad judicium suum inde audiendum, habita super hoc deliberatione cum consiliariis nostris, vobis duximus ita mandandum quatinus medietati transgressorum inventorum per inquisitionem illam assignetis diem coram nobis London' a die Sancti Michaelis in xv. dies, et alteri medietati diem ibidem a predicto die in unum mensem. Ballivas eciam forestariorum quas per inquisitionem illam cepistis in manum nostram, tradatis eisdem forestariis vel aliis sicut melius videritis expedire, custodiendas usque ad terminum predictum, ne pro defectu custodie dampnum fiat in forestis nostris, accepta ab eis bona securitate quod bonam et salvam custodiam habebunt de hiis que pertinent ad ballivas predictas, donec ad terminum predictum aliter ordinaverimus de ballivis predictis, et de proficuis inde medio tempore provenientibus nobis tunc fideliter respondebunt. Blada eciam in terris quas inveneritis per inquisitionem illam super nos occupatas, appreciari faciatis et eos qui eo seminaverunt blada illa pro precio illo habere permittatis, similiter accepta ab eis securitate quod de precio illo nobis respondebunt ad terminum supradictum. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xx. die Junii.

Eodem modo scribitur Thome de Newerk' et sociis suis.

Quia Willelmus de la Lunde profecturus est cum rege in expeditione excercitus sui contra regem Scocie, mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod loquelam que est coram eo per breve de ingressu inter Johannem de la Hyde, petentem, et ipsum Willelmum de manerio de Balimadon', ponat in respectum usque ad quindenam

[1] Altered from 'que.'
[2] Incomplete.
[3] Substituted for 'xxv.' which is struck out.

1244.

post Pascham anno etc. xxix. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xx. die Junii.

Rex dedit respectum Osberto de Kaylly de se milite faciendo usque ad Natale anno etc. xxix. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod respectum illum ei habere permittat. Teste rege apud Ely, xxv. die Junii.

H. Eliensis episcopus attornat loco suo Thomam de Bateford' versus Galienam que fuit uxor Johannis de Aulton', de placito transgressionis quod est coram rege.

Rex dilecto et fideli suo W. Marescallo, comiti Penbrok', salutem. Sciatis quod de communi consilio regni nostri provisum est quod erimus apud Novum Castrum super Tynam cum equis et armis die Sancti Petri ad Vincula pro quibusdam transgressionibus quas rex Scocie nobis fecit, ad[1] emendas super eum conquirendas, nisi ipse de consilio vestro et aliorum fidelium nostrorum qui nobis ibidem tunc aderunt, ad honorem nostrum eas voluerit emendare. Et ideo vobis mandamus quatinus sicut nos et honorem nostrum diligitis et in fide qua nobis tenemini, sitis ibidem die memorato taliter muniti bona gente cum equis et armis, quod ex hoc appareat manifeste quam sitis animati dedecus nostrum et regni nostri vindicare, et ut fidelitas vestra inde merito possit commendari. Nec omittatis aliquo modo quin sitis ibidem die predicto aliqua hora diei, sicut dampnum nostrum pariter et vestrum volueritis devitare. Teste rege apud Rading', xiij. die Maii.

Eodem modo scribitur omnibus comitibus et baronibus Anglie et aliis que servicium regi debent.

Eodem modo scribitur archiepiscopis, episcopis, abbatibus e prioribus omnibus qui servicium aliquod regi debent, quod habeant ibidem die predicto totum servicium suum regi debitum.

Et mandatum est vicecomitibus Anglie quod generaliter summoneant omnes illos tam viros religiosos quam alios qui regi servicium debent, quod habeant ibidem servicium suum.

[m. 7*d*.] Mandatum est vicecomiti Bedef' quod assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus de comitatu suo in proprio persona accedat ad terram Roberti Basset in Middelton' et terram Willelmi Bolle in eadem villa et per eorum sacramentum fieri faciat perambulationem etc., quia uterque eorum posuit se in perambulatiorem illam etc.

Hybernia.—Rex M. Douenald' regi de Tirchunill', salutem. Cum provocante nos injuria regis Scocie jam nos preparaverimus insurgere in ipsum pro pluribus transgressionibus quas nobis fecit ulciscendis, nisi ipsas gratis nobis emendare voluerit, de dilectione vestra confidentes quod in hac expeditione nostra auxilium vestrum nobis denegare non velitis, vobis mandamus rogantes quatinus una cum justiciario nostro Hybernie et aliis fidelibus nostris Hybernie qui in

[1] Interlined.

1244. proximo ad partes Scocie venturi sunt ad inimicos nostros ibidem gravandos, talem et tam potentem succursum nobis impendere velitis, personaliter veniendo cum ipsis bona gente muniti, quod in necessitate vestra ad nos confidencius confugere debeatis, nosque pro succursu vestro ad preces vobis[1] impendendo gratiam quam a nobis petieritis, libencius vobis teneamur impertiri cum speciali gratiarum actione. Teste rege apud Staunford', vij. die Julii.

Feluimo, filio quondam regis Oraly,
Ohanlan',
Bren Onel, regi de Kinelun',
O Chatan',
Ohynery,
Douenaldo Mackadmel,
Mac Anegus,
Mac Kartan,
Mac Gilemuri,
O Flen, regi de Turteri,
Mac Mathauen,
Mac O Calmery,
Conehor Obriun, filio Dunecani Carbrach' de Thodmend',
Cormaclethan' Macardhy de Dessemon',
Ros Ofolan' de Dessia,
Ricardo Machermekan' de Dessia,
Corc Ochenn' de Fermuy,
Ohonethor Olaffercy de Conrratt',
Macchulan' Okellyc de Ochonyl',
Murchod' Macbriun de Natherlach'.

Rex G. de Prendegast, salutem. Licet de fideli servicio vestro prius plurimum confideremus, tamen inde decetero si fieri possit, plus confidemus eo quod in negocio nostro ad servicium nostrum ita potenter accinxistis parati ad mandatum nostrum inimicos nostros gravare et terras eorum viriliter invadere, super quo vobis uberes referimus gratiarum actiones, pronam habentes voluntatem vos pro tempore condigne respicere et pro meritis multipliciter honorare Quia vero A. rex Scocie illustris ad honorem et placitum nostrum et magnatum nostrorum se nobiscum pacificavit, bene potestis ad presens ad propria remeare. Rogamus tamen attencius fidelitatem vestram quatinus vos preparetis ad servicium nostrum contra estatem futuram ad inimicos nostros invadendos, quando et ubi vobis scire faciemus, ita quod multiplices honores et dignas remunerationes a nobis inde merito reportare debeatis. Teste.[2]

Eodem modo scribitur Johanni de Cogan', Johanni filio Thome, Ade de Staunton', R. filio R. filio Nicholai, P. de Bermingh', R. Tut, G. de Norhach', R. de Cogan' et B. Flemeng', et omnibus prescriptis Hyberniensibus.

Rex Armachano archiepiscopo, salutem. Non credebamus de vobis antequam hoc res gesta faceret manifestum quod aliqua impetrare velletis que regie dignitati generare possent prejudicium aut gravamen, set in contrarium res est versa quod sine animi anxietate non possumus referre, ad presens enim duo gravamina nobis intulistis

[1] *Sic* in MS. Probably 'nobis' is intended.
[2] Incomplete.

1244.

videlicet a sede apostolica impetrando ut extra terram nostram quis de terra nostra conveniatur super terris et ecclesiarum advocationibus, que quidem cause ad regiam dignitatem spectare noscuntur, sive personis ecclesiasticis sive laicis super hiis injuria irrogetur, et eciam hoc contra dignitatem regiam vos non latuit impetrare, cum impetratio vestra de privilegio nostro[1] faciat mentionem. Cum igitur contra nos dupliciter deliqueritis in hac parte, tum quia causas ad dignitatem regiam immediate spectantes ad forum ecclesiasticum trahere volentes, tum quia contra privilegium nostrum sic temere venientes, paternitati vestre mandamus inhibentes et firmiter injungentes ne super terris aut ecclesiarum advocationibus extra terram nostram sive infra in foro ecclesiastico priorem de Lanton' vel quemcumque alium in causam trahere presumatis, sicut gaudere desideratis omnibus possessionibus vestris que de nobis tenetis[2], indubitanter enim scire potestis quod hoc nullo modo poterimus sustinere, precipue cum sic coronam nostram prosternere et dignitatem nostram possetis penitus enervare, quod velle nullatenus deberetis, si fidelitas sit in vobis. Teste rege apud Stanford', vij. die Julii.

Mandatum est vicecomiti Rotelaunde quod non distringat Hugonem filium et heredem Hugonis Dispens' de se milite faciendo, donec aliud a rege habuerit mandatum. Teste rege apud Noting', xj. die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sussex'.

[m. 6*d.*] Rex vicecomiti Sumer', salutem. Scias quod providimus quod omnes illi de comitatu tuo quos summoneri fecimus ad veniendum in servicium nostrum ad partes Scocie assignentur ad servicium suum faciendum in partibus Wallie ad inimicos nostros gravandos ex quo Johannes de Munemuth' et Ricardus de Clare vel alter eorum tibi scire fecerit, exceptis Reginaldo de Moyun, Johanne de Curtenay et Roberto de Bello Campo, et exceptis serviciis archiepiscoporum, episcoporum et virorum religiosorum de nobis in capite tenencium. Et ideo tibi precipimus quod provisionem istam clamari et sciri facias per totam ballivam tuam, et omnibus illis qui assignati fuerunt ad servicium suum faciendum in Wallia, ex parte nostra firmiter injungas quod parati sint a sero usque ad mane ad eundum in servicium nostrum sicut summoniti fuerunt ad veniendum versus Scociam, ex quo mandatum inde habueris a predictis Johanne et Ricardo vel eorum altero. Et tu ipse in propria persona tua cum predicto servicio nostro accedas ad partes predictas cum equis et armis, et tecum venire facias omnes juratos ad arma in comitatu tuo, de quocumque teneant, ad partes predictas defendendas. Teste rege apud Croxton', x. die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Devonie.

Et mandatum est Reginaldo de Valle Torta quod promptus sit et paratus a sero usque ad mane ad eundum ad partes predictas cum equis et armis ex quo mandatum predictorum vel alterius eorum habuerit, vel ex quo vicecomes Devonie ei scire fecerit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Galfrido de Dinant et Henrico filio Reginaldi et Henrico de Tracy.

---

[1] Interlined and 'vestro' struck out.

[2] The words 'vestris . . . tenetis' are interlined.

1244.

Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod Thomam de Lauton' quem cepit pro quadam transgressione, ut dicitur, cum omnibus catallis suis cum eo captis liberet W. archidiacono Cestrensi, ita quod stet inde recto coram eodem archidiacono si quis versus eum loqui voluerit, secundum consuetudinem regni Anglie. Teste rege apud Noting', xiij. die Julii.

Mandatum est David filio L. quondam principis Norwallie quod quia in captione treugarum captarum inter regem et ipsum D. usque ad festum Sancti Jacobi apostoli tactum fuit a nunciis suis de prorogatione dicta (*sic*) treugarum, dedit rex potestatem J. Extraneo, abbati de Haugeman et priori de Wenlak' ad tractandum cum nunciis suis de predictis treugis prorogandis et ad eas si decreverint prorogandas, et quod mittat nuncios suos consimilem potestatem habentes in occursum prefatorum nunciorum regis ad Crucem Griffini die Dominica in vigilia prefate sollempnitatis beati Jacobi, si credat sibi expedire ad tractandum de premissis. Teste rege apud Noting', xvj. die Julii.

Mandatum est custodibus vinorum regis apud Wintoniam quod faciant liberari Johanni Blaunbull' de vinis suis que habent in custodia sua, que viderit vendenda et ad opus regis non retinenda, ad vendendum prout rex ei injunxit. Teste rege apud Noting', xvij. die Julii.

Eodem modo scribitur custodibus vinorum regis apud Wudestok', Oxoniam, Marleberg', Clarendun', Merewell, Wautham, Abbendon' Rading', Gudeford et Suht'.

[m. 5*d*.] Mandatum est Thome de Newerk et sociis suis quod ballivas forestariorum quas capient in manum regis per defectum et transgressiones eorundem, nemini tradant per plevinam nec alio modo nisi per speciale preceptum regis, set prefigant eis diem a die Sancti Michaelis in iij. septimanas ubicumque rex fuerit in Anglia, quod coram rege compareant judicium suum audituri, quia rex injunxit capitali justiciario foreste quod ballivas illas salvo custodiri faciat usque ad terminum predictum, et tunc inde regi respondeat. Teste rege apud Noting', xx. die Julii.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod per totam ballivam suam clamari faciat ne aliquod mercatum teneatur in balliva sua super forisfacturam regis, set mercatores et omnia victualia ballive sue regem et excercitum regis sequantur. Teste.[1]

Eodem modo scribitur vicecomitibus Lanc', Westmerel' et Cumber.'

Mandatum est vicecomiti Westmer' quod perquirat carra ad cariandum ingenia regis ab abbatibus et prioribus de balliva sua de dono si quo modo poterit, vel saltem de prestito, ut eos rex per litteras suas nuper rogavit; et si ea regi dare aut comodare noluerint, idem vicecomes sicut[2] corpus suum diligit, ubicumque fuerint in balliva sua, ea capiat tam de illis quam de aliis et ea usque Novum Castrum

[1] Incomplete.
[2] Repeated in MS.

1244.

super Tynam mittat, ita quod sint ibidem die Sancti Petri ad Vincula ad ultimum, et taliter se habeat in hoc facto quod negocia regis pro defectu sui non remaneant. Teste.[1]

Eodem modo scribitur vicecomitibus predictis.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod fieri faciat perambulationem inter terram Walteri de Kirkeham, decani Eboracensis, in Stocton' et terram Willelmi de Lanum, archidiaconi Dunholmensis, in Morton'.

Mandatum est vicecomiti Devonie quod omnes illos de comitatu suo qui assignati erant ad servicium suum in Wallia faciendum, quod facere debuerant in partibus Scocie, venire faciat ad partes Wallie ad mandatum Johannis de Munemuth' et Ricardi de Clar' vel alterius eorum, et idem vicecomes et omnes jurati ad arma quos mitti rex preceperat ad partes predictas, remaneant in partibus suis ad majorem securitatem parcium illarum. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, j. die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumers'.

Mandatum est maiori et ballivis Eoboraci (*sic*) quod non permittant decetero quod aliquod mercatum de victuabus (*sic*) teneatur in villa sua, set omnes mercatores omnium modorum victualium mittat (*sic*) post regem cum predictis victualibus in insulam de Hayleland. Teste.[1]

Eodem modo scribitur ballivis de Chardeburg' et vicecomitibus Eboraci, Linc' et Norf' ne aliquod mercatum de victualibus teneatur prope portus maris, set omnes mercatores etc. ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod fieri faciat perambulationem inter terram Galfridi de Lucy in Angreham et terram abbatis de Novo Monasterio in Kideland', quia uter eorum posuit se etc.

Rex vicecomiti Norht', salutem. Precipimus tibi quod per sacramentum xij. proborum et legalium hominum de comitatu tuo appreciari facias omnia blada existencia in terris alienatis de serjantiis que de nobis tenentur in capite in balliva tua, et similiter vesturas pratorum que capte sunt in manum nostram occasione alienationis predicte, et exitus molendinorum et reddituum assisorum et omnium aliorum profectuum [et] per prefatum precium dimittas eis qui terras illas prius tenuerunt, accepta ab eis securitate quod ipsi de precio omnium predictorum nobis respondebunt in crastino Sancti Martini anno etc. xxix., deducto tamen de precio illo custo quod ipsi apposuerunt ad terras predictas excolendas et seminandas et quod ipsi apponent ad predicta blada et fena colligenda, et precium vesture singularum portionum terrarum predictarum, pratorum et omnium exituum molendinorum, reddituum assisorum et aliorum profectuum, sub sigillo tuo et sigillis eorum per quos appreciata fuerint, nobis distincte significes. Permittas eciam quod ipsi interim terras illas excoli et seminari faciant, si voluerint. Omnes autem mulieres que dotate sunt de serjantiis predictis, permittas dotes suas pacifice possidere, et si quid de predictis terris, pratis et molendinis, redditibus et aliis

[1] Incomplete.

1244.

profectibus ceperis, id eis reddi facias. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, j. die Augusti.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod omnes assise nove disseisine que arramiate sunt in comitatu suo coram justiciariis ad proximum adventum suum ad partes illas, venire faciat coram rege apud Eboracum in proximo adventu suo ibidem, et habeat ibi attachiamenta earundem assisarum et breve. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, v. die Augusti.

Postea quia rex non intendebat transitum facere per Eboracum, mandatum erat vicecomiti Eboraci quod assisas predictas venire faciat coram W. de Eboraco, Henrico de Bathonia, Godefrido de Craucumb' et Jeremia de Caxton' die Dominica proxima post festum Assumptionis beate Marie, et habent inde litteras patentes.

[m. 4*d*.] Rex Magistro Martino, clerico camere domini regis, et ejus nuncio, salutem. Non capit in vobis sermo noster nec recipit impressionem sermonis nostri cor vestrum lapideum quod erga nos est nimium induratum. Nos autem illud mollificabimus et de necessitate virtutem vos facere faciemus, quum subversionem quam in regno nostro intenditis attemptare non possumus nec volumus sustinere. Ad memoriam quidem, si vultis, bene poteritis revocare qualiter pluries vobis scripsimus satis recenter quod nullo modo sustinebimus abbatem de Burgo Sancti Petri presentationibus ecclesiarum ad patronatum suum spectancium privari ad presens, ad quas nostros presentavit clericos speciales. Porro non credimus vos latere et, si placet, vobis presentibus innotescat quod legati in regnum nostrum non veniunt nisi per nos a sede apostolica specialiter postulati, et qui hucusque postulati venerunt, et in majori officio missi fuerunt, nunquam mandatum apostolicum pervertere et jura nostra et magnatum nostrorum subvertere intenderunt, nec id effectui manciparunt ; et de majoribus magnatibus nostris episcopos et abbates merito reputamus qui inter alios majores possident baronias, quos sicut et laicos, si regnum nostrum conservare velimus, necesse habemus protegere et tueri. Discretionem igitur vestram attente rogamus precibus inculcatis quatinus presentationes predictas impediri nullatenus presumatis, attencius attendentes quod magnates nostri non modicum contra pacienciam nostram obmurmurant super beneficiorum surreptione quam in regno nostro facere incepistis, quam nec nos possumus nec volumus nec ipsi possunt nec volunt equanimiter tollerare. Vos igitur tam in premissis quam in aliis agendis vestris in regno nostro vos ita modeste gerere studiatis quod jura nostra et magnatum nostrorum nullatenus perimatis, quam si secus egeritis protervitati vestre et injurie frenum debitum imponemus, non sine revelatione execrabilis facti vestri quod domino pape et omnibus cardinalibus et toti Romane ecclesie curabimus intimare. Si quod autem mandatum presentationibus predictis contrarium episcopo Lincolniensi direxeritis, id celeriter revocetis. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, x. die Augusti.

Mandatum est vicecomiti Linc' quod permittat Willelmum de Flikeburg' habere respectum de se milite faciendo usque ad festum

1244.

Omnium Sanctorum anno etc. xxix. Teste rege apud Alverton' xviij. die Augusti.

Prior de Gyseburn' attornat loco suo Rogerum Born' et Alexandrum de Munceaus vel alterum eorum contra Jacobum de Dinaunt. Dies datus est apud Windes' in crastino Nativitatis beate Marie.

Rex W. de Haverhull', thesaurario suo,[1] et constabulario suo Lond', salutem. Mandamus vobis quod Judeos assignatos ad custodiam catallorum et debitorum que fuerunt David Judei Oxonie distringatis, ita quod illi Judei[2] manucapiant[3] finem quinque millium marcarum quem Licoricia que fuit uxor predicti David, fecit nobiscum pro habendis catallis et debitis ipsius David, ut eam[4] habeamus terminis assignatis de tallagio Judeorum nobis solvendo; et ipsam Licoriciam a prisona deliberari faciatis, ita tamen quod nullam habeat administrationem de catallis et debitis predictis ante instans festum Nativitatis beate Marie, donec post idem festum vobis inde mandaverimus. Et sciatis quod remisimus Aaron Judeo Eboraci custodiam predictorum catallorum et debitorum pro fine quem propter (*sic*) fecit nobiscum, et quem solvit in garderoba nostra, et loco ejus subrogavimus Bonami Judeum Cantuarie. Teste.[5]

[m. 3*d*.] Mandatum est vicecomiti Buk' quod fieri faciat perambulationem inter terram Ricardi de Clar' in Merlawe et terram J. comitisse Oxonie in Medmeham per sacramentum etc., ita quod perambulatio illa fiat etc., quia predicti Ricardus et comitissa posuerunt se in perambulationem illam. Teste.[5]

[m. 2*d*.] Nicholaus de Bolevill' attornat Rogerum Doget vel[6] Ricardum de Blakedon' contra homines comitisse Oxonie de Abeton' in loquela que est coram rege de imprisonatione hominum ipsius Nicholai.

Mandatum est vicecomiti Cornubie quod in propria persona accedat usque terram Hamelini de Bocton' in Treueran et terram Roberti le Gras in Karewurge, et per sacramentum xij. legalium et discretorum militum fieri faciat perambulationem etc., ita quod perambulatio illa fiat etc.

---

1 Substituted for 'regis' which is struck out.
2 The word 'qui' is here struck out.
3 Altered from 'manuceperunt.'
4 The words 'ut eam' (*sic*) are interlined.
5 Incomplete.
6 Interlined and 'et' struck out.

29 HENRY III.

1244.

Clause de Anno Regni domini Henrici Regis filii Regis Johannis vicesimo nono.

[m. 21.] *De tradendo in ballium.*—Johannes filius Osemundi, captus et detentus in prisona Cantebr' pro morte Maugerii filii Renn', unde appellatus est, habet litteras directas vicecomiti Cantebr' quod tradatur in ballium quia appellatus est de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Windes', xxvij. die Octobris.

De pannis ad robas Regis et Regine et aliis.—Rex Bartholomeo de Fuyer, salutem. Mandamus vobis rogantes quatinus mittatis nobis pannos subscriptos optimos et pre-electos, scilicet quatuor virides de Caumbray, duas scarlettas sanguineas, duas scarlettas rubeas, quatuor perfectas de Provins, quatuor burnetas nigras, duas camelinas de medio colore, et sex cappas perfectas de Provins, et viginti bucella de zincebrat, ducentas pecias de cendellis, de quibus due partes sint viridis coloris et tercia pars de aliis coloribus, viginti baudekina ad aurum, viginti pannos ad aurum de levi precio, sexaginta pannos de Aresta et quatuor bonas penulas de ermins ; et provideatis quod, si omnia predicta sub festinacione habere non possumus, quod citra Nativitatem Domini habeamus omnes pannos de lana cum penulis predictis ad robas nostras et regine nostre faciendas, et residua omnia nobis mittatis de nundinis de Leyny. Et cum custum omnium predictorum sciverimus illud reddi faciemus. Teste me ipso apud Windles', xxviij. die Octobris anno regni nostri xxix.

De vinis ad opus Regis capiendis.—Rex mittit Johannem Blancbully usque Sutht' ad capiendum ibidem quater xx. dolia vini ad opus regis. Et mandatum est maiori Sutht', Waltero le Flemeng' et Ricardo de la Prise quod ei ad hoc consulentes sint et auxiliantes. Teste ut supra ; et cum rex custum sciverit illud acquietari faciet. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Henricus Balloc, captus et detentus in prisona regis Bed' pro morte cujusdam carectarii, unde rettatus est, habet litteras directas vicecomiti Bed' quod tradatur in ballium quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. die Octobris.

Consimiles litteras habent Willelmus le Tayllur et Rogerus de Aldreford capti et detenti in prisona Norwic' pro morte Mabilie de Bunstok unde rettati sunt. Teste rege ibidem ij. die Novembris.

Quia rex accepit per inquisicionem quod Vincencius le Tailur et Alicia uxor ejus et Juliana filia eorum, capti et detenti in prisona Oxonie pro morte Galfridi, capellani de Barsham, qui se ipsum in domo ipsorum instinctu diabolico interfecit, habent litteras quod tradantur in ballium. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Novembris.

1244.

Pro pluribus Hybernie.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Donenold Mackenn, Kainin frater ejus, Stephanus Alg', Albrich' de Weseford, Gille Kaille, et Willelmus le Fuller, capti et detenti in prisona Bristoll' pro morte David Kainin, non sunt de morte illa culpabiles nec aliquis nisi tamen Gillecrist Machillac qui eum occidit cultello suo, mandatum est ballivis Bristoll' quod ipsos omnes preter ipsum Gillecrist deliberent et quo voluerint cum catallis suis abire permittant. Teste ut supra.

De loricis recipiendis.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod de v. loricis quas Petrus de Vallibus, quondam constabularius ejusdem Turris, liberavit Hamoni de Crevequer cum proficiebatur versus partes Scocie pro gwerra regis ab eo recipiat iiij. et salvo deponat in warnestura predicte Turris. Teste ut supra.

Pro mercatoribus pannorum.—Mandatum est Roberto de Crepping' et maiori Novi Castri super Tynam, quod de vinis regis que sunt in custodia sua liberent Waltero de Ponte lxij. solidos et ix. denarios pro panno ab eo capto ad opus regis in nundinis Sancti Ivonis per manum Rogeri scissoris, et Ricardo de Pampeden' pro eodem xx. solidos et obolum, et Reginaldo de Pikering' pro eodem xxxij. solidos et vi. denarios, et Roberto filio Avic' pro eodem xl. solidos vj. denarios, et Nicholao de Wandelesford pro eodem xxxix. solidos iiij. denarios et obolum, et Willelmo Page pro eodem xl. solidos vij. denarios et obolum, et Alano de Badeford xxxij. solidos pro eodem, et Johanni Withelard pro eodem xlij. solidos, et Alano de Hertpol' pro eodem xlij. solidos vj. denarios, et eidem Alano xliiij. solidos pro panno ab eo capto in nundinis Sancti Botulfi per manum ejusdem Rogeri ad opus regis. Et predicto Waltero de Ponte pro eodem xl. solidos i. denarium, et predicto Roberto filio Avic' pro eodem lxxvi. solidos viij. denarios, et Thome Toraud' pro eodem xxxvj. solidos et x. denarios, et Roberto de Karlel xxxv. solidos xj. denarios pro eodem, et Radulfo le Vineter pro eodem lix. solidos vij. denarios et Willelmo le Noreys pro eodem xliij. solidos iij. obolos.

Item per aliud breve.

Et Roberto parmentario lxiiij. solidos et vj. denarios pro eodem, et Waltero Canun xliij. solidos iiij. denarios, et Roberto Verdenel pro eodem lxj. solidos vj. denarios, et Martino de Norf' pro eodem cxvj. solidos vj. denarios, et Willelmo Sperri pro eodem lxij. solidos et iij. denarios, et Ricardo de Selton' pro eodem lxiiij. solidos xj. denarios, et Thome Turgis pro eodem xxxvj. solidos ix. denarios, et Roberto filio Ade Verdenel pro eodem lxix. solidos ix. denarios, et Nicholao Orger pro eodem lxix. solidos viii. denarios, et Martino de Norf' pro eodem x. libras xviij. solidos j. denarium, et Thome de Balingbrok' pro eodem vij. libras xiiij. solidos, et Hugoni de Seleby pro eodem lxxv. solidos, ii. denarios, et Andree de Seleby' pro eodem viij. libras xvij. solidos viij. denarios, et Willelmo Turgis pro eodem iiij. libras vij. solidos vj. denarios, et Thome Fol' pro eodem vij. libras xviij. solidos vij. denarios, et Johanni Verdenel pro eodem c. solidos vij. denarios et obolum, et Herberto de Houderness' pro eodem ix. libras x. solidos, et Roberto Blundo pro eodem vij. libras xv. solidos, et Ricardo de Selton' pro eodem iiij. libras, iiij. solidos et iiij. denarios, et Alano Samps' pro eodem xx. libras xxiij. denarios.

Item per iij. breve.

1244. Et Stephano de Grancewic lxiiij. solidos iiij. denarios pro eodem, et Hugoni de Driffeud pro eodem lviij. [solidos] vj. denarios, et Roberto de Watton pro eodem pro eodem (*sic*) x. libras xj. solidos xj. denarios obolum, et Thome Alwy pro eodem vj. libras v. solidos xj. denarios obolum, et Ricardo pistori pro eodem lxv. solidos, et Ricardo Radebrok pro eodem lxxj. solidos vj. denarios, et Willelmo Fairfax pro eodem lxv. solidos, et Ricardo filio Radulfi pro eodem lviij. solidos vj. denarios, et Martino Rapin pro eodem lxxvj. solidos, et Nigello' Saratin pro eodem lxij. solidos vj. denarios obolum, et Nicholao Ruffo pro eodem lxix. solidos iij. obolos, et Stephano de Crancewic pro eodem iiij. libras et xij. denarios, et Simoni de Scotere pro eodem iiij. libras iiij. solidos vj. denarios, et Thome de Wadingham pro eodem lxxv. solidos ij. denarios, et Roberto de Cruce pro eodem lxviij. solidos iij. denarios, et Willelmo Saratin pro eodem iiij. libras viij. solidos viij. denarios, et Galfrido le Burer pro eodem iiij. libras xij. denarios, et Nigello Michechatel pro eodem iiij. libras vij. solidos ix. denarios, et Willelmo Saponario pro eodem lxxj. solidos et vj. denarios, et Henrico Scopin pro eodem iiij. libras ij. solidos iiij. denarios, et Roberto de Bridelington' pro eodem lxxvj. solidos, et Thome Matefrei pro eodem lxxix. solidos, et Ricardo Tundu pro eodem lxxv. solidos viij. denarios et obolum, et Roberto de Burnigham pro eodem lxx. solidos xj. denarios, et Simoni de Dunmere pro eodem lxxij. solidos et x. denarios, et Galfrido de Stemcon' pro eodem iiij. libras v. solidos ix. denarios obolum, et Francisco de Caldon pro eodem lxxiiij. solidos ix. denarios, et Christiane vidue pro eodem iiij. libras xv. denarios, et Gill' Quintemars pro eodem xiij. libras xvj. solidos iij. denarios, et Ricardo pistori pro eodem iiij. libras xvj. solidos ix. denarios, et Radulfo de Olnel' pro eodem lxx. solidos vij. denarios, et Willelmo Berlot pro eodem lxxvj. solidos, et Johanni Lord' pro eodem iiij. libras vij. solidos ix. denarios, et Hugoni de Driffeud' pro eodem lxxix. solidos, et Odoni caretario pro eodem lxxviij. solidos, et Willelmo Fairfax pro eodem iiij. libras v. solidos vij. denarios. Item per iiij. breve.

Mandatum est eis Roberto et maiori quod de vinis regis que sunt in custodia sua et de lx. marcis quas ballivi regis de Scardeburg' eis liberabunt per preceptum regis de exitibus bladi regis quod est in custodia sua, liberabunt Ade Beaufoir pro eodem lxix. solidos, et Jordano le mercer pro eodem lxxv. solidos, et eidem pro eodem lxxviij. solidos, et Jacobo le Teler pro eodem lxix. solidos viii. denarios, et Ricardo Conse pro eodem lxxj. solidos vj. denarios, et Willelmo de Paris pro eodem xj. libras vj. solidos x. denarios obolum, et Hugoni de Hepham pro eodem lxxv. solidos x. denarios, et Simoni pistori pro eodem lxxv. solidos x. denarios, et Ade filio Roberti pro eodem xxj. libras iij. solidos et x. denarios, et Seer' filio Willelmi pro eodem iiij. libras vj. solidos vij. denarios obolum, et Henrico filio Egidii pro eodem xj. libras vi. solidos viii denarios, et Willelmo Badde' pro eodem xxiiij. libras ij. solidos vij. denarios, et Rogero Page pro eodem iiij. libras ij. solidos iij. obolos, et Alexandro Hachebrem pro eodem lxxj. solidos vj. denarios, et Willelmo de Torkesseya pro eodem lxx. solidos x. denarios, et Hugoni de Heppham' pro eodem liiij. solidos et viij. denarios, et Waltero Brand pro eodem ix. libras vij. solidos vj. denarios, et Willelmo Badde' pro eodem x. libras ij. solidos viij. denarios, et Willelmo Brand pro eodem xiij. libras iij. solidos viij. denarios, et Waltero Brand pro eodem xj. libras et Simoni pistori pro eodem ix. libras, et Johanni de Holegate pro eodem

1244.

lxxj. solidos, et Henrico de Ballio vj. libras iiij. solidos j. denarium, et Andree Conse pro eodem lxxvj. solidos xj. denarios, et Ricardo Conse pro eodem lij. solidos vj. denarios, et Hugoni de Hepham pro eodem vj. libras xij. solidos vj. denarios, et Jordano filio Egidii pro eodem iiij. libras ij. solidos x. denarios, et Rogero Page pro eodem iiij. libras iij. solidos iij. denarios. Et rex omnia predicta eis faciet allocari. Teste ut supra.

De denariis liberandis maiori Novi Castri super Tynam et Roberto de Crepping.—Rex ballivis suis de Scardeburg, salutem. Precipimus vobis quod de denariis quos recipistis de blado quod vobis liberavit vicecomes noster Eboraci, et quod vendi fecistis per preceptum nostrum faciatis habere Roberto de Crepping et maiori nostro Novi Castri super Tinam lx. marcas ad faciendum inde quod eis injunximus. Ita quod eas habeant ad tardius in octabis Sancti Andree, et eas vobis allocari faciemus. Teste me ipso apud Westmonasterium, vj. die Novembris anno regni nostri xxix.

De maeremio.—Mandatum est forestario foreste de Bere quod in eadem foresta faciat habere constabulario de Corf maeremium ad planchias et curbas faciendas ad reparationem castri de Corf' et ad operationes regis in eodem castro faciendas per talliam inter eos de numero quercuum confectam. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Novembris.

Pro Flandrina de Fercles'.—Mandatum est vicecomiti Essex quod talem seisinam habere faciat Flandrinam de Fercles de omnibus terris quas tenuit in dotem in balliva sua, captis in manum regis occasione inquisicionis facte de terris Normannorum, qualem inde habuit quando eas cepit in manum regis per inquisicionem predictam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Cantebr' et Suff.'

Pro Mabilia domicilla comitisse Leyc'.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod faciat habere comitisse Leyc' tallagium ab hominibus maneriorum de Estenestok' et de Garbeton' que Mabilia domicissa (*sic*) ipsius comitisse habet de ballivo regis ad ipsam Mabiliam maritandam. Teste ut supra.

[m. 20.] *De vinis datis.*—Mandatum est custodibus vinorum regis de Clarendon' quod de veteribus vinis regis faciat habere A. comitisse Leyc' j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod agistari faciat porcis porcum (*sic*) de Haveringe, ita quod singuli habeant anulos in naribus quod non possint fodere parcum predictum. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod in pleno comitatu suo et per assensum tocius comitatus sui eligi faciat de discretioribus militibus ejusdem comitatus loco Willelmi Legh' coronatoris regis unum coronatorem qui prefato sacramento etc. Teste rege apud Westmonasterium xij. die Novembris. Quia fere tota terra

1244. sua est in comitatu Dors' nec poterit illo officio sine magno dampno sui et suorum intendere. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Ricardo Marescallo seniori v. marcas quas regi debet de arreragio firme manerii de Cheleberg', mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De bissis datis.—Mandatum est Roberto de Ros,' justiciario foreste, quod faciat habere Ricardo de Grey ij. bissas in foresta de Pikering, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Novembris.

Pro Hawisia que fuit uxor Rogeri Martel'.—Quia rex accepit per inquisitionem quod unum mesuagium cum pertinenciis in Dereby' quod fuit Hugonis filii Ade le Percur, utlagati pro morte Willelmi de Trusseleg', extitit in manu regis per unum annum et j. diem, et quod illud tenuit de Rogero Martel et Hawisia uxori (*sic*) ejus, mandatum est vicecomiti Dereby' quod eidem Hawisie de predicto mesuagio plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Roberto de Cave.—Consimile breve habet Robertus de Cave de seisina habenda de uno tofto quod Adam filius Ivonis, qui fugit pro morte hominis, de eo tenuit in Midilton', et diriguntur littere vicecomiti Eboraci etc.

Hybernia.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod non impediat aut impediri permittat executores testamenti A. quondam Cunerensis episcopi quominus liberam administrationem habeant de omnibus bonis et catallis que fuerunt ipsius episcopi in episcopatu memorato ad execucionem testamenti sui faciendam, salvis regis bladis solo herentibus tantum. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Brehull' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Waleramo Teutonico i. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die. Novembris.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Walterus Blundus, captus et detentus in castro Sancti Briavelli pro morte Roesie que fuit uxor Johannis Wudecok, unde appellatus est, appellatus est (*sic*) de morte illa odio et atia etc. mandatum est vicecomiti Glouc' quod si predictus Walterus invenerit ei xij. etc. qui eum manucapiant etc. habere etc. Teste ut supra. Et hoc significet constabulario de Sancto Briavello cui mandatum est quod ex quo ei significaverit quod securitatem illam acceperit a predicto Waltero illum a prisona deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro magistro milicie Templi.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod magister milicie Templi in Anglia solvit per preceptum nostrum in garderobam nostram apud Novum Castrum super Tynam die dominica proxima ante festum Sancti Laurentii anno etc. xxviij. c.

1244.

marcas, per quas finem fecit nobiscum pro habenda terra que fuit Jocelini de Fontibus in Meauton'; et ideo vobis mandamus quod ipsum de predictis c. marcis quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Leic' quod ipsum pro predictis c. marcis decetero non distringat. Teste ut supra.

Pro abbate de Cruce Sancti Lefridi.—Rex dedit respectum abbati de Cruce Sancti Lefridi usque in unum mensem a die Pasche de fidelitate debita regi facienda. Et mandatum est ballivo de Gern' quod ipsum interim propter hoc non distringat. Teste ut supra.

Pro marinellis baronum.—Mandatum est baronibus portus de Wincheless' quod occasione consuetudinis quam rex eis concessit capere de navibus carcatis vinis applicantibus in portu de Wincheless' ad kaium suum faciendum nichil capiant de navibus baronum, quia rex vult propter laudabile servicium suum quod de hujusmodi prestationibus sint quieti. Teste ut supra.

De apris datis.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in foresta de Blandeby faciat habere Petro de Bruys ij. apros, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Novembris.

De pannis regi mittendis.—Mandatum est Magistro Henrico clerico comitis Flandrie quod pannos, contentos in cedula quam rex ei mittit, citra Natale Domini regi mittat, et cum rex sciverit custum, denarios inde debitos rex reddi faciet. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti Engelardi de Cygony'.—Rex concessit executoribus testamenti Engelardi de Cygony' pro bono et laudabili servicio quod regi impendit in vita sua, quod quieti sint de omnimodo compoto quem reddidisse debuerunt ad scaccarium, et eciam de omnibus debitis et arreragiis que barones de Scaccario ab eis exigere possent ad opus (suum *erased*) regis occasione alicujus compoti quem idem Engelardus regi debuit reddidisse. Et mandatum est eisdem baronibus quod ipsos executores inde quietos esse faciant. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

Memorandum quod die Lune proxima post festum Sancti Martini anno regni domini Henrico regis filii regis Johannis vicesimo nono, scilicet quarto decimo die mensis Novembris recepit dominus Silvester de Everdon custodiam sigilli ipsius domini Henrici regis.

Pro executoribus testamenti Engelardi de Cygony'.—Rex concessit executoribus testamenti Engelardi de Cygony' quod quieti sint de omnimodo compoto quem reddidisse debuerunt pro ipso ad Scaccarium, et etiam de omnibus arreragiis que ab eisdem executoribus exigere possent barones de Scaccario occasione alicujus compoti quem idem E. regi debuit reddidisse, et de omnibus debitis et prestitis, que ab eis exigere possent pro eodem E. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

1244.

De vinis a rege emptis.—Mandatum est constabulario Roff' quod v. dolia vini que sunt in custodia sua in eodem castro liberari faciat Willelmo Potin et Simoni Potin qui vina illa emerunt de senescallo regis ad faciendum inde quod voluerint. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Novembris.

Wasconia. Pro Congia Grayan.—Rex Nicholao de Mol', senescallo suo Wasconie, salutem. Veniens ad nos Congia de Grayan mulier nobis monstravit quod Elyas Cumbaud de Coynac, cui matrimonialiter extitit copulata licet invita, cum esset ad fidem regis Francie, mortuus est, et quod ipsa nullum tenementum nec bona aliqua habet in potestate ejusdem regis, unde ipsam oportebit mendicare nisi gratiam ei faciamus de terris que sunt de hereditate sua prope Castellon, de Sancto Christoforo, de Kaysan, de Grayan, de Balades, de Balilac, de Sancto Germano, de Cantegrit et de Bauceyn ei restituendis, quas occasione predicta capi fecimus in manum nostrum, et ideo vobis mandamus quod si predictus Elyas mortuus sit, et predicte terre sint de hereditate ipsius Congie, sicut dicit, et inde fuit in seisina cum viro suo donec eos inde disseisiri fecimus occasione predicta, tunc terras illas ei reddi faciatis ad sustentationem suam. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Dunestapl' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere uxori Paulini Peyvr' j. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Novembris.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario, quod in foresta de Salceto faciat habere priori de Snelleshal' v. quercus ad construccionem turris ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Willelmo de Say x. libras ad quas amerciatus fuit coram Willelmo de Ebor' pro disseisina. Mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

[m. 19.] *Pro abbate de Pipwell'.*—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod permittat abbatem de Pipwell' habere communam pasture et feni in landa de Benefeld' in foresta de Rokingeham, et eciam alias in eadem foresta usque adventum justiciariorum ad placita foreste, sicut habere consuevit. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Novembris.

Eodem modo scribitur constabulario de Rokingeham'.

Pro monachis de Lewes.—Mandatum est vicecomiti Leyc' quod non permittat quod monachi Lewenses ejicientur vi laica a possessione ecclesie de Manton' dum idem monachi sunt sine priore. Teste ut supra.

Pro Cantuariensi electo.—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod habere faciat venerabili in Christo patri B. Cantuariensi electo retornum brevium nostrorum tam de feodis prioris Sancte Trinitatis Cantuariensis

1244.

quam de feodis suis propriis, sicut bone memorie Edmundi quondam Cantuariensis archiepiscopus illud unquam melius habuit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod habere faciat dilecto et fideli nostro W. de Eboraco, preposito Beverlaci, tres damas in foresta nostra de La Sauceye, de dono nostro. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere comiti Marescallo vj. damas in foresta de Chipeham ad opus comitisse uxoris sue, de dono regis. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est eidem quod in vivario de Selveston faciat habere Willelmo de Cantilupo vj. matrices bremias, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est eidem quod in foresta de Cett' faciat habere S. de Monte Forti, comiti Leyc', xx. bestias, tam damos quam damas, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario Divis' quod in foresta de Chipeham faciat habere eidem etc. ut supra, ad parcum suum de Everl' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est W. de Haverhull, camerario regis Lond', quod de vinis regis de prisa faciat habere Johanni de Pless' i. dolium Wascon', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Isabella de Bruys.—Rex reddidit Isabelle de Bruys boscos suos de Hatfeld et Writel', qui capti fuerunt in manum regis pro vasto quod dicebatur ipsam fecisse de boscis ipsis, quod rex bene novit ipsam non fecisse. Et mandatum est Ricardo de Munchifet (*sic*) quod permittat ipsam boscos suos habere et in pace tenere secundum formam carte regis ei inde confecte. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Hugonis et uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod de terra quam Magister Willelmus de Kentewell tenuit de Theobaldo pincerna in Hauekedon, et quam cepit in manum regis occasione terrarum quas idem Magister tenuit de rege in capite, plenam seisinam habere faciat Willelmo filio Hugonis et Amabille uxori nepti et heredi ipsius Willelmi Kentewell. Teste ut supra.

De municione castri de Bueld.'—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod si denarii quos rex liberari fecit Waleramo Teutonico non sufficiant ad castrum de Bueld' muniendum, sicut rex ei injunxit, defectum illum supleat quantum necesse fuerit ad castrum illud plene muniendum. Et cum rex custum sciverit faciet ei in firma comitatus sui illud computari. Teste ut supra.

[*Cancelled.*] *Quia redditum fuit breve.*

Pro Willelmo filio Hugonis et Amabilla uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod liberari faciat Willelmo filio Hugonis et Amabille uxori ejus omnes res et omnia catalla que fuerunt Magistri

1244.

Willelmi in Kentewell, que rex capi fecerat in manum suam pro debitis que idem Willelmus regi debuit, eo quod predictus Willelmus satisfecit regi de debitis predictis. Teste ut supra.

De vinis capiendis ad opus regis.—Mandatum est W. de Haverhull, camerario regis Lond', quod de primis novis vinis et bonis Wasconie que ventura sint Lond' poni faciat in celario regis Westm' l. dolia ad opus regis. Teste rege apud Westmonasterium xx. die Novembris.

Pro Johanne filio Willelmi.—Mandatum [est] Bern' de Sabaudia quod omnes res et omnia catalla, tam in bobus equis ovibus quam in bladis et aliis que inventa fuerunt in terra que fuit Johannis filii Willelmi in Hodeshac et Ulecot' integre te sine aliqua diminutione predicto Johanni reddi faciat. Teste ut supra.

Pro abbate de Cokesaund.—Mandatum est vicecomiti Lanc' quod de iii. bovatas et iii. acras terre cum pertinenciis in Bolrun quas in manu regis cepit occasione precepti regis de serjantiis alienatis, plenam seisinam habere faciat abbati de Cokesaund quia inde habet cartam domini J. regis et confirmationem regis, et si quid inde ceperit id ei reddi faciat. Teste ut supra.

De venacione ad opus regis capienda.—Mandatum est Willelmo de Cheenay quod quotienscumque regina voluerit habere venacionem, ipse cum Reginaldo Ruffo eant in foresta de Havering' et ibi venacionem capiant ad opus ipsius regine. Teste rege apud Windes' xxj. die Novembris.

De perdonacione.—Rex perdonavit executoribus testamenti Willelmi de la Lunde v. marcas quas idem Willelmus recepit ab hominibus de Braeneys de firma Sancti Michaelis ante terminum predicti festi Sancti Michaelis. Et mandatum est vicecomiti Devon' quod ipsos decetero pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Ernaldo de Podio.—Rex mittit Ernaldum de Podio moraturum in servicio regis in Wasconia. Et mandatum est Nicholao de Mol', senescallo Wasconie, quod ipsum in servicio regis retineat, et ei unum equum habere faciat precii xxx. marcarum pro uno equo quem amisit in servicio regis. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Rogero scissori quod faciat habere Magistro Laur' de Sancto Martino unam capam de bono Powenaco, et Bartholomeo Pecche unam capam de scarletto. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Arnaldum de Podio quem rex [mittit] ad partes Wasconie moraturum ibidem in servicio regis unam bonam robam de viridi vel Powenaco. Teste ut supra.

De balistis.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod liberet Roberto Waleram iiij. balistas ad duos pedes deferendas usque castrum de Kardigan. Teste rege apud Bistlesham, xxij. die Novembris.

1244.

De quodam prisone dato.—Rex concessit Johanni Luring', burgensi de Kermerdin, redemptionem Mailleri Waghan, prisonis nuper capti in quodam conflictu in partibus Wallie, in auxilium redemptionis sue. Et mandatum est constabulario de Kaermerdin quod ipsum eidem Johanni liberet. Teste ut supra.

De pluribus faciendis per manum Edwarde (sic) *de Westm'.*—Mandatum est Edwardo de Westm' quod unam capam pulchram nimis et decentem fieri faciat nisi illam Lond' vendendam invenerit, ita quod prompta sit in adventu regis Lond', quod eam offerre possit feretro Beati Edwardi in vigilia Natalis Domini; fieri etiam et mitti faciat usque Wigorn' unam casulam valde preciosam pro commemoratione domini J. regis, ita quod in ea celebretur magna missa die Natalis Domini in ecclesia conventuali Wigorn'. Et cum rex precium earundem cape et casule [sciverit] illud reddi faciet. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod in manu brachii illius, quod rex fieri precepit in honore Beati Thome apostoli, apponi faciat anulum quendam aureum competentem, quem fieri faciet facticium cum pulcro saphiro, et in eodem anulo inscribatur versum quemdam quem faciet Magister Henricus versificator talem continentem sentenciam, 'Is bene benedictionem dare debet qui omnibus benedictionem adquisivit, dum ei dicebatur, beati qui non viderunt' etc. et provideat omnibus modis quod bracium illud cum tali anulo promptum sit die Sancti Thome apostoli proximo instanti, ita quod monachi Westmonasterienses eo die solemniter illud deferre possint in processione in capis de choro in venerationem ejusdem apostoli. Teste ut supra.

De vinis ad opus regis capiendis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod preter l. dolia vini que rex capi et in celario suo Westm' poni preceperat, capiat alia l. dolia et in eodem celario poni faciat. Teste rege apud Sandelford xxiiij. die Novembris.

De ij. milibus marcarum deponendis.—Mandatum est thesaurario et camerario et baronibus de Scaccario quod postquam satisfecerint mercatoribus, et denarios aliquos regi miserint ad expensas suas, poni faciant in deposito apud Novum Templum duo milia marcarum ad opus comitisse Provincie. Teste ut supra.

Et mandatum est magistro milicie Templi in Anglia quod ea recipiat, et in domo suo ad opus ejusdem comitisse in deposito teneat. Teste ut supra.

De ccc. marcis regi mittendis.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod de mille libris quas rex liberari precepit in garderoba ad expensas regis unde receperunt breve de Liberate per Alanum Burnel' et Thomam de Poulton', saltem trescentas marcas mittant usque Wudestok in occursum regis ad expensas regis. Teste rege apud Merleberg' xxvj. die Novembris.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Sutht' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Johanni de Nevill', filio Galfridi camerarii, j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

1244.

De damis ad opus regine capiendis.—Mandatum est custodi parci de Havering' quod cum regina vel senescallus ejus ex parte sua aliquos de suis miserit citra Natalem usque parcum predictum ipsos capere permittat in eodem parco et extra damas quot eadem regina vel ejus senescallus eis injuxerint (*sic*) capiendas ad opus ejusdem regine. Teste rege apud Merleberg', xxvij. die Novembris.

De capis sericis emendis et faciendis.—Quia mandatum est regi quod quedam capa serica venit Lond' venalis, que cun[c]tas capas Anglicanas excellit pulcritudine et ornatu, mandatum est Edwardo de Westm' quod eam omnibus modis emat ad opus regis. Et cum rex custum sciverit, illud acquietari faciet. Ceterum fieri faciat ii. capas sericas ad capellam regis de rubeo samitto et nodos earum et capricia ad morem Romanum. Et earum custum rex acquietari faciet. Teste rege ibidem, xxviij. die Novembris.

[m. 18.] *De j. cuppa vitrea reparanda.*—Rex mittit Edwardo de Westm' unam cuppam vitream quam regi misit Gwido de Russilun, et mandatum est eidem Edwardo quod amoto pede vitreo quendam pedem argenteum decentem et deauratum loco illius pedis vitrei et quoddam pomellum desuper respondens eidem pedi et circulos deauratos et decentiores in ea sub quanta poterit festinatione fieri, et eam sic paratam regine ex parte regis presentari faciat. Et eum rex custum sciverit, illud acquietari faciet. Teste ut supra.

Pro comite Marescallo.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod diligentia facta inspectione rotulorum nostrorum de Scaccario nos testificatis quantum debiti nobis debeat dilectus et fidelis noster W. Marescallus, comes Penbr', de debitis suis propriis, et quantum pro Hawisia quondam comitissa Lincoln', matre Margarete uxoris sue cujus heres ipsa est, et quantum restat nobis reddendum de firma manerii de Boseham' a tempore quo Margeria, quondam comitissa Penbr', manerium illud tenuit in dotem de predicto comite, et interim ipsum comitem pacem habere permittatis de omnibus demandis quas ei facitis per summonicionem Scaccarii nostri pro predictis debitis. Teste ut supra.

Rex justiciario Hybernie et thesaurario et baronibus suis de Scaccario suo Dublin', salutem. Mandamus vobis quod, inspectis rotulis ejusdem Scaccarii nostri, diligenter sub sigillis vestris nos certificetis que debita jam exiguntur, aut aliqua ratione exigi poterunt, per summonicionem ejusdem Scaccarii nostri a dilecto et fideli nostro W. Marescallo comite Penbr', et qua ratione singula eorundem debitorum ab eo exigantur vel exigi possint, et que magis sint liquida et que minus liquida Et interim ipsum fidelem nostrum pacem habere permittatis de omnibus demandis supradictis. Teste ut supra.

Mandatum est (G. de Segrave, justiciario foreste, *cancelled*) Ricardo de Wrotham quod in foresta de Blakemore faciat habere (permittat, *cancelled*) W. Marescallo comiti Penbrok' (capere, *cancelled*) iiij. damos et viij. damas vivos ad parcum suum de Sturmenistr' instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Merleberg' xxix. die Novembris.

1244.

De quadam alea facienda.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod sicut iram et indignationem regis vitare voluerit, sine omni dilatione fieri faciat quandam aleam que se extendat a rotundo lotorio in curia regis Westm' usque ad hostium per quod itur versus capellam Beati Stephani ibidem, ita quod alea illa prompta sit ante Natalem. Teste ut supra..

Pro Dunholmensi episcopo.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod exponat Dunolmensi episcopo domos regis de Clive ad perhendinandum in ipsis quamdiu sibi placuerit, cui dominus rex eas accomodavit. Teste ut supra.

De damis ad opus regis capiendis.—Mandatum est Ade de Periton', custodi foreste de Bradene, quod permittat Johannem le Fol et Warinum Luvel venatores regis capere in ea contra instans Natale Domini lx. damas ad opus regis, et eis ad hoc auxilium inpendat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Thome Maunsel quod in foresta de Clive faciat habere N. Dunholmensi episcopo x. damas contra Natale, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ada Cadde et Johanne le Clerk.—Quia Adam Cadde et Johannes le Clerk, capti et detenti in prisona Glouc', non sunt rettati de aliquo malo retto nisi eo quod inventi fuerunt cum Matillide que fuit uxor Willelmi de Marisco, sicut rex accepit per inquisitionem, mandatum[est] vicecomiti Glouc' quod ipsos a prisona deliberet et quo voluerint abire permittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Porecestr' quod in foresta de Porestr' (*sic*) faciat habere Juliane uxori Willelmi de Albiniaco, domicille regine, iiij. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

De pannis et penulis emendis.—Mandatum est Rogero scissori quod emi faciat iij. peroptimos pannos de scarletto et iij. peroptimos de viridi et ij. penulas de ermina et vj. de minuto vario, ita quod panni predicti et penule predicte tam exquisiti sint quod rex eos cum honore mittere possit comiti Provincie et comitisse uxori ejus. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit priorisse et monialibus Cestr', pro earum paupertate et pro dampno que sustinuerunt in guerra per incursus Walenses, x. marcas quas regi debent de anno preterito pro terra quam de rege tenent ad firmam, et mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestr', quod propter illas x. marcas eas decetero non distringat. Teste rege apud Merleberg' ij. die Decembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Galfrido Esturmi quod per visum constabularii de Merleberg' faciat habere priori et canonicis Sancte Margarete de Merleberg' in foresta de Savernak xv. quercus ad maeremium faciendum ad constructionem domorum suarum, de dono regis. Teste ut supra.

1244.

De robis datis.—Mandatum est Rogero scissori quod faciat habere Stephano de Silun' et Isabelle domicille comitisse Cornubie, revertentibus ad partes suas, duas robas competentes, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Rex vicecomiti Golver' (*sic*), salutem. Quia accepimus per inquisicionem quam a te fieri precepimus quod Henricus de Esfeld et Simon de Almotebyr' et Willelmus le Teler, capti et detenti in prisona nostra Glouc' pro morte Maurici de Bevinton appellati sunt de morte illa odio et athia, et inde non sunt culpabiles, tibi precipimus quod si quilibet eorum invenerit tibi xij. probos et legales homines qui eos manu capiant habere coram justiciariis nostris ad proximam assisam cum in partes illas venerint ad standum in recto si quis versus eos inde loqui voluerit, tunc tradat eos illis in ballium sicut predictum est. Et habeas ibi nomina illorum duodecim et hoc breve. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Oxon' pro deliberacione Johannis de Barsam, Isabelle de Oxon', et Matillidis de Oxon', captis et detentis (*sic*) in prisona regis pro morte Galfridi de Barsham capellani unde non sunt culpabiles. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Sutton' quod de vinis que sunt in custodia sua faciat habere magistro milicie Templi in Anglia j. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Farendon iij. die Decembris.

De plumbo ad quasdam operationes.—Mandatum est constabulario turris London' quod liberari faciat Edwardo filio Odonis de plumbo quantum necesse fuerit ad quandam magnam porticum quam rex fieri precepit inter lotorium et hostium quo intratur ad aulam minorem Westmonasterii cooperiendam. Teste ut supra.

De operationibus faciendis.—Mandatum est eidem Edwardo quod porticum illam que tanto palacio conveniat fieri faciat inter lotorium ante coquinas regis et hostium per quod intratur in aulam minorem ; ita quod rex in ea descendere possit de palefrido suo ad honestam frontem et sub ea iri possit inter predictum hostium et lotorium predictum, et etiam a coquina regis et camera militum, et eam plumbo predicto cooperiri faciat, et provideat quod tantos ad hoc habeat carpentarios et operarios quod ante adventum regis perfici possit ex toto et ad noticiam regis, alioquin adventum regis illuc non expectet. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in foresta de Essex extra parcum de Havering' faciat habere Johanni de Plesseto iij. damas, de dono regis. Teste rege apud Wudestok' iiij. die Decembris.

De iiij. millibus marcarum.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sicut corpora et catalla sua diligunt et ab indempnitate et periculo maximo volunt conservari, provideant quod iiij. milia marcarum que regi debentur de Judaismo, reddendas citra festum Nativitatis Dominice citra festum illud reddantur, quia si in

1244.

earum solutione aliquis inveniatur defeltus (*sic*) id solummodo negligencie sue imputaretur. Teste ut supra.

Mandatum est thesaurario et camerariis quod de illis iiij. milibus marcarum de primis liberent magistro milicie Templi in Anglia ij. milia marcarum deponenda in domo sua ad opus comitisse Provincie sicut alias eis mandatum est, et mille marcas liberent Clario Hugelini, mercatori Florencie, et de residuis mille marcis quantum se extendunt satisfaciant mercatoribus vinorum et aliis de debitis in quibus rex eis tenetur. Teste ut supra.

De vinis.—Mandatum est custodibus vinorum Suhampt' quod liberent ballivis regis Suhampt' quindecim dolia vini de melioribus vinis et peroptimis, carianda usque Westm' contra Natale Domini. Teste rege apud Wudestok' v. die Decembris.

De pingmento et claretto faciendo.—Mandatum est Magistro Radulfo de Neketon quod fieri faciat ad opus regis contra Natale Domini claretum et pingmentum sicut annis precedentibus fieri fecit, et de vino duo sextercia zedeoariata et alia duo vel tria muscata nucibus muscatis, et duo sextercia vini quibebati. Teste ut supra.

De quodam panno serico emendo.—Mandatum est Willelmo Hardel, custodi cambii, quod sicut diligit regem et sicut non vult sibi perquirere perpetuam indignationem regis, et si vult quod apparere possit coram rege in proximo adventu suo London', emat quendam magnum pannum sericum quem Mattheus de Venucia nuper secum detulit usque London', ut rex audivit, et pannum illum offerat ex parte regis ad feretrum beatissimi regis Eadwardi apud Westm'. Et hoc nullatenus omittat, si denarios ad hoc mutuo accipere debeat duris conditionibus. Et cum rex sciverit custum, illud ei in exitibus cambii faciet allocari. Teste ut supra, vj. die Decembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham' quod faciat habere Willelmo Painel decem quercus de dono regis in balliva sua in loco ubi capi possint ad minus nocumentum foreste regis. Teste rege ut supra, viij. die Decembris.

De tradendo in ballium.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod tradat in ballium Galfridum de Stocwell' captum et detentum in prisona apud Turrim predictam pro quadam transgressione Henrico filio Roberti austurciario, Henrico filio Henrici Symeonis, Nicholao de Stocwell, Johanni de Stocwell, Fulconi de Ruycot', Roberto de Staunton, Symoni Log, Laurencio Log, Philippo Pady, Ade Feteplace, Waltero aurifabro Oxoniensi, et Ricardo aurifabro, qui manuceperunt eum habere coram rege in festo Sancti Hyllarii, ubicunque rex tunc fuerit, ad respondendum de transgressione illa. Mandatum est eidem constabulario quod liberet ipsum Galfridum Nicholao de Stocwell, quem prefati duodecim loco suo assignaverunt coram rege ad ipsum recipiendum. Teste ut supra.

Pro Simone de Veer.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod si Reimundus de la Cigorr', civis Burdeg', extraxerit de maneriis Symonis

1244.

de Veer de Bateneford' et de Scotton', et bonis et catallis in eisdem maneriis inventis, quinquaginta libras vel amplius pro sexaginta marcis quas idem Symon ei debuit, et pro quibus seisinam ei habere fecit idem vicecomes de maneriis predictis quousque eas inde recepisset, tunc eidem Symoni seisinam suam de predictis maneriis cum pertinenciis rehabere, et quicquid idem Reimundus receperit ultra predictas lx. marcas reddi, faciat sine mora. Teste ut supra.

De xx. marcis de Judaismo ad regem mittendis.—Mandatum est Aaron Judeo de Ebor' quod sicut diligit corpus suum statim visis litteris tradat latori illarum viginti marcas regi deferendas de arreragiis centum librarum quas regi solvisse debuit in festo Nativitatis Sancte Marie proximo preterito, ita quod hoc quemlibet lateat praeter ipsum Aaron et latorem supradictum. Teste ut supra.

De plumbo ad operationes de Westm'.—Mandatum est custodibus operacionum regis Windles' quod de plumbo regis quod habent faciant habere tres carreas Eadwardo filio Odonis ad operaciones regis de Westmonasterio. Teste rege ut supra, ix. die Decembris.

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc, thesaurario, quod robas liberari faciat hiis qui eas habere debent ut eas contra festum Natalis Domini faciant preparari. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est ballivo de Shelvinton' quod faciat habere Paulino Peivre octo bremias matrices de vivario regis de Shelvinton' ad vivarium suum instaurandum apud Tudington, de dono regis. Teste ut supra.

[m 17.] *De Judaismo.*—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod statim visis litteris clamari faciant per omnes comitatus Anglie ubi Judei regis sint manentes, quod si aliqua Judea, uxor alicujus Judei, vel pueri sui, diffugiant vel fugam capiant, vel aliquo modo lateant, a villa ubi fuerint manentes ad festum Sancti Andree anno regni regis xxix. usque in unum annum proximo sequentem, ita quod ad summonitionem regis vel ballivorum suorum in quorum ballivis ipsi fuerint manentes prompti inveniri non possint, quod vir ipsius Judee et etiam ipsa Judea et omnes pueri sui statim utlagentur, et omnes terre, redditus, et omnia catalla sua in manum regis capiantur et incontinenti vendantur ad opus regis, et quod decetero non redeant in regnum Anglie sine speciali precepto regis.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Extraneo, justiciario Cestrie, quod capiat in foresta de Wirehal' decem damas, et eas det uxori sue ex parte regis. Teste rege ut supra, x. die Decembris.

De busca ad opus regis.—Mandatum est ballivis Windles' quod venire faciant usque Westm' contra instans festum Natalis Domini, sicut eis dicet Willelmus de Rading', duas navatas busce ad opus regis et etiam navatam ad opus clericorum de cancellaria. Et cum custum sciverit rex illud eis solvi faciet. Teste ut supra.

1244.

De sotularibus ad opus pauperum.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario suo London', quod provideri faciat trescenta et quindecim paria sotularium ad usus pauperum, dum tamen custum uniuscujusque paris non excedat quatuor denarios et obolum vel ad plus quinque denarios et obolum, et ex quo ea sic providerit ea liberari faciat Petro Chaceporc, custodi warderobe regis, ita quod ea habeat citra adventum regis usque Lond' contra festum Natalis Domini. Teste rege ut supra, xj. die Decembris.

De tradendo in ballium.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod Johannis Aubry, captus et detentus in prisona regis apud Norwic' pro morte Godefridi Thril, unde Matillis que fuit uxor predicti Godefridi eum appellat, tradatur in ballium usque adventum justiciariorum ad partes illas. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi lardarii regis Westm' quod de ducentis damis, quas misit rex usque Westm' per Symonem Hurtaud ponendis ibidem in lardario regis, liberari faciat Symoni le Herbervir quindecim damas deferendas usque Sutton ad sororem regis, A. comitissam Penbroch', cui illas dedit rex, et etiam quod habere faciat Mattheo Bezil duas damas, de dono regis. Teste ut supra, xij. die Decembris.

De translatione reliquiarum.—Mandatum est Eadwardo filio Odonis quod rex vult quod regina sua die Sancti Thome apostoli faciat translationem reliquiarum ejusdem sancti de brachio veteri, loco regis, sollempniter in brachium novum, et quod utrumque brachium una cum reliquiis illis ad translationem illam faciendam exponat. Teste ut supra.

De pisce contra Natalem capiendo.—Rex misit usque Shelveston Hugonem de Bradel' et piscatorem suum ad piscandum in vivario suo ibidem contra Natale Domini. Et mandatum est ballivo de Shelveston' quod eos ad hoc admittat et auxilium eis impendat. Teste ut supra.

De robis.—Mandatum est Petro Chaceporc, custodi garderobe regis, quod liberet sacriste Sancte Crucis robam integram habitui suo competentem, et Nicholao Dismars, Egidio de Canbray, Herberto de Denmad', et Nicholao Purcel, servientibus deputatis ad sequendum corpus regis, robas suas contra Natale Domini. Teste ut supra.

De pane.—Mandatum est ballivis de Wicumb' quod de bono pane videlicet de quatuor panibus ad denarium fieri faciant in villa sua decem libratas panis ad opus regis contra festum Natalis Domini et panem illum cariari faciant usque Westm', ita quod sit ibi ad ultimum die[m] Veneris ante festum predictum, et tam custum quam cariagium rex ibidem reddi faciet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis de Kingeston de centum solidatis panis.

Eodem modo scribitur ballivis de Sancto Albano de decem libratis panis.

Eodem modo scribitur vicecomitibus London' de viginti libratis panis.

1244.

De robis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere duobus armigeris sacriste Sancte Crucis Burdeg' duas robas contra Natale Domini. Teste rege ut supra, xiii. die Decembris.

De obolis de musce.—Mandatum est Willelmo Hardel quod emi faciat ad opus regis sex marcas auri in obolis de musce et centum obola de musce inde liberet Edwardo filio Odonis ponendos in operatione feretri beati Edwardi, et residuum inde liberari faciat fratri Roberto de Sikelingeham, thesaurario Novi Templi London', salvo custodiendum ibidem in thesauro regis. Et custum cum rex sciverit, illud in exitibus cambii allocari faciet. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Gilbertus le Sarmuner et Michael de Heghfeld', capti et detenti in prisona Oxon' pro morte Johannis de Fayrmer', Ricardi de la Grave, Willelmi Molendinarii, Thome Bonde, et Emme filie Agnetis, unde rettati sunt, habent litteras directas vicecomiti Oxon' quod tradantur in ballium, quia rettati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Wudestok' xiiij. die Decembris.

De vinis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Dunestapl' quod de vinis regis que sunt in custodia sua liberent duo dolia vini de Rek' ballivis Dunestapl' carianda quo rex eis precepit. Teste rege ibidem xvj. die Decembris.

Et mandatum est eisdem ballivis quod ea cariari faciant usque Sanctum Albanum, ita quod sint ibidem hac die Sabbati vel die Dominica sequenti mane. Et cum rex custum cariagii sciverit, illud eis reddi faciet. Teste ut supra.

De Fulcone de Castro Novo.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod per sacramentum proborum et legalium hominum diligenter inquirat de quibus terris et tenementis Walterus de Rideleford', avus Christiane filie Roberti de Mariscis, alterius heredum predicti Walteri, fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, et que terre et tenementa inde acciderunt in partem predicte Christiane, et que in partem comitisse Ulton', amite ipsius Christiane, et uxoris Stephani Lungesp', et tam de omnibus terris et tenementis que inde acciderunt in partem predicte Christiane, quam de omnibus terris de quibus Robertus de Mariscis, pater predicte Christiane, cujus heres ipsa est, fuit seisitus ut de feodo, die quo obiit, et que extiterunt in custodia regis post mortem predicti Roberti, Fulconi de Castro Novo cui rex concessit custodiam terrarum que ipsam Christianam hereditarie contingunt et ipsius Christiane maritagium, vel ejus certo assignato, seisinam habere faciat, adeo plene sicut ipsam recepit nomine regis post mortem predicti Walteri, non obstante aliqua inquisitione siqua facta fuerit, et ipsum Fulconem in seisina sua manuteneat. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Galfrido de Cauz' ij. marcas que ab eo exiguntur de prestito facto ei tempore domini Johannis patris regis: et mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De prisonibus.—Mandatum est custodi gayole de Newegat' quod Walterum le Poher et Alanum de comitatu Ebor', probatores

1244.

regis, quos ei liberabit vicecomes Buk' per preceptum regis, recipiat et eos salvo custodiat donec aliud habuerit preceptum. Teste rege apud Brehull', xix. die Decembris.

Et mandatum est eidem vicecomiti quod eos mitti Lond' et custodi ejusdem gaiole liberari faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod habere faciat priorisse de Stodlee xviij. quercus in foresta de Bernewode que ei aretro sunt de xx. quercubus quas rex ei dederat per litteras suas directas Johanni de Nevill' dum balliva ejusdem foreste fuit in manu sua. Teste ut supra.

De venatione ad opus regis capta.—Hamo filius Philippi, Willelmus Luvel, Willelmus filius Walkelini, et Philippus de Candevr' assignati sunt ad capiendum in foresta de Bernewod l. damas et x. bissas, et mandatum est Johanni, filio Nigelli, forestario ejusdem foreste, quod ipsos ad hoc admittat et auxilium eis inpendat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Mandatum est maiori et vicecomitibus London' quod secundum consuetudinem civitatis Lond' in presencia coronatoris regis Lond' per sacramentum proborum et legalium hominum inquiri faciant utrum Anna de Zoin, Ricardus de Bosco, Willelmus de Zoin, Walterus de Clothal, Nigtegalis le Norreis, et Willelmus de Essex, capti et apud Lond' arestati pro morte Simonis de Elnestowe, culpabiles de morte illa vel non : et si per inquisitionem illam invenerint quod ipsi de morte illa culpabiles non sint, et ipsi invenerint eis xii. legales homines de civitate Lond' vel de forinsecis comitatibus extra civitatem illam qui eos manucapiant habere coram justiciariis regis ad prima placita corone regis apud Turrim Lond', tunc eos tradant etc. Teste rege apud (Waling' *cancelled*) Berkhamsted', xx. die Decembris.

Reginaldus filius Alexandri captus et detentus in prisona de Aylesbir' pro combustione domus Henrici de Dona habet litteras directas vicecomiti Buk' quod tradatur in ballium, quia rettatus est de combustione illa odio et atia etc. sicut rex accepit per inquisitionem. Teste ut supra.

De maeremio ad operationes de Brehull'.—Mandatum est Thome Maunsel, senescallo ballive que fuit Johannis de Nevill, quod permittat vicecomiti Buk' capere maeremium in foresta de Bernewod' per talliam inter ipsos confectam de numero quercuum, ad quandam privatam cameram faciendam apud Brehull' ad opus regine, et ad totam cameram ejusdem regine ibidem claudendam palicio continuato palicio camere regis. Teste ut supra.

De corpore cujusdam mercatoris custodiendo.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod mercatorem quem Arnaldus Gerald detinet pro rebus ablatis P. de Sabaudia in Lumbirdia et eis tradet, recipiant et salvo custodiant, ita quod de corpore suo regi possint respondere. Teste rege apud Berchamsted xxij. die Decembris.

De vinis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Westm' quod liberent Willelmo Chubbe j. dolium vini ad recandum et mittendum

1244. usque Herewes, ita quod sit ibi die Jovis in crastino Sancti Thome apostoli. Teste rege apud Sanctum Albanum ut supra.

Et mandatum est eidem Willelmo quod illud recari et aliqua carecta quam querat ad denarios regis illuc cariari faciat : ita quod sit etc. ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Johanni le Poher, qui fuit socius Engelardi de Cygoni, j. robam, et Ricardo de Funtenay, qui fuit socius Galfridi de Serlaund', aliam robam, de dono regis. Teste rege apud Sanctum Albanum xxj. die Decembris.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario regis, quod omnes Fratres Predicatores et Minores Lond', et omnes pauperes omnium hospitalium Lond', et pauperes moniales et omnes leprosos Lond', hac die Veneris proxima ante Natalem Domini pro anima comitisse Flandrie pasci faciat, et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste ut supra.

De pauperibus vestiendis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod liberet fratri R. elemosinario nongentas et lx. ulnas panni ad vestiendum pauperes contra Natale Domini sicut rex ei enjunxit. Teste ut supra.

De pluribus faciendis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod citra Natale emat ad opus regis unam capam diciorem quam invenire poterit, precii circiter xl. marcas, ad dandam ecclesie Westm', et similiter ii. capas de samitto rubeo et bono ad capellam regis, et hac die Veneris ante Natale pendere faciat coronam illam de qua cum rege loquebatur infra capellam Beati Stephani, et in eadem capella more solito in nocte Natalis Domini sint cerei preparati, et similiter in ecclesia Westm' sint tot cerei quod ecclesie de cereis sit illustrata et illuminata, et querat ad opus regis pulcrius tapetum quod inveniri poterit ad dandum cui rex proposuit, et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet ; item magnum tapetum quod comes Ricardus regi dedit promptum sit ad pendendum super tronum regis die Natalis Domini, et ecclesia Westm' illustrata sit tapetis, ita quod nullus sit ibi pannus deauratus neque de serico appensus. Et scire faciat ex parte regis conventui Westm' quod hac die Veneris ante Natale faciant solempniter in albis servicium et divina celebrari in ecclesia sua pro anima comitisse Flandrie, et similiter Fratribus Predicatoribus et Minoribus Lond' et classicum ipsius per totam villam Lond' pulsari faciat. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo Hardel' quod fieri faciat unam culcitram punctatam de vj. baudekinis cum competenti bordura proportionaliter, majoris latitudinis quam longitudinis, ita quod rex eam promptam habeat hac instanti vigilia Natalis Domini. Emi etiam faciat ad opus regis duas culcitras venales majores et preciosiores que invenire poterit. Et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste ut supra.

Pro Johanne de Kaukewell'.—Mandatum est vicecomiti Sutht' quod in nullo se intromittat de terra Johannis de Caukewell' in Ideswurth, set

1244.

eam ei in pace dimittat usque ad octabas sancti Hyllarii anno etc. xxix. Teste.[1]

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Willelmo de Budeford' j. robam contra Natale sicut uni ex servientibus regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Michaeli de Fendles' et socio suo robas contra Natale videlicet tunicam, supertunicam et pallium. Teste ut supra.

[m. 16.] Mandatum est eidem Petro quod faciat habere Johanni de Nevill,' filio Galfridi le Chaumberleng', se altero militi (*sic*), robas contra Natale. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Thomas de Buthmerston', captus et detentus in prisona B. Cantuarensis electi apud Otteford' pro morte Hamonis de Boclond' unde rettatus est, habet litteras directas vicecomiti Kancie quod tradatur in ballium quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Westmonasterium xxiiij. die Decembris.

De vinis capiendis.—Rex mittit Johannem Blancbuilli ad capiendum ad opus regis xxx. dolia vini Wasconie et xxvj. dolia vini Gallici, et mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod ei ad hoc consulentes sint et auxiliantes, et vina predicta cum capta fuerint per sacramentum proborum hominum appreciari faciant. Teste rege ibidem xxvj. die Decembris.

De damis capiendis.—Mandatum est Ade de Periton' quod permittat venatores regis capere tot damos quot remanserunt capiendos de lx. damis quas rex nuper capi preceperat in foresta de Braden', et preter illas permittat ipsos capere xl. damas, et eis ad hoc consilium impendat. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo.—Rex concessit comiti Ricardo quod de gracia regis habeat hac vice omnia amerciamenta que prevenient de itinere justiciariorum ultimo itinerancium in comitatu Cornubie, et quod habeat similiter amerciamenta que provenient de hundredo de Lifton' et civitate Exon' de itinere justiciariorum itinerancium in comitatu Devonie sicut ea habuit in precedenti itinere justiciariorum in eisdem comitatibus. Et mandatum est baronibus de scaccario quod ei habere faciat extractas eorundem amerciamentorum, et scire faciat vicecomitibus Cornubie et Devonie quod permittant ballivos ejusdem comitatus colligere prefata amerciamenta per manum suam. Teste rege apud Westmonasterium xxvij. die Decembris.

Pro Radulfo filio Radulfi filii Nicholai.—Rex reddidit Radulfo filio Radulfi filii Nicholai et Alicie uxori[ejus] manerium de Linford' cum pertinenciis tanquam excaetam suam, quod Galfridus de Marisco, utlagatus pro morte hominis, de ipsis tenuit, et mandatum est baronibus de scaccario quod de xviij. libris, quas exigunt a Radulfo

[1] Unfinished.

1244.

filio Nicholai pro firma ejusdem manerii de i. anno postquam rex eis manerium illud de jure reddidisse debuerat secundum terminum utlagarie, ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eisdem pro quietancia xij. librarum et x. solidorum eidem facienda de firma manerii de Crawemers. Teste ut supra.

Pro Petro de Geneve.—Rex concessit Petro de Jeneve manerium de Dalun' cum pertinenciis tenendum quamdiu regi placuerit pro xl. libris quas percipit ad scaccarium de feodo suo, ita quod quamdiu illud tenuerit rex quietus erit de feodo predicto, et mandatum est vicecomiti Hereford' quod de predicto manerio ei plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro priore hospitalis de Bruge' Walteri.—Mandatum est constabulario de Bruges Walteri quod terram pertinentem ad hospitale regis ibidem, quam cepit in manum regis occasione alienationis quam quidem prior ejusdem hospitalis fecit inde Johanni Bardulf sine assensu regis, liberet priori ejusdem hospitalis ad sustentationem ejusdem hospitalis. Et inhibeat prioribus ejusdem hospitalis ne decetero faciant alienationem aliquam de terris spectantibus ad predictum prioratum sine licencia regis. Teste ut supra.

De vinis ad opus regis capiendis.—Mandatum est camerario regis London' quod de vinis que nuper venerunt London' capiat ad opus regis xxx. dolia vini Wascon' et xxvj. dolia vini Gallici et ea per sacramentum proborum et legalium hominum appreciari faciat prout rex injunxit vicecomitibus London'. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in Nova Foresta faciat habere uxori Nicholai de Mol' vj. robora sicca folia non ferencia ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Merton' xxviij. die Decembris.

De elemosyna regis facienda.—Rex mittit usque Westm' fratrem Robertum templarium, per cujus manum rex wlt quod medietas elemosyne sue fiat usque adventum regis ibidem, videlicet quod singulis diebus pascantur ccl. pauperes, et pro conservatione sanitatis puerorum regis xxv., et quod ponderentur sicut fieri consuevit in festis duplicibus, ita quod elemosynam illam incipit hac die Sabbati. Et mandatum est Roberto de Mucegros quod ipsum ad hoc admittat. Teste rege apud Windes' xxx. die Decembris.

Pro Galfrido de Langel'.—Rex vicecomiti Berkescire, salutem. Sciatis quod commisimus dilecto et fideli nostro Galfrido de Langel' custodiam terre que fuit Petri Malherb' in Henneye quousque constiterit utrum ad nos reverti debeat tanquam escaeta nostra de terris Normannorum vel eam reddere debeamus dilecto et fideli nostro Waltero Marescallo comiti Penbroc' tanquam jus suum, ita quod omnes exitus ejusdem remaneant interim eidem Galfrido de dono nostro; volumus etiam et precipimus quod quicquid percepisti de terra predicta a tempore quo eam cepisti in manum nostram, per preceptum nostrum,

1244. eidem Galfrido sine difficultate reddi facias, similiter de dono nostro. Teste rege apud Windeles' xxix. die Decembris.

Memorandum de pannis et aliis regi mittendis.—Memorandum quod quodam breve dirigitur Bartholomeo de Fuyer', civi Lugdon', de pannis et aliis regi mittendis de nundinis de Leyny et patet tenor illius brevis per quoddam breve factum in principio istius rotuli, set mutatur data illius brevis que talis est hic apud Wind' ij. die Januarii et omittitur quedam clausa que est in superiori brevi de pannis illis contra natale regis mittendis.

De tradendo in ballium.—Henricus Balloc', captus et detentus in prisona regis Bed' pro morte cujusdam carectarii qui interfectus fuit sub parco de Wahull', habet litteras directas vicecomiti Bed' quod tradatur in ballium, quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. ut rex accepit per inquisitionem. Teste ut supra.

1245. *De damis datis.*—Mandatum est Ade de Periton' quod faciat habere H. comiti Essex et Hereford' xij. damas in foresta de Bradon', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium v. die Jannuarii.

Mandatum est Roberto de Everingeham quod in foresta de Shirewod' faciat habere Johanni de Lexinton' iiij. damas, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled*] *quia redditum fuit breve et factum in anno etc. xxx.*

Pro Karleolensi episcopo.—Mandatum est camerario regis Lond' et captoribus vinorum suorum quod permittant pincernam W. Karleolensis episcopi capere ad opus ipsius episcopi xx. dolia vini de melioribus Johannis de Gizor vinis que inveniri poterunt Lond'. Teste rege apud Westmonasterium viii. die Januarii.

Pro Hugone de Vivon'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod xiiij. die Februarii anno etc. xxv. commisimus Hugoni de Vivon' comitatus nostros Sumers' et Dors' ad percipiendum omnes exitus eorundem comitatuum, scilicet de firma et proficuo, pro custodia castrorum de Corf' et de Shireburn' et predictorum comitatuum quamdiu regi placeret, et ideo vobis mandamus quod ita irrotulari et a tempore predicto et et (*sic*) deinceps quamdiu comitatus illos tenuerit sicut predictum est, ita observari faciatis. Teste rege ibidem x. die Januarii.

Pro Magistro Gerardo carpentario.—Rex commisit Magistro Girardo carpentario custodiam omnium domorum regis in ballio castri Winton' extra turrim, et mandatum est constabulario regis Winton' quod custodiam omnium domorum regis predictarum ei liberet per visum maioris et ceterorum de probioribus et legalioribus hominibus Winton' qui sub sigillis suis litteratorie regem certificabunt in quo statu predictas domos receperit, et quales in eis invenientur defecte. Teste ut supra.

Rex concessit eidem Girardo domos illas quas rex emit de Waltero Cysun cum placia illa que se extendit usque ad murum civitatis, et mandatum est maiori et ballivis Winton' quod de domibus illis et

1245. placia illa ei seisinam habere faciant, et quia rex commisit ei custodiam omnium domorum regis infra balliam castri regis ibidem, mandatum est eisdem maiori et ballivis quod assumptis secum de legalibus hominibus ejusdem civitatis accedant ad predictum castrum ad videndum in quo statu custodiam earum receperit, et quales in eis invenientur defectus et statum ipsarum et defectus quos in eis invenerint sub sigillis suis litteratorie regi certificent. Teste ut supra.

De perdonatione pro Willelmo de Say'.—Rex perdonavit Willelmo de Say' x. libras de xx. libras ad quas amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Middelsex' et de quibus rex alias xx. libras perdonavit. Et mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium xij. die Januarii.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Westm' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Hugoni Dispenser ij. dolia vini ad festum milicie sue tenendum, de dono regis. Teste rege apud Windes' j. die Januarii.

De plumbo.—Mandatum est custodibus operationum de Windes' quod liberent sex carratas plumbi latori litterarum domini regis de plumbo regis quod est apud Windes' cariandas usque Westm' ad operationes regis ibidem. Teste rege apud Westmonasterium xiiij. die Januarii.

De petra ad capellam quandam construendam.—Mandatum est G. de Segrave quod liberari faciat vicecomiti Leycestr' petram qua stabulum in castro regis de Salveye coopertum erat, quod nuper decidit, ad capellam quam rex fieri precepit in eodem castro. Teste ut supra.

Pro priore Hospitalis.—Prior Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia reddidit apud Novum Castrum super Tinam centum marcas in garderobam regis in festo Sancti Petri ad Vincula per quas finem fecerat cum rege pro rehabenda seisina de manerio de Servinton' quod captum fuit in manum regis occasione inquisitionis facte de terris alienigenarum in manum regis capiendis. Et mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium xvij. die Januarii.

De busca et maeremio.—Mandatum est ballivis foreste de Chet' quod faciant habere constabulario de Lutegar' buscam in eadem foresta ad quendam rogum faciendum, et maeremium quantum necesse fuerit ad edificia regis ibidem facienda per talliam inter ipsos constabularium et ballivos factam. Teste ut supra.

De prisonibus recipiendis apud Newegate'.—Mandatum est custodi gaiole de Newegat quod Johannem le Deable probatorem et Rogerum de Epping' rettatos de latrocinio quos ei liberabunt ballivi de Havering' ab eis recipiant et salvo custodiant donec aliud habuerint preceptum. Teste rege apud Westmonasterium xviij. die Januarii.

1245.

Pro ballivis de Andever'.—Quia ballivi de Andever' reddiderunt Huberto Hoes' quadringentas libras de firma ville sue iiij. annorum per preceptum regis, videlicet de annis etc. xxv., xxvj., xxvij. et xxviij. loco annui feodi sui quod idem Hubertus percipere consevit ad scaccarium, mandatum est baronibus de scaccario quod ipsos ballivos de eadem firma predictorum iiij. annorum quietos esse faciant. Teste ut supra.

On schedule.—H. dei gratia rex Anglie dominus Hybernie, dux Normannie, Aquitanie et comes Andegavie (dilectis et fidelibus suis Roberto Passelewe, archidiacono de Lewes, et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste *cancelled*) baronibus de scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Godefrido de Craucumbe decem et octo libras decem et octo solidos et octo denarios quos nobis reddere tenebatur pro transgressionibus factis per ballivos suos in foresta nostra de Wicchewod' tempore quo fuit custos manerii nostri de Wudestok'. Et ideo vobis mandamus quod de predictis decem et octo libris decem et octo solidis et octo denariis ipsum Godefridum quietum esse faciatis. Teste me ipso apud Westm' xxvij. die Decembris anno regni nostri xxix.

[m. 15.] *De damis datis.*—Mandatum est Philippo de Candever' et sociis suis quod de damis quas capient in foresta de Bradene ad opus regis faciant habere Mattheo Bezill iij. damas, de dono regis. Teste ut supra.

De quodam equo dato.—Rex dedit Magistro Alexandro de Swereford, thesaurario Sancti Pauli London', equum illum de quo cecidit Stephanus de Staunton quem idem equus post se traxit ita quod obiit ut dicitur. Et mandatum est vicecomiti Salop' et coronatoribus ejusdem comitatus quod nullam districtionem faciant Juliane que fuit uxor ipsius Stephani aut alicui alii occasione predicta. Teste rege apud Westmonasterium xxj. die Januarii.

Pro Alicia que fuit uxor Roberti de Welleg'.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Alicia que fuit uxor Roberti de Wellegh', suspensi pro latrocinio, tenuit j. mesuagium cum pertinenciis in Wigorn' in dotem de dono Ade Wene de Wigorn' primi viri sui,quod quidem mesuagium ballivi regis Wigorn' ceperunt in manum regis occasione suspensionis predicte, et quod idem Robertus nichil juris habuit in eodem mesuagio nisi per predictam Aliciam que ei fuit matrimonialiter copulata, mandatum est vicecomiti Wigorn' quod eidem Alicie de eodem mesuagio cum pertinenciis talem seisinam habere faciat qualem inde habuit quando captum fuit in manum regis occasione predicta. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia Avelina, que fuit uxor Roberti Starling, appellat Brianum Magge et Nicholaum filium Gunnild' de morte predicti Roberti odio et atia etc. ut rex accepit per inquisitionem, mandatum est [vicecomiti] Norf' quod tradat eum in ballium etc. Teste ut supra.

1245.

De bremiis datis.—Mandatum est custodi vivarii de Feckenham' quod in vivario de Feckeham' faciat habere Roberto de Mucegros xxx. matrices bremias, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xxiiij. die Januarii.

Hybernia. De bretachiis faciendis.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod in partibus Hybernie ubi propius mare fieri poterunt fieri faciat ad opus regis quatuor bonas bretachias, ita quod prompte sint et parate ad ultimum in festo Beati Johannis Baptiste ad cariandum ad regem per mare ubi rex mandaverit. Teste rege apud Westmonasterium xxv. die Januarii.

De capis regi mittendis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod duas capas de choro quas penes se habet et alias duas capas preciosas quas London' emi faciat regi mittat ita quod rex eas habeat in vigilia Purificationis Beate Marie ubicunque rex fuerit, et is per quem regi eas mittet transitum faciat per Winton' ubi forte dominus rex inveniri poterit, et si ibi non fuerit, ad regem veniat usque Clarendon' in vigilia predicti festi. Teste rege apud Gudeford' xxvij. die Januarii.

Littere prohibitionis directe suppriori et conventui de Lewes.—Rex suppriori et conventui de Lewes, salutem. Quia ex certa relatione fidedignorum intelleximus quod existente domo vestra sine priore sicut nunc est, W. quondam comes Warenn' fuit in possessione presentandi ad ecclesias de patronatu vestro quas in hujusmodi vacationibus vacare contingebant, et idem jus modo residet penes nos ratione custodie heredis prefati comitis in manu nostra existentis, vobis firmiter inhibemus quod, sicut omnia bona vestra que in nostra tenetis potestate diligitis, ad ecclesias que vacaverint postquam fuistis acephali vel quas vacare continget, ad instanciam cujuscunque nullatenus presentare presumatis. Teste ut supra.

Pro duobus Conversis.—Mandatum est custodi Conversorum London' quod Isabellam et Simonem filium suum conversos in societatem Conversorum admittat et eis sicut aliis Conversis liberaciones suas habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Periton' quod habere faciat magistro milicie Templi in Anglia iiij. damas in balliva sua de Braden', de dono regis. Teste rege apud Chauton' xxix. die Januarii.

De j. quercu ad operationes de Gudef'.—Mandatum est custodibus parci de Gudeford' quod in eodem parco faciant habere custodibus operationum de Gudeford' j. quercum ad operationes porte regis ibidem faciendas. Teste ut supra.

De vasis faciendis.—Mandatum est Edwardo de Westm' quod iij^{a}. vasa que rex ei junxit facienda, in quibus oleum crismatis deponi debet, sub festinatione fieri faciat, ita quod unum vasorum deauratum sit et duo proprii coloris cum florettis, et quodlibet eorum ponderis sit v. marcarum et sub festinatione fieri faciat magnum turribulum de quo bene scit, ita quod promptum sit in purificationem regine. Teste rege apud Winton' i. die Februarii.

1245.

Pro Claro Hugel.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod postquam satisfactum fuerit regi de ultimo Judeorum regi debito, reddant Charo (*sic*) Hugelini, mercatori de Florencia, mille marcas in quibus rex ei tenetur. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo de Langel', forestario de Whichewod', quod in eadem foresta faciat habere comiti Ricardo xv. damas et v. damos ad instaurandum parcum suum de Heyerles, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Ade de Periton', custodi foreste de Brade (*sic*) Teste ut supra.

Omni eodem modo scribitur forestario de feodo de foresta de Feckenham'. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Rading' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere uxori Johannis de Frethorn j. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Winton' iij. die Februarii.

Pro Philippa de Sifrewast'.—Mandatum est vicecomiti Sutht' quod de omnibus terris et tenementis de quibus Willelmus de Sifrewast' fuit seisitus ut de feodo in balliva sua die quo obiit, Philippe, que fuit uxor ipsius Willelmi, rationabilem dotem assignari faciat. Teste ut supra.

De quodam brachio in honore Beati Bartholomei faciendo.—Rex Edwardo filio Odonis, salutem. Sciatis quod precepimus custodi cambii nostri Lond' quod de exitibus ejusdem cambii faciat vobis habere xx. marcas ad faciendum unum brachium in honore beati Bartholomei in quo poni faciatis os brachii ipsius Beati Bartholomei quod est apud Westm', vobis mandantes quod predictum brachium sub omni qua poteritis festinatione per plures artifices fieri faciatis, ita quod os predictum ponatur in eodem, et quod promptum sit citra diem purificationis regine nostre, quod ipsa eodem die illud offerre possit apud Westm' una cum aliis que eodem die ibi est offertura. Teste rege apud Winton' iiij. die Februarii.

De quadam roba ad opus regine.—Mandatum est Willelmo de Pless' et Rogero de Ros' quod faciant habere domine regine unam robam de pulcro et precioso panno serico cum furruris et penula de panno minuto vario. Teste ut supra.

De ii. culcitris faciendis.—Mandatum est Willelmo Hardel, custodi cambii, quod de exitibus ejusdem cambii fieri faciat unam culcitram pendendam in ecclesia Beati Petri Westm' de ditioribus pannis ad aurum que London inveniri poterunt, que quidem culcitra consimilem habeat longitudinem cum alia culcitra quam nuper fieri fecit per preceptum regis, set majoris sit latitudinis predicta prima culcitra, ita quod culcitra illa sit de x. vel xij. pannis, aliam etiam fieri faciat de ij. pannis vel tribus ad cooperiendum tumbam regine Emme in ecclesia Sancti Switini Wint', et cum rex custum sciverit illud reddi faciet. Teste rege apud Wint' vj. die Februarii.

1245.

De tradendo in ballium.—Quia Rogerus filius Normanni, Galfridus de Wetherby, Hugo de Bolteby, Willelmus Bundy, et Alanus de Ebor', capti et detenti in prisona regis pro morte Lecie de Bereneby, unde apellati sunt, appellati sunt de morte illa odio et atia etc. mandatum est vicecomiti Ebor' quod tradat eos in ballium. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod faciat habere abbatisse Winton' in balliva sua iiij. vetera robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Enger' de Pratell' quod in foresta de la Ber' faciat habere Magistro Girardo carpentario x. fusta ad emendationem domorum suarum quas habet in civitate Wint', de dono regis. Teste rege apud Wherewell vij. die Februarii.

De denariis regis perquirendis.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod omnes denarios quos poterit perquirat, tam capiendo premanibus redditus et firmas regi debitos in balliva sua quam ex mutuo et aliis modis quibus poterit, saltem usque ad summam cc. marcarum, et de pecunia illa milites et servientes quos habet in marchia Wallie secundum majus et minus super vadia sua, prout de necessitate fieri oportebit, sustentet quamdiu pecunia illa ad hoc suffecerit. Et cum summam rex sciverit pecunie sic adquisite, rex illam ei allocari faciet. Teste ut supra.

De pictura facienda.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod, in exteriori parte sedis regis in capella Sancti Stephani Westm', sicut intratur in capella decendendo de aula, bene depingi faciat pulcram et decentem imaginem Sancte Marie, et ex alia parte cancelli versus hostium gardini, imagines regis et regine, ita quod parate sint et bene depicte in proximo adventu regis ibidem. Teste rege apud Clarendon' ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Johannes filius Thome, Willelmus Piscator, et Radulfus frater ejus, et Stephanus Piscator, capti et detenti in prisona Ebor' pro morte Henrici le Newecumene, unde apellati sunt, non sunt culpabiles de morte illa, mandatum est vicecomiti Ebor' quod tradat eos in ballium. Teste rege ibidem viij. die Februarii.

De roboribus datis.—Mandatum est Galfrido Esturmi quod in foresta de Savernak' faciat habere fratri Waltero le Butiler, custodi domus Templi de Chiriton', iiij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Rex mittit Willelmum Luvel et Johannem le Fol ad capiendum in foresta de Bradene xl. damas ad opus regis. Et mandatum est Ade de Periton' quod eis ad hoc sit in auxilium, ita quod rex habeat xxx. apud Westm' in vigilia festi Cathedre Sancti Petri, et alias x. quamcito capi poterunt. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod permittat Johannem de Burgo capere vj. damas, et non plures ad opus

1245.

uxoris sue, in balliva sua ubi ad majus commodum ipsius et ad minus nocumentum foreste regis capi possunt. Teste rege apud Clarend' x. die Februarii.

De quadam casula facienda.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod de panno quo involutus erat Edmundus filius regis cum baptizaretur, nobilissimi et ditissimi sit apparatus, multo nobilioris et ditioris quam rex alias ei injunxit, non habito respectu ad aliquod custum regis, casulam inde ditiorem et preciosiorem que fieri possit cum aurifragiis optimis, cum perlis et auro circa collum et scapulas usque ad magnum pondus cum lapidibus preciosis regis quos habet, in auro illo decenter assisis, fieri faciat, ita quod ponderositas illius casule gravet in ea celebrantem prius quam ewangelium perlegatur. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Simoni de Monte Forti, comiti Leyc', iij. damos et x. damas vivos in foresta de Savernak' ad instaurandum parcum suum de Everle, de dono regis. Teste rege apud Clarendon' xij. die Februarii.

Pro Hugone de Vivon'.—Rex concessit Hugoni de Vivon' quod ipse et heredes sui imperpetuum habeant unam feriam apud manerium suum de Silbinton singulis annis, duraturam per iij. dies videlicet in vigilia et in die et in crastino apostolorum Petri et Pauli, nisi feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum, et mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod per totam ballivam suam feriam illam clamari et teneri faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod faciat habere Johanni filio Galfridi iij. damos et xij. damas in balliva sua de Axiholt' ad parcum suum de la Vacherie instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Clarendon' xiij. die Februarii.

Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod habere faciat Johanni de Pless' v. damos et x. damas vivos in Nova Foresta ad parcum suum de Rokeburn instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus ad cindulam.—Mandatum est Galfrido de Lucy quod in foresta de Porecestr' faciat habere vicecomiti Suthampton' quercus aptas ad quinque milia cindulorum et ij. milia de lathes facienda ubi commodius et ad minus nocumentum foreste capi possunt. Teste rege apud Clarendon' xvij. die Februarii.

De vaccis datis.—Mandatum est Ade Cok', servienti de Clarendon', quod quinquaginta vaccas cum vitulis quas recepit de instauro episcopatus Winton' liberet fratri Willelmo de Tarent' ad opus abbatisse de Tarent', cui rex eas dedit. Teste rege apud Clarendon xvij. die Februarii.

[m. 14.] *Pro Willelmo de Sifrewast'.*—Quia Willelmus de Sifrewast' misit in Wascon' ij. servientes in servicium regis loco unius militis, rex perdonavit ei illos xl. solidos per quos finem fecerat cum rege remanendi

1245.

in Anglia quando rex transfretavit, mandatum est baronibus de scaccario quod de predictis xl. solidis ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Wint' xix. die Februarii.

De prisonibus custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod ij. prisones quos ei liberabit vicecomes Sutht' recipiat et salvo custodiat in prisona regis de Gudeford' donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste.[1]

Et mandatum est vicecomiti Sutht' quod ij. prisones quos ei liberavit vicecomes Sussex, et qui sunt in prisona regis Winton ei liberet etc. ut supra. Teste ut supra.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Willelmum filium Walkelini, Philippum de Candover', et Warnerum Luvel, venatores, ad capiendum in balliva Johannis de Venuz xxv. damas, [et] mandatum est eidem Johanni quod ipsis ad hoc sit in auxilium. Teste rege apud Chauton' xx. die Februarii.

De c. marcis liberandis J. Extraneo et H. Hus'.—Mandatum est Magistro S. de Wauton custodi episcopatus Cestr' quod illas c. marcas quas regi misisse debuit usque Rading' in quindena Purificationis Beate Marie, et omnes denarios quos perquirere poterit tam de redditu assiso capiendo pre manibus quam de mutuo, mittat per certum nuncium usque Salop', liberandas ibidem die Dominica vel die lune proxima post festum Beati Petri in Cathedra ad tardius J. Extraneo et H. Hus, ad faciendum inde quod rex eis precepit, et rex certificet quantam summam pecunie illuc miserit, et rex eam illi faciet allocari. Teste rege apud Gudef' xxj. die Februarii.

Hybernia. De bretachiis faciendis.—Rex dilecto et fideli suo Mauricio filio Galfridi, justiciario suo Hybernie, salutem. Mandamus vobis quod preter quatuor bretaschias quas vobis alias injunximus faciendas quatuor alias bonas brethachias fieri faciatis, ita quod octo bertachias habeatis promtas et paratas ad cariand' et levand' quando et ubi preceperimus. Teste rege apud Geudeford xv.[1]

De quercubus datis.—Mandatum est Galfrido Sturmi quod in foresta de Savernak faciat habere Johanni de Nevill iiij. quercus ad quandam cameram construendam, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xxiiij. die Februarii.

De vinis arestandis.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod sine dilatione arestari faciat ij. dolia boni vini apud Theford, et x. dolia boni vini apud Norwic' ad opus regis, vel alibi in balliva sua si ibidem bona ad opus regis inventa non fuerint, carianda quando et ubi rex preceperit. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Simon de Warleg' appellat Robertum Dispenser de Norhampt', captum et detentum in prisona Norhampt' pro morte Johannis filii Simonis odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Norht' quod tradat eum in ballium. Teste rege apud Westm' xxvj. die Februarii.

[1] Unfinished.

1245.

De lampredis et alosis et salmonibus.—Rex mittit Simonem Hurtaud ad querendum in partibus Gloucestr' omnes lampredas et alosas que poterunt inveniri, et mandatum est ballivis Gloucestr' quod omnes illas que idem Simon invenerit acquietari et ad regem ubicumque fuerit de die in diem mitti faciat, et cum rex precium earum simul et custum in earum cariagio appositum reddi faciet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Gloucestr'. Teste ut supra.

Et mandatum est predictis ballivis Gloucestr' quod omnes bonos salmones recentes quos invenire poterunt ad opus regis emant et eos in pane poni et ad regem ubicunque fuerit etc. ut supra. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Bravello quod in foresta de Dene faciat habere Henrico de Penebrug' x. quercus de dono regis, ita quod de ipsis non fiat venditio nec carbo. Teste rege apud Westmonasterium. j. die Marcii.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Stephanus de Shutteford' et Radulfus de Glentewurth', capti et detenti in prisona Linc' pro morte Hugonis Powel', unde appellati sunt, non sunt culpabiles de morte illa, et quod idem Hugo obiit per infortunium in campo de Netelham, mandatum est vicecomiti Linc' quod si uterque eorum invenerit ei xij. etc. qui eos manucapiant etc. Teste ut supra.

De decanatu de Tatehil dato.—Rex dedit Petro Chaceporc decanatum de Tatehil qui fuit Nicholai de Nevill. Et mandatum est vicecomiti Stafford quod de eodem decanatu ei plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilupo.—Willelmus de Cantilupo et Vitalis Engaine finem fecerunt cum rege per c. marcas, ut rex redderet eis seisinam manerii de Badmundefeld' cum pertinenciis, quod Hillaria Trussebut aliquando tenuit in dotem, et quod clamabant tanquam heredes Willelmi Curtenay' ut jus suum, salvo tamen jure cujuslibet in eodem manerio, et rex mandavit vicecomiti Suff' quod accepta securitate a predicto Vitale de quinquaginta marcis que ad ipsum pertinent de fine predicto, quia rex perdonavit predicto Willelmo l. marcas ad ipsum pertinentes de eodem fine de prefato manerio de Badmund' cum pertinenciis, eis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est, et omnes exitus ejusdem manerii postquam devenit in manum regis per mortem ipsius Hillarie prefato Willelmo habere faceret de dono regis; et quia rex dedit eidem Willelmo tallagium vi. marcarum quod Johannes Gumbaud et Ricardus Duket assederunt super idem manerium tempore quo fuit in manu regis, et quas vj marcas barones de scaccario ab eo exigunt per summonitionem scaccarii, mandatum est eisdem baronibus quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra. *Et est breve originale in rotulo finium anni etc. xxvj. et in eodem anno mittitur inde extractum ad scaccarium.*

1245.

Pro Ridello filio Radulfi.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod Ridello filio Radulfi talem seisinam habere faciat de terra sua de Wullingham quam cepit in manum regis qualem prius habuit antequam capta esset in manum regis per inquisitionem de terris Normannorum. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Christiana que fuit uxor Walteri Puffelin appellat Robertum le Messer, captum et detentum in prisona regis Winton' pro morte predicti Walteri odio et atia, et non eo quod inde culpabilis sit, mandatum est vicecomiti Suthampt' quod si idem Robertus invenerit ei xij. etc. qui eum manucapiant etc.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cantebr' pro Roberto filio Ranulfi, capto et detento in prisona Cantebr' pro morte Nigelli le Seler, unde apellatus est, quia de morte illa non est culpabilis, set quod Walter le Fever' et Willelmus le Coblere de morte illa est (*sic*) culpabiles. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' pro Reginaldo Harald', Reginaldo le Mercer et Avicia Rim, capti et detenti in prisona Linc' pro morte Andree de Suinerton', unde non sunt culpabiles. Teste ut supra.

De maeremio.—Mandatum est custodi parci de Gudeford' quod faciat habere vicecomiti Surr' maeremium ad emendandam aulam regis de Gudeford sicut rex ei precepit. Teste rege apud Westmonasterium ij. die Marcii.

Pro Mauricio de Berkl'.—Quia Thomas de Bercleg' misit in servicium regis in Wascon' Mauricium filium suum se tertio militum, rex remisit ei lx. marcas per quas finem fecerat cum rege ante transfretationem regis, pro licencia quam rex ei concessit remanendi in Anglia, et mandatum est baronibus de scaccario quod predictum Mauricium de predictis lx. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne Coco.—Quia Willelmus Thurberti manucepit coram rege quod Johannes Cocus, quem quidam ex ministris vicecomitis Noting' arestavit apud Gunford cum duobus runcinis et aliis bonis et catallis suis, eo quod credebat ipsum esse latronem, legalis homo est et runcinos illos et catalla fideliter est adeptus, et quod idem Johannes stabit recto si quis versus eum loqui voluerit, mandatum est eidem vicecomiti quod runcinos predictos et omnia alia bona et catalla secum arestata per predictam plevnam ipsius deliberari faciat, et ipsum cum eis abire permittat quo voluerit. Teste rege apud Westmonasterium v. die Marcii.

Pro Gwidone de Rochefort.—Rex commisit Gwidoni de Rocheford totam terram que fuit J. quondam comitis Linc' in Wadenho, quam Petrus capellanus aliquando tenuit de rege ad firmam, tenendam quamdiu regi placuerit, in partem solutionis annui feodi sui quod percipit ad scaccarium, salvis hiis qui terram predictam tenuerunt ad firmam de rege bonis et catallis suis in ea existentibus; et mandatum

1245.

est vicecomiti Norht' quod eidem Gwidoni de predicta terra plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Marcii.

Pro Cantuariensi archiepiscopo.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod diligenter inquirat per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo, utrum E. quondam Cantuariensis archiepiscopus postquam rex concessit ei returnum brevium regis, fuit in seisina returni brevium regis de feodo prioris et conventus Sancte Trinitatis Cant', et si per inquisitionem illam invenerit quod predictus archiepiscopus umquam, postquam returnum predictorum breviorum (*sic*) [quod] rex ei concessit, fuit in seisina returni brevium de feodo predictorum prioris et conventus, tunc decetero B. Cantuariensi archiepiscopo returnum brevium regis de feodo predicto habere faciat. Teste ut supra.

Pro monachis de Lewes.—Rex vicecomiti Leic', salutem. Satis memoriter tenemus quod alias tibi dedimus in mandatis ne monachos Lewes' permittes vi laica ejici a possessione ecclesie de Meuton' dum iidem monachi essent sine priore, quam quidem possessionem habuerunt tempore mortis prioris sui, et quia audivimus quod predicti monachi turbati sunt super possessionem predicte ecclesie, iterato tibi precipimus firmiter injungentes quod ipsos monachos extra possessionem predicte ecclesie vi laica teneri non permittas vel suam possessionem turbari, et si aliquem laicum inveneris in ecclesia illa resistentem huic precepto nostro, corpus ejus sine dilatione capi facias et in prisonam nostram retrudi, et ibi teneri donec aliud inde preceperimus. Teste ut supra.

[m. 14.] *Pro comite Ricardo.*—Rex concessit R. comiti Cornubie quod ipse et heredes sui imperpetuum habeant unam feriam apud manerium suum de Berchamsted singulis annis, duraturam per viij. dies, videlicet die Inventionis Sancte Crucis et per septem dies sequentes, nisi feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum : et mandatum est vicecomiti Hertford' quod feriam illam per totam ballivam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Sanctum Albanum xj. die Marcii.

De j. casula facienda.—Mandatum est Edwardo de Westm' quod omnibus modis provideat quod casula illa quam rex ei injunxit faciendam prompta sit citra Pascham cum alba conveniente et amicia, ita quod fiant cum aurifragiis preciosis et copia lapidum preciosorum, et quod sedes regis marmorea in magna aula similiter prompta sit, et aqueductus pariter[1] promptus sit citra Pascham, et denarios ad hoc capiat a justiciariis Judeorum, quibus mandatum est quod libros Judaismi de veteri testamento qui sunt in custodia sua vendant, et denarios inde perceptos ei liberari faciant. Teste ut supra.

Pro quibusdam servientibus regis.—Rex assignavit Adam Maunsel' et Adam le Sauser, Johannem Halingrat et Galfridum Halingrat Egidium de Caunbray, et Nicholaum Dismars, servientes regis, ad

[1] 'Pariter' is repeated.

1245.

commorandum cum Edwardo filio regis, et mandatum est Hugoni Giffard quod de quinquaginta marcis quas recepit ad scaccarium ad expensas ejusdem Edwardi faciat habere servientibus illis liberaciones suas, videlicet, utrique predictorum Ade Maunsel et Ade le Sauser singulis diebus vij. denarios et obolum, et utrique predictorum Johannis et Galfridi ix. denarios et obolum, et utrique predictorum Egidii et Nicholai xij. denarios in die, et provideat quod singulis noctibus in curia regis Westm' tres eorum sint vigilantes. Teste ut supra.

De obolis de musce regi mittendis.—Mandatum est Willelmo Hardel, custodi cambii regis, quod quinque sol' ob' de musce regi mittat ita quod rex eas habeat apud Dinnesl' hac die Dominica instanti. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in bosco de Henneleye juxta Selveston' faciat habere Johanni de Lexinton' vj. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Dinnesl' xiij. die Marcii.

De quodam castro apud Ebor' faciendo.—Rex mittit usque Ebor' Magistrum Simonem carpentarium et Magistrum Henricum cementarium, ad videndum situm castri regis ibidem, et ad ordinandum et disponendum qualiter castrum, quod de novo rex ibidem firmare proposuit, melius et competencius firmari possit, et mandatum est vicecomiti Eboraci quod, assumptis secum aliis magistris in consimilibus scienciis expertis, una cum ipsis accedat ad videndum situm ejusdem castri et qualiter illud securius et melius possit firmari, et secundum ordinationem et dispositionem eorum castrum predictum firmari faciat. Teste ut supra.

De leopardis et gradibus faciendis.—Rex Edwardo de Westm', salutem. Quia reducimus ad memoriam quod nobis dixistis quod parum plus erit sumptuosum facere duos leopardos eneos qui erunt ex utraque parte sedis nostre de Westm' quam eos facere ex marmore insciso vel sculpto, vobis mandamus quod eos fieri faciatis ex metallo sicut dixistis et gradus ante sedem predictam fieri faciatis ex petra inscisa. Teste ut supra.

De stagno vivarii de Windes' exaltando.—Mandatum est B. de Sabaudia, constabulario de Windes', quod exaltari faciat stagnum vivarii regis de Wind' sicut quidam conversus de Wardon', peritus in hujusmodi operibus, quem rex mittit ad partes illas ea occasione, ei dicet, et hoc rex ei faciet allocari. Teste.[1]

De luciis et bremiis datis.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod faciat habere W. de Ebor', preposito Beverl', in proximo adventu suo usque Ebor', vj. lucios et x. bremias in vivario regis de Fosse, de dono regis. Teste rege apud Crucem Roesie xiiij. die Marcii.

[1] Unfinished.

1245.

De postibus datis.—Mandatum est Roberto de Aundely quod faciat habere priori de Bradel' iiij. postes in forinseco bosco de Gillingeham ad edificationem turris ecclesie de Bradel', de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore de Bradel'.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod permittat eundem priorem emere in balliva sua x. fusta, et ea inde extraere quieta a cheminagio ad fabricam ejusdem turris. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia Willelmus filius Willelmi Russel, captus et detentus in prisona regis Cantebr' pro morte Maugeri filius Reineri de Horset, unde idem Reinerus eum appellat, appellatus est de morte illa odio et atia etc, mandatum est vicecomiti Cantebr' quod eum tradat in ballium. Teste ut supra.

Pro Roberto de Rebercy.—Rex cepit homagium Roberti de Reberci de terris que fuerunt Gervas' patris sui quas de rege tenuit in capite, et que ipsum jure contingunt hereditario, et mandatum est vicecomiti Noting' quod de terris que fuerunt ejusdem Gervas' in balliva sua et de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, ei plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere priori de Bernewell x. quercus videlicet, v. in foresta de Sapl' et v. in foresta de Wauberg', ad quandam cameram faciendam, de dono regis. Teste rege apud Bernewell' xiiij. die Marcii.

De quodam sepulcro faciendo.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod contra instans Pascha sepulcrum ex quodam panno serico tenui et competenti vel sindallo efforciato, et tentorium quoddam decens ultra idem sepulcrum cum pomellis eneis deauratis fieri faciat. Teste rege apud Chipenham xv. die Marcii.

De maeremio ad operaciones regis.—Mandatum est Thome Maunsel' quod faciet habere vicecomiti Norhampt' maeremium in balliva sua ubi ad minus nocumentum foreste capi possit, ad operaciones de Clive, de Geytinton, et de Berkestok' perficiendas, per visum forestarii et per talliam de numero quercuum factam. Teste ut supra.

De vinis mittendis in occursum regis.—Mandatum est custodi vinorum regis Westm' quod tria dolia boni vini ad os regis de vinis regis que sunt in custodia sua liberet vicecomitibus London' carianda usque Wautham. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo Pecche.—Quia Bartholomeus Pecch' finem fecit cum rege pro custodia terre et heredis Willelmi de Sifrewast, ut patet in rotulo finium, mandatum est vicecomiti Suthampt' quod de manerio de Fryfulk, quod fuit ejusdem Willelmi, Ricardo Pecche plenam seisinam habere faciat, ad opus predicti Bartholomei, et si quid de manerio illo post mortem predicti Willelmi ceperit, id eidem Bartholomeo sine dilatione restitui faciat. Teste rege apud Sanctum Edmundum xvij. die Marcii.

1245.

De coronatore eligendo.—Mandatum est Johanni de Sana, custodi nundinarum de Staunford, quod eligi faciat unum coronatorem substittuendum loco Henrici filii Alex' quondam coronatoris regis infra libertatem ejusdem ville qui prestito sacramento etc. ex tunc faciat etc. Teste rege ibidem xix. die Marcii.

De ampullis faciendis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod de xv. marcis, quas ei liberabit custos cambii regis Lond', fieri faciat iij. ampullas ad imponendum crisma oleum sanctum et oleum infirmorum, ita quod due illarum sint albe et una deaurata ; fieri eciam faciat quoddam vexillum undat' citra Pascham de consimili panno de quo facta est magna cortina pendens coram magno altari Westm' ; et cum rex custum sciverit, illud faciet allocari. Teste ut supra.

De pisce capiendo.—Rex mittit usque Saham piscatorem suum ad piscandum ibidem ad opus regis. Et mandatum est ballivo et preposito de Saham quod ei sint in auxilium ad piscem capiendum ibidem : et eidem piscatori dum ibidem moram fecerit rationabiles inveniant expensas, et piscem quem ibi ceperit de die in diem mittat post regem versus partes de Bromholm et de Walsingeham : et custum quod ad hoc posuerint computatur eis in exitibus ejusdem manerii. Teste rege apud Teford xx. die Marcii.

De candelabris faciendis.—Mandatum est custodi cambii quod de exitibus ejusdem cambii faciat habere Edwardo de Westm' argentum per talliam quantum necesse fuerit ad duo candelabra facienda et ad cooperiendum quoddam brachium quod est apud Westm'. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Edwardo quod de argento illo fieri faciat illa duo candelabra similia hiis duobus que sunt apud Westm', et cooperiri faciat brachium Sancti Eblandi quod est ibidem. Teste ut supra.

Pro Henrico de Hastinges.—Rex concessit Henrico de Hastinges qui habuit in uxorem Adam, unam sororum et heredum J. quondam comitis Cestrie, maneria de Leyrton et Oswaldebech in comitatu Noting', una cum maneriis de Cunedever et Wurfeld in comitatu Salop', et maneriis de Wlfrenehamton' et Wyginton' in comitatu Stafford, secundum extentam de eisdem maneriis ultimo factam, habenda et tenenda sibi et heredibus ipsius Ade inperpetuum in excambium pro parte que predictam Adam contingebat de comitatu Cestrie, et mandatum est vicecomiti Noting' quod de predictis maneriis de Leyrton' et Oswaldebech' eidem Henrico plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Salop' et Stafford de seisina ei facienda de maneriis de Wlfrenehampt' et Wyginton' in comitatu Stafford et de maneriis de Cunedever' et Wurfeld' in comitatu Salop'. Teste ut supra.

1245.

De sotularibus.—Mandatum est (Edwa *cancelled*) W. de Haverhull, thesaurario regis, quod provideat quod rex habeat ad mandatum suum contra instans Pascha cccxxxij. paria sotularium, meliora scilicet de precio v. denariorum et oboli, alia de precio v. denariorum et minus valencia de precio iiij. denariorum et oboli, et ea liberari faciat in garderobam regis. Teste rege apud Foxleg' xxiij. die Marcii.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Rogerus filius Britrug', captus et detentus in prisona regis de Colecestr' pro morte Willelmi de Colecestr', unde rettatus est, non est inde culpabilis, mandatum est vicecomiti Essex quod tradat eum in ballium. Teste ut supra.

Pro Gwillelma domicilla regine.—Rex commisit Gwillelme custodi terre et heredis Johannis filii Philippi custodiam terre que fuit Hamonis filii Philippi in Humberstayn', quam idem Hamo habuit de dono predicti Johannis fratris sui, tenendam usque ad legitimam etatem heredis predicti: et mandatum est vicecomiti Linc' quod de eadem terra cum pertinenciis eidem Gwillelme plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Burgum xxvij. die Marcii.

De perdonatione.—Rex perdonavit Johanni de Lagefar xvij. marcas et dimidium quas regi debet de duobus debitis et que ab eo exiguntur per summonitionem scaccarii; et mandatum est baronibus de scaccario quod de predictis xvij. marcis et dimidio ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Norwic' xxviij. die Marcii.

[m. 13.] *De capis faciendis.*—Rex mittit unum album samittum W. de Haverhull et Edwardo filio Odonis per Johannem de Lagefar' quem pannum regi misit dominus papa, et mandatum est eisdem W. de Haverhull et Edwardo quod inde fieri faciant duas capas de choro, et eas frectari faciant bonis aurifragiis, et si forte pannus ille non sufficiat, illum elongari faciat lato aurifragio eodem modo quo idem Edwardus dixit se facturum de panno illo quo involutus erat Edmundus filius regis cum baptizaretur: fieri etiam faciant capas illas cum campanellis argenteis subtus, ita quod rex illas habere possit in vigilia Pasche ad missam, et perquirant contra adventum regis unum rubeum samittum ad faciendum inde voluntatem regis: fieri etiam faciant de rubeo samitto unam casulam competentem et capam de choro ad opus prioris de Theford', de dono regis, ita quod eas habeat in vigilia predicta. Teste ut supra.

De dextrariis emendis.—Mandatum est Willelmo de Pless' et Terric' le Tyeys custodibus nundinarum de Staunford quod si invenerint (*sic*) ij., iij., vel iiij. boni et decentes dextrarii venales inveniantur in nundinis illis, eos ad opus regis capiat (*sic*), et eorum precium mercatoribus a quibus capti fuerint reddi faciant de exitibus earundem nundinarum, et rex illud eis faciet allocari. Teste rege apud Chipenham j. die Aprilis.

De tradendo in ballium.—Quia Ricardus le Do, captus et detentus in prisona Huntend' pro morte Willelmi de Ferles, unde appellatus est,

1245.

appellatus est de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Cauntebr' et Huntedon' quod tradat eum in ballium. Teste ut supra.

De denariis in marchia Wallie mittendis.—Mandatum est Johanni filio Alani quod sexcies xx. marcas quas regi solvere debet ad instans Clausum Pasche proximo futurum de fine mille librarum quem fecit cum rege pro seisina habenda de terris suis que fuerunt in custodia regis, simul cum instauro earundem terrarum, liberet J. Extraneo, justiciario Cestrie, et Huberto Hoes' ad liberationes militum servientium regi in marchia Wallie commorancium faciat, et rex eas ei faciet allocari. Teste rege apud Ely i. die Marcii.

De damis ad opus regis capiendis.—Rex mittit Robertum de Stopham et Johannem de Pratell' usque forestam de Wauberg' ad capiendum in ea xx. damas ad opus regis contra instans festum Paschale, et mandatum est Thome Maunsel, et omnibus forestariis de eadem foresta, quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Germamus (*sic*) de Sancto Edmundo, captus et detentus in prisona regis Cauntebr' pro morte Nigelli le Seler, unde appellatus est, appellatus est de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Cauntebr' quod si idem Germanus invenerit ei xii. etc. qui eum manucapiant habere etc., tunc eum manucapiant etc. Teste rege apud Ditton iiij. die Aprilis.

Pro monialibus de Crabehus'.—Mandatum Henrico de Bath et sociis suis justiciariis itineraturis in comitatu Norf' quod de deo dantis (*sic*) itineris sui in eodem comitatu, faciant habere priorisse et conventui de Crabehus xv. marcas, de dono regis. Teste ut supra.

De d. marcis.—Mandatum est maiori et probis hominibus London' quod illas quingentas marcas, quas regi debent de tallagio civitatis Lond', liberent in garderoba Petro Chaceporc' thesaurario ejus ejusdem garderobe vel Willelmo Hardel'. Teste ut supra.

[*Cancelled.*] *Quia liberate fuerunt ad scaccarium.*

De j. panno serico dato.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod faciat habere custodi capelle Sancte Katerine Westm' unum levem pannum sericum de Arest' ponendum in eadem capella in memoriam filie Roberge uxoris Roberti filii Pagani, que ibidem sepulta est. Teste ut supra.

Pro Waltero Biset.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, et ballivis ejusdem justiciarii Cestrie, quod sine dilatione faciant habere Waltero Biset quandam bonam navem cum ij. bonis batellis ad eundem in nuncium regis quo rex ei precepit, et cum rex custum sciverit, illud ei allocari faciet. Teste ut supra.

De pacationibus faciendis.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod si receperint illas cc. marcas quas vicecomes Suthampton' eis liberari debuit per preceptum regis de itinere justiciariorum ad

1245.

placita foreste in eodem comitatu, illas liberent Willelmo Hardel ut in garderobam regis, ad pacationes quas rex ei injuxit faciendas, et rex breve de Liberate eis inde habere faciet. Teste rege apud Waleden' iiij. die Aprilis.

De coronatoribus eligendis.—H. dei gratia rex etc. vicecomiti Cauntebr' et Huntedon', salutem. Quia non habemus nisi unum coronatorem comitatus Cantebr', et alium in comitatu Hundon', quod quidem conservacioni dignitatis corone nostre periculosum est, tibi precipimus quod in pleno comitatu tuo Cauntebr' unum coronatorem, et in pleno comitatu tuo Hundon' alium coronatorem eligi facias, qui, inprestito sacramento sicut fieri solet et debet, extunc faciant et conservant una cum sociis suis coronatoribus nostris eorundem comitatuum ea que ad coronam nostram pertinent, et tales eos eligi facias qui melius ad hoc sciant et velint intendere, et nomina eorum nobis scire facias. Teste me ipso apud Waleden v. die Aprilis anno regni nostri xxix.

De elemosinis.—H. dei gratia rex etc. Willelmo Hardell', custodi cambii London', salutem. Mandamus vobis quod modis omnibus queratis quadraginta marcas, vel de mutuo tuo vel alio modo super exitus kambii nostri, et eas quasi de garderoba nostra liberari faciatis fratri Rogero elemosinario nostro, in partem solutionis debitorum que debentur pro elemosinis nostris allocatis in compoto hospicii nostri, et eas vobis allocari faciemus. Teste me ipso apud Waleden v. die Aprilis anno regni nostri xxix. per Paulinum Peyvr'.

De quercubus datis.—Mandatum est Thome Maunsel quod faciat habere Fratribus Predicatoribus Norhampt' xx. quercus in foresta de Salceto vel de Selveston', ubi de consilio Roberti Passelewe ad minus nocumentum foreste capi possunt, ad ecclesiam et claustrum suum cooper[i]endum. Teste ut supra.

Rex concessit priorisse de Ikelinton quod in bosco suo de Ging', qui est in foresta regis capere possit x. quercus sine occasione foreste, ad reedificandum claustrum suum quod corruit, et mandatum est Ricardo de Munfichet' quod eas eam ibidem capere permittat. Teste rege apud Hertf' vi. die Aprilis.

[*Cancelled.*] *Quia revocatum fuit breve.*

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Stopham' et Johanni de Pratell' quod preter xx. damas quas capient in foresta de Wauberg' ad opus regis capiant ij. damas, et eas habere faciant uxori Godefridi de Crowecumb', de dono regis. Teste ut supra.

De quodam apostata.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod quendam apostatam qui ritum Judeorum deseruit et baptizatus fuit et acolitus postmodum factus, et postea apostatavit, cujus nomen ei scire faciet frater Robertus Bacun, capi et in prisona Oxonie detineri faciat, donec loci diocesanus inde fecerit quod ad se viderit pertinere. Teste ut supra.

1245.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Cecilia que fuit uxor Thurstani de Ocham appellat Willelmum le Daneis et Simonem le Provost, captos et detentos in prisona regis de Pilton' pro morte predicti Thurstani, quondam viri sui, odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Rotelaund' quod tradat eos in ballium. Teste rege apud Waltham, vij. die Aprilis.

De bremiis datis.—Mandatum est ballivis de Feckeham quod in vivario de Feckeham faciant habere Godefrido de Craucumb' vel ejus nuncio litteras regis deferenti xxv. matrices bremias vivas ad quoddam vivarium suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xiij. die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Grey, constabulario de Pecco, quod in foresta de Pecco faciat habere Ade de Eston vj. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Martinus Byle et Willelmus filius ejus, rettati de morte Roberti filii Maugeri et detenti in prisona de Melton (Grenewic' *cancelled*) in comitatu Suff', traditi sunt in ballium per inquisitionem inde factam que eis liberavit. Teste ut supra.

Pro Roes' de Verdun.—Roes' de Verdun solvit in garderoba regis pro priorissa de Gracia Dei die Jovis proxima post Dominicam in Ramis Palmarum xij. marcas quas regi debebat pro quadam cartam (*sic*), et mandatum est vicecomiti Oxonie quod nullam districtionem propter hoc faciat, et si quam fecerit eam penitus remittat. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Johanni le Mudner de Cherlebur' v. solidos qui ab eo exiguntur per summonicionem scaccarii, et mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Aprilis.

De pane ad opus regis.—Mandatum est ballivis Herteford' quod fieri faciant in villa sua x. marcatas panis de bono pane ad opus regis contra instans festum Pasche et panem illum venire faciant usque Westm' in vigilia ejusdem festi, et rex tam cariagium quam panem acquietari faciet. Teste ut supra.

Pro abbate Sancti Edmundi.—Mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Suff' quod omnes assisas de libertate abbatis Sancti Edmundi et omnia placita similiter que capi et teneri consueverunt apud Cateshal' in itinere aliorum justiciariorum ibidem capiant et teneant in itinere suo sicut alias capi et teneri consueverunt, ut predictum est. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est Waler' Teutonico quod quod (*sic*) in fossato de Blaunchastayl' faciat habere Willelmo de Cantil' juniori iiij. bremias, de dono regis. Teste rege apud Wind' xvij. die Aprilis.

1245.

Pro abbate de Hyda.—Quia Robertus de Manekes' nullam terram tenuit de rege per servicium militare, quare rex debeat habere custodiam terrarum quas tenuit de aliis, mandatum est vicecomiti Surr' quod permittat abbatem de Hyda habere custodiam feodi dimid' militis quod de ipso tenuit usque ad legitimam etatem heredis, et quod occasione mortis ipsius Roberti cepit in manum regis. Teste ut supra.

[m. 11.] *Pro Galfrido Dispenser.*—Mandatum est vicecomiti Stafford quod de custodia manerii de Thorp' Costentin, que fuit in manu Galfridi Dispenser ratione custodie heredis Galfridi le Sauvage in manu sua existentis, de quo manerio idem vicecomes eum disseisivit, et illud liberavit custodi honoris de Lancastr' tanquam pertinens ad eundem honorem, eidem Galfrido le Dispenser plenam seisinam habere faciat, et si quid inde captum fuerit, id ei restitui faciat. Teste rege apud Windes' xix. die Aprilis.

Rex baronibus suis de scaccario, salutem. Computate Willelmo Hardel custodi cambii nostri in exitibus ejusdem cambii lxvj. solidos et viij. denarios quos posuit per preceptum nostrum in dimidia marca auri in obolis de muce liberatis in garderobam nostram Petro Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, apud Dynnesl' in festo Sancti Gregorii anno regni nostri xxix, et xviij. libras et x. solidos quos pacavit per preceptum nostrum Thome Sengere pro novem pannis sericis ad aurum liberatis similiter predicto Petro in garderoba nostra apud Sanctum Edmundum die Jovis post festum Sancti Gregorii anno eodem, et xxvj. libras xiij. solidos et iiij. denarios liberatos similiter predicto Petro in eadem garderoba nostra apud Westm' die Veneris post Dominicam in Ramis Palmarum anno eodem, et iiij. libras et v. solidos et iiij. denarios quos posuit per preceptum nostrum in tribus culcitris sericis pendendis in ecclesia Sancti Petri Westm' contra Pascha anno eodem, de dono nostro. Teste rege apud Windes' xxj. die Aprilis.

[*Cancelled.*] *Quia in rotulo de Liberate.*

De cera ad opus regis querenda.—Mandatum est ballivis de Sandwic' quod sine dilatione omnem ceram in villa sua inventam ad opus regis retineri et per sacramentum proborum hominum appreciari faciat (*sic*), et eam liberetis (*sic*) Willelmo de Plesset' clerico vel ejus certo nuncio qui de precio mercatoribus satisfacient in brevi. Teste ut supra.

Pro Wintoniensi episcopo.—Rex concessit W. Wintoniensi episcopo quod homines sui habeant communam pasture in foresta regis de Wulvesmere ex speciali gracia regis, et quam idem episcopus dicit ad se pertinere de jure, usque ad reditum ipsius episcopi a curia domini pape ad quam tendit, et rex concessit eidem episcopo quod parcus Galfridi de la Charite, quem rex dicit esse infra metas predicte foreste, et quem idem episcopus dicit esse infra liberam warennam manerii sui de Farnham, sit clausus usque ad reditum ipsius episcopi, et mandatum est Johanni de Venuz, forestario de Wulvesmere, quod ita esse permittat. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo de Badelemar'.—Rex dedit licenciam Bartholomeo de Badelemar' quod se retrahat de appello quod fecit versus Johannem

1245.

de Calecot' in comitatu Kancie de pace regis fracta et quod pacem faciat ad[i]nvicem. Et mandatum est vicecomiti Kancie et custodibus placitorum corone regis ejusdam comitatus quod apellum illud a rotulis suis extrahi faciant et eos pacem inde facere permittant. Teste ut supra.

Pro Roberto de Wendeval'.—Henricus dei etc. dilecto et fideli suo B. de Sabaudia, salutem. Sciatis quod quando reddidimus Roberto de Wendeval terram suam que fuit in custodia nostra, concessimus ei omnia catalla que fuerunt in eadem terra inventa, que per manum nostram recepit tempore quo eum de eadem terra seisivistis, et ideo vobis mandamus quod occasione eorundem catallorum nullam ei districcionem faciatis, set eum inde pacem habere permittatis. Teste me ipso apud Windel' xxij. die Aprilis anno regni nostri xxix.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Monemue quod habere faciat Philippo le Bret decem quercus de dono domini regis in bosco domini regis de Crathcruch. Teste rege apud Wind' xxiiij. die Aprilis anno ut supra.

De dote assignata comitisse Devon'.—Henricus dei gracia rex Anglie etc. Eustach' de Boell', custodi terrarum que fuerunt B. de Redveriis comitis Devon' in insula, salutem. Scias quod assignavimus Amicie que fuit uxor predicti comitis maneria de Thorleg' et de Welye cum pertinenciis in partem dotis ipsius Amicie de terris que fuerunt prefati comitis, et ideo tibi precipimus quod de predictis maneriis simul cum redditu assiso eorundem maneriorum de hoc termino Pasche preterito plenam saisinam habere facias, sicut predictum est. Teste me ipso apud Winlesor' xxij. die Aprilis anno regni nostri xxix.

Henricus dei gracia rex Anglie etc. Roberto Putrel, custodi terrarum que fuerunt B. comitis Devon' in Devon', salutem. Scias quod assignavimus Amicie que fuit uxor predicti comitis maneria de Tevreton de Exmenistr' et de Toppesham cum pertinenciis in partem dotis ipsius Amicie de terris que fuerunt prefati comitis, et ideo tibi precipimus quod de predictis maneriis simul cum redditu assiso eorundem maneriorum de hoc termino Pasche preterito plenam saisinam habere facias, sicut predictum est. Teste me ipso apud Winlesor' xxij. die Aprilis anno regni nostri xxix.

Henricus dei gracia rex Anglie etc. Simoni constabulario Christi Ecclesie, salutem. Scias quod assignavimus Amicie que fuit uxor B. de Redveriis comitis Devon' maneria de Brummor', de Rumbrug' cum Langel', de Edbrichton et de Acford cum pertinenciis, in partem dotis ipsius Amicie de terris que fuerunt prefati comitis, et ideo tibi precipimus quod de predictis maneriis simul cum redditu assiso eorundem maneriorum de hoc termino Pasche preterito plenam saisinam habere facias, sicut predictum est. Teste me ipso apud Winlesor' xxij. die Aprilis, anno regni nostri xxix.

De perdonatione.—Rex perdonavit Hugoni la Weyte xij. solidos et vj. denarios in quibus regi tenebatur pro arreragiis redditus regis de

1245.

quadam de rege tenet ad firmam in suburbio Cestrie, et mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod ipsum inde quietum esse faciat, et terram illam alibi ad firmam tradat ubi commodius viderit expedire cum idem Hugo pro paupertate sua non sufficiat ad firmam illam regi reddendam. Teste ut supra.

Pro Roberto Blundello.—Mandatum est Huberto Hoes' quod de parte que ad regem pertinet de prisonibus Wallie nuper captis apud Mungumery faciat habere Roberto Blundello x. marcas, de dono regis, ad unum equum emendum pro equo suo quem ibidem amisit in servicio regis. Teste ut supra.

Pro Magistro Roberto de Shardelawe.—Rex assignavit Magistrum Robertum de Sardewal' ad residendum in banco regis Lond' una cum aliis justiciariis ibidem residentibus, et mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod ipsum nomine regis in banco illo justiciariorum assideat. Teste ut supra.

Pro Magistro Alexandro le Seculer.—Rex thesaurario et baronibus de scaccario, salutem. Mittimus ad vos Magistrum Alexandrum le Seculer de cujus prudentia et fidelitate confidimus quod ad residendum baro una vobiscum ad scaccarium nostrum nobis sit necessarius, vobis mandantes quod ipsum baronem et socium in eodem scaccario admittatis Teste rege apud Windes' xxiij. die Aprilis.

Pro Laurencio filio Widonis.—Rex baronibus de scaccario, salutem. Sciatis quod Laurencius filius Widonis liberavit per preceptum nostrum in garderoba nostra dimidiam marcam auri pro fine quem nobiscum fecit pro habenda inquisitione de catallis que fuerunt Davidis Judei Oxon', et quadraginta denarios auri pro fine quem Laurencius le Rus nobiscum fecit pro habenda inquisitione de catallis que fuerunt ejusdem Judei, et qui ab eis exiguntur per summonicionem scaccarii nostri, et ideo vobis mandamus quod predictum Laurencium filium Widonis de predicta dimidia marca auri et predictum Laurencium le Rus de predictis quadraginta denariis auri quietos esse faciatis. Teste rege apud Windes' xxiiij. die Aprilis.

De operationibus de Havering'.—Mandatum est Ricardo de Munfichet' quod quantum poterit acceleret operationes regis de Havering', ita quod plene perficiantur citra Ascensionem Domini vel citra Pente costem ad ultimum, et si necesse fuerit, capiat ad hoc firmam ejusdem manerii de hoc termino Pasche proximo preterito. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Thome Maunsel quod in bosco de Wakefeld faciat habere W. de Ferariis vj. quercus ad maeremium in[de] faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Avicie de Columbariis quod faciat habere Magistro Herveo, quondam phisico R. Cycestr' episcopi, vj. quercus in balliva sua de Chet', de dono regis. Teste ut supra.

1245.

Pro Willelmo Gaugi burgensi Norht'.—Willelmus Gaugi, burgensis Norhampt', remisit Willelmo de Sancto Leodegario ad instanciam regis, et pro xxvij. marcis, totum terminum suum futurum de terra de Waude, que fuit Walteri de Sancto Leodegario, Normanni, quam quidem terram rex concessit eidem Willelmo de Sancto Leodegario ad se sustentandum in servicio regis, de quibus xxvij. marcis idem Willelmus reddet eidem burgensi vj. marcas et x. solidos per annum, videlicet, ad festum Sancti Petri ad Vincula anno etc. xxix., iij. marcas et v. solidos, et ad Natale Domini proxime sequens iij. marcas et v. solidos, et sic de anno in annum ad eosdem terminos vj. marcas et x. solidos, quousque predicte xxvij. marce eidem burgensi persolvantur ; et rex concessit eidem burgensi quod, si idem Willelmus de Sancto Leodegario defecerit in solutione alicujus terminorum predictorum, idem burgensis, vel vicecomes Norhamp', quicunque pro tempore fuerit vicecomes, faciant (*sic*) de bonis et catallis in eadem terra inventis ad quemlibet terminum non observatum quantum eidem burgensi fuerit solvendum, et mandatum est vicecomiti Norhamp' quod de eadem terra eidem Willelmo de Sancto Leodegario plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Wind' xxvj. die Aprilis.

De cindulis faciendis.—Mandatum est ballivo Divis' quod in foresta de Peuseham' fieri faciat et habere constabulario de Merleberg' xxx milia cindularum ad cooperiendum aulam regis de Lutegar', et cameram regine de Merleberg', et corticem et cooperones inde pervenientes vendi et inde custum apponendum in carpentariis earundem oindularum acquietari faciat. Teste ut supra.
[*Cancelled*] *Quia redditum fuit breve.*

De castris muniendis.—Mandatum est vicecomiti Hereford' et maiori et probis hominibus Hereford' quod, sicut se ipsos et indempnitatem suam diligunt, cum omni festinatione capi faciant in villa Hereford x. dolia vini, c. bacones, et c. quarteria frumenti, in quorumcunque manibus inventa fuerint, et unam medietatem predictorum vini baconum et frumenti salvo et secure modis quibus poterunt cariari faciant usque Castrum Matillidis, et aliam medietatem usque Bueld', ad predicta castra munienda, et cum de custo ad hoc apposito rex constiterit, rex illud eis allocari vel reddi faciet. Teste ut supra.

Pro Johanne de Plesset'.—Mandatum est vicecomiti Warr' quod faciat habere Johanni de Pless', qui duxit in uxorem Margeriam comitissam et heredem Thome quondam comitis Warr' singulis annis x. libras de eodem comitatu, nomine comitatus, sicut predictus comes eas percipere consuevit. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Hugo Molendinarius, captus et detentus in prisona regis de Brug' pro morte Hugonis de Presleg', unde rettatus est, habet litteras directas vicecomiti Salop' quod tradatur in ballium quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro priore de la Grave.—Rex vicecomiti Buk' et Bedeford', salutem. Precipimus tibi quod de manerio de Leghton cum pertinenciis, quod

1245.

cepisti in manum nostram per preceptum nostrum occasione cessionis abbatisse Fontis Ebroldi, priori de la Grave, procuratori monialium Fontis Ebroldi, sine dilatione plenam seisinam habere facias. Et si quid inde captum fuerit, postquam illud in manum nostram cepisti, id eidem priori sine dilatione reddi facias. Teste me ipso apud Wind' xxvij. die Aprilis anno regni nostri xxix.

Pro Willelmo de Cantil'.—Quia custodia octies xx. libratarum terre quam Willelmo de Cantil' rex precepit assignari ante transfretationem regis in Wascon' per W. Ebor' archiepiscopum, una cum maritagio heredum predictarum terrarum, nondum plene est ei assignata, in partem supletionis defectus terrarum predictarum, rex concessit ei custodiam et maritagium heredis Willelmi Paynel, filii et heredis Hugonis Paynel, una cum ix libratis terre que fuerunt ipsius Hugonis in Rasn', et mandatum est vicecomiti Linc' quod de herede predicti Willelmi et de predicta terra eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

[m. 10.] *De tradendo in ballium.*—Rex vicecomiti Northampt', salutem. Quia accepimus per inquisicionem quam a te fieri precepimus quod Galfridus de Gahurst', captus et detentus in prisona nostra Northampt' pro morte Johannis filii Symonis, unde appellatus est, appellatus est de morte illa odio et atya, et non eo quod inde culpabilis sit, tibi precipimus quod si idem Galfridus invenerit tibi xij. probos et legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, tunc eum tradas in ballium predictis xij., sicut predictum est, et habeas ibi nomina predictorum xij. et hoc breve. Teste rege apud Wyndes' xxix. die Aprilis anno regni sui xxix.

Pro Waleramo Teutonico.—Rex vicecomiti Suthampt', salutem. Scias quod de manerio de Clafford quod aliquando per cartam nostram concessimus dilecto et fideli nostro Waleranno Teutonico, et unde postea per voluntatem nostram ipsum disseisivimus, reddidimus eidem Waleranno totam terram illam cum pertinenciis in predicto manerio quam Johannes de Sancto Quintino tenuit, et quam per judicium curie nostre recuperavimus versus eundem Johannem, et concessimus eidem Waleranno, quod residuum ejusdem manerii ex quo illud recuperaverimus per judicium ejusdem curie nostre versus Philippum de Sancto Phyliberto et Bartholomeum de Sakevill', qui illud tenent, eidem reddemus tamquam jus suum de dono nostro prius ei facto. Et ideo tibi precipimus quod de predicta terra cum pertinenciis, quam versus predictum Johannem recuperavimus in predicto manerio, eidem Waleranno plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Rex G. de Segrave, justiciario suo foreste, salutem. Sciatis quod reddidimus Walramo Teutonico boscum de Clafford, quod captum fuit in manum nostram pro vasto, tamquam jus suum quod aliquando concessimus ei per cartam nostram de dono nostro, et ideo vobis mandamus quod de predicto bosco predicto Walramo plenam seisinam habere faciatis. Teste me ipso apud Wyndlesor' xxviii. die Aprilis anno regni nostri xxix.

1245.

Rex baronibus suis de scaccario, salutem. Allocate Ricardo de Clare in debito quod nobis debet ducentas et quinquaginta marcas quas solvit per preceptum nostrum R. comiti Cornub', fratri nostro, ad festum Pasce anno regni nostri xxix. in partem solucionis quinquaginta marcarum quas eidem comiti tenetur solvere per annum. Teste ut supra.

[*Cancelled.*] *Quia in rotulo de Liberate.*

De auro regine recipiendo et custodiendo.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod aurum regine, quod Johannes Francigena recipere consuevit, de cetero per manum suam recipiat, ita quod idem Johannes in nullo inde se intromittat, et aurum illud sicut illud receperit ponat seorsum separatim a thesauro regis, ita quod inde regi possit respondere. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Johanni quod de auro illo decetero se non intromittat. Teste ut supra.

Postea revocata erant illa duo brevia.

Pro Andrea de Magneby.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum deputatis, salutem. Mandamus vobis quod coram vobis venire faciatis Salomonem le Neyr' et socios suos Judeos de Ebor', quibus Andreas de Magneby pecuniam debet, et cum coram vobis venerint diligenter inquiratis quantam pecuniam eis debeat et, inquisita super hac veritate, illam pecuniam per certum finem quantumcumque poteritis minuatis, et hoc facto allocetis illam pecuniam sic minoratam predictis Judeis in debitis que nobis debent, quia concessimus eidem Andree quod pecuniam illam nobis reddat in quatuor annis sequentibus, scilicet quolibet predictorum quatuor annorum quartam partem illius pecunie, et cartas, si quas predicti Judei habeant, de predicto Andrea ei reddi faciatis. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Mol'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod allocent Nicholao de Mol' in exitibus terrarum que fuerunt W. comitis Warr' et J. comitis Linc' de tempore quo habuit custodiam predictarum terrarum singulis annis pro expensis suis quamdiu habuit custodiam predictam, quantum ei allocarunt pro expensis suis per annum in exitibus episcopatus Dunholm' tempore quo habuit custodiam ejusdem episcopatus. Teste ut supra.

Pro Henrico de Neketon'.—Rex concessit Henrico de Neketon', vicecomiti Norf' et Suff', omnes exitibus (*sic*) provenientes de manerio Oreford pro custodia castri de Oreford, et mandatum est baronibus de scaccario quod de demanda quam ei faciunt de exitibus ejusdem manerii pacem ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro Herberto de Assewell'.—Rex assignavit Herbertum de Assewell ad sedendum ad Scaccarium de recepto, loco Ricardi de Haddestok', et mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod liberacionem quam idem Ricardus habuit eidem Herberto habere faciat. Teste ut supra.

1245.

De cera retinenda ad opus regis.—Mandatum est W. de Haverhull, thesaurario camere regis Lond', quod ubicumque melius poterit et expedire viderit in civitate Lond', retineri faciat ad opus regis xv. milia cere vel. xx. milia, si inveniri possint. Teste.[1]

Pro Griffino filio Maddog'.—Mandatum est Magistro S. de Wauton' quod querat c. libras ad opus Griffini filii Maddog' (Maddog' de Brumfeld *cancelled*) et Howel, fratri[s] ejus, quas rex eis debet de promisso, et rex eas ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro regina.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod manerium de Welcumestowe quod fuit Radulfi de Tony, et quod fuit in custodia sua, liberet H. de Sabaud' custodiendum ad opus regine ad respondendum ei de exitibus ejusdem manerii.

De villa Cycestr' custodienda.—Mandatum est B. de Sabaudia quod assignari faciet unum servientem equitem et viij. servientes pedites ad villa[m] Cycestr' custodiendam, et ipsis liberaciones suas de exitibus episcopatus Cycestr' habere faciet donec rex aliud preceperit, et custum ad hoc appositum rex ei allocari faciet. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Robertus le Clerk et Agnes que fuit filia Roberti le Dispenser, capti et detenti in prisona Norht' pro morte Johannis filii Simeonis, unde appellati sunt, traduntur in ballium quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Rading' j. die Maii.

Pro Bartholomeo Pecche.—Quia rex dedit Bartholomeo Pecche, cui concessit custodiam terre et heredis Willelmi de Sifrewast,' omnes exitus qui provenerunt de terra que fuit ipsius Willelmi de tempore quo fuit in custodia regis priusquam rex concederet ei custodiam predictam, mandatum est vicecomiti Berk' quod distringat Simonem de Leukenor', qui tunc temporis fuit vicecomes Berk', ad reddendum eidem Bartholomeo id quod nomine regis recepit de terra predicta dum fuit in custodia regis. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Sutht' quod id quod recepit a tempore predicto ei reddi faciat.

De quercubus ad operationes de Clarend'.—Mandatum est Avicie de Columbar' quod faciat habere custodibus operationum de Clarendon' xxx. quercus in balliva sua de Finkel' et xx. in foresta de Cett' ad operationes regis de Clarendon' perficiendas. Teste ut supra.

Mandatum est Ade Cok' quod faciat habere eisdem custodibus xxx. quercus in balliva sua de Graveling' et xx. in parco de Melkecet ad easdem operationes et buscam de veteris roboribus folia non ferentibus ad iij. rogos faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Waleramo Teutonico quod in bosco de Grosmund' faciat habere Rogero Pichard vj. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

[1] Unfinished.

1245.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod de terris que fuerunt Roberti Foliot, de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit et que sunt in manu regis, assignari faciat Christiane que fuit uxor predicti Roberti racionabilem dotem suam. Teste ut supra.

De bysant' et auro querendis ad opus regis.—Rex etc. Willelmo de Sancto Eadmundo et Thome de Nywerck', salutem. Mandamus vobis quod de Judaismo queratis ad opus nostrum tres marcas in bisant', ita quod circa Ascensionem Domini ad ultimum deponantur apud Novum Templum London'; faciatis eciam habere Edwardo filio Odonis tres marcas auri ad ornandum casulam factam de panno in quo involutus erat Eadmundus filius noster, prout ei injunximus: et hoc nullo modo omittatis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Simoni filio Marie c. marcas ad quas regi prestandas se obligavit coram Willelmo de Ebor' et sociis suis justiciariis ultimo itinerantibus apud Turrim London', et mandatum est baronibus de scaccario quod eum de predictis c. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Rading' iij. die Maii.

Pro priore de la Grave.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod de manerio de Mapeldureham quod cepit in manum regis occasione cessionis abbatisse Fontis Ebroldi, priori de la Grave custodi ejusdem manerii talem seisinam habere faciat qualem inde prius habuit antequam captus esset in manum regis. Teste ut supra.

De denariis regi mittendis.—Mandatum est Petro Chaceporc' thesaurario regis quod quingentas marcas quas penes se habet ad expensas regis de septingentis marcis quas recepit ad scaccarium, sine dilatione regi mittat per Johannem de Wivill'. Teste rege apud Rading' iiij. die Maii.

De vinis datis.—Mandatum est camerario regis London' quod duo dolia boni [vini] London' ubicumque inventa fuerint queri faciat et ea magistro Milicie Templi in Anglia habere faciat de dono regis ad capitulum suum generale London' celebrandum, et cum rex precium eorum sciverit illud reddi faciet. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex dedit Radulfo filio Nicholai eyriam falconum de hoc instanti anno in parco de Brikestok', et mandatum est G. de Segrave justiciario foreste quod Roberto de Hauvill ad opus suum falcones predictos habere faciat. Teste rege apud Rading' v. die Maii.

Eodem modo scribitur Thome Maunsel, custodi ballive que fuit Johannis de Nevill'.

De vinis ad opus regis capiendis.—Mandatum est camerario regis London' quod de melioribus vinis que London' inveniri poterunt vel que illuc ventura sunt, capi ad opus regis et appreciari faciat per probos et legales homines septies xx. dolia vini, et ea liberent vicecomitibus London' carianda quo rex eis precepit. Teste ut supra.

1245.
[m. 9.] *Pro Matillide que fuit uxor G. de Umframvill'.*—Rex commisit Matillidi que fuit uxor Gilberti de Umframvill' manerium de Hameldon' cum pertinenciis in tenenciam donec rex ei assignaverit plenam dotem de terris que fuerunt predicti G. quondam viri sui; et mandatum est vicecomiti Norht' quod de eodem manerio plenam seisinam ei habere faciat ut predictum est. Teste rege apud Rading' viij. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Rotel'.

De prisonibus.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod Johannem Hysward, Stephanum Hurel, Willelmum Kyleman, Thomam Kyleman, Gunnil' Hysward, et Walterum le Bric, rettatos de morte hominis et latrocinio, et Willelmum filium Willelmi Kyleman probatorem, quos ballivus R. Linc' episcopi de hundredo de Dorkecestr' ei liberabit, ab eo recipiat, et in prisona regis Oxon' salvo custodiat donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

Pro domino Wigorn' episcopo.—Mandatum est vicecomiti Wigorn' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo per quos rei veritas melius sciri poterit, diligenter inquirat utrum Willelmus de Bleys, quondam Wigorn' episcopus, predecessor W. nunc ejusdem loci episcopi, et idem Willelmus episcopus fuerint in pacifica seisina placitandi in terris suis placita de namio vetito postquam rex ad legitimam pervenit etatem, et si per inquisitionem illam constiterit ei quod postquam rex pervenit ad etatem legitimam fuerit in pacifica seisina placitandi placita predicta ut predictum est, tunc eundem Walterum episcopum et ballivos suos in terris suis in balliva ipsius vicecomitis placita illa sine contradictione placitare permittat. Teste rege apud Waling' ix. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc'.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in foresta de Sancto Briavello faciat habere Johanni de Frethorn' iiij. quercus, de dono regis. Teste rege apud Oxon' x. die Maii.

Pro Nicholao de Bolevill'.—Rex vicecomiti Sumers', salutem. Quia Johanna una filiarum et heredum Johannis le Deneis, que fuit in custodia Johannis de Gieres, in fata concessit (*sic*) et tota pars hereditatis ipsius Johannis le Deneis que ipsam Johannam contingebat devoluta est ad Elam primogenitam filiam ipsius Johannis le Deneis, que jam heres est totius hereditatis ipsius et in custodia dilecti et fidelis nostri Nicholai de Bolevill', tibi precipimus quod de omnibus terris et tenementis cum pertinenciis que fuerunt assignata eidem Johanne ut participi ejusdem hereditatis in balliva tua eidem Nicholao custodi ejusdem Ele sine dilacione plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Wudestok xj. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Huntedon' et Wiltes' et maiori et vicecomitibus London'. Teste ut supra.

1245.

De denariis liberandis Petro Chaceporc.—Rex dilectis et fidelibus suis W. de Haverhull', thesaurario suo Lond', et Edwardo filio Odonis, salutem. Mandamus vobis quod non obstante aliquo priori mandato nostro, liberari faciatis omnes[1] denarios quos habere poteritis dilecto et fideli nostro Petro Chaceporc, thesaurario garderobe nostre, ad plenariam solucionem faciendam de omnibus debitis tam de vinis quam aliis que debentur de hospicio nostro, ne in adventu nostro Lond' super hoc possimus inquietari. Teste me ipso apud Wudestok' x. die Maii.

De dote assignanda.—Rex vicecomiti Glouc', salutem. Precipimus tibi quod assignari facias Sibille que fuit uxor Johannis de Berkel racionabilem dotem suam de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Johannis, et de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, accepta ab ea securitate quod quamcito peperit et vires receperit ad nos veniet et fidelitatem nobis faciet quod se non maritabit sine licencia nostra. Teste me ipso apud Wodestok xiij. die Maii anno regni nostri xxix.

De coronatore.—Gwido filius Roberti substitutus est coronator loco Radulfi de Salceto in comitatu Oxon'.

De quercubus datis.—Mandatum est Willelmo de Sancto Oweyn quod faciat habere Ebor' archiepiscopo ij. bonas quercus in parco de Wudestok 'ad ij. postes faciendas, de dono regis. Teste ut supra.

De cera.—Mandatum est ballivis de Len' quod totam ceram que in villa sua inveniri poterit ad opus regis capi et eam per sacramentum proborum et legalium hominum appreciari faciant, et eam sic appreciatam liberent Willelmo de Pless' vel ejus certo attornato regi mittendam: et cum rex precium sciverit illud mercatoribus a quibus capta fuerit rex reddi faciet. Teste rege apud Wudestok xvij. die Maii.

Eodem modo scribitur ballivis de Gernemuth et de Gipewic.

De domibus et foresta de Feckeham.—Mandatum est Gilleberto de Segrave, justiciario foreste, quod rex commisit Ricardo Pippard domos suas de Fekeham et forestam suam ibidem custodiendas quam diu sibi placuerit, et mandatum est eidem G. quod predictam forestam ei liberet ut predictum est, dando in mandatis forestariis predicte foreste quod ei tanquam custodi suo in omnibus que ad predictam forestam pertinent intendentes sint et respondentes. Teste rege apud Wudestok xviij. die Maii.

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod Bartholomeo Pecche et Henrico de la Mar, proficiscentibus ad curiam Romanam in nuncium regis et baronum suorum, faciat habere ij. robas cum cindallo, scilicet utrique eorum tunicam, supertunicam, et pallium et capam, ita quod robe ille sint diversi coloris. Teste ut supra.

Godefridus de Craucumbe reddidit regi tenementa de quibus reddere consuevit per annum regi ad scaccarium unum par calcariorum (*sic*) deauratorum, et mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum

[1] 'Omnes' is repeated.

1245.

decetero de predictis calcaribus quietum esse faciant. Teste rege apud Wudestok xix. die Maii. [*Cancelled.*]

De perdonacione.—Rex perdonavit Godefrido de Craucumbe unum par calcarium deauratorum quod reddere consuevit per annum ad scaccarium quia idem Godefridus concessit regi postquam de eo humanitus contigerit tenementa de quibus illud par calcariorum (*sic*) reddere consuevit, et mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum de cetero inde quietum esse faciant. Teste rege apud Wudestok' xix. die Maii.

De venatione capienda.—Philippus de Candever et Ricardus de Caundever cum canibus suis missi sunt ad capiendum in balliva Ricardi de Wrotham quatuor cervos, et Warnerus Luvel ad capiendum in ea x. damos contra instans festum Pentecoste ut cicius et commodius capi possunt in eadem balliva, et mandatum est eidem Ricardo quod ipsos ad hoc admittat et consilium et auxilium eis inpendat. Teste ut supra.

De quadam cuppa recipienda.—Mandatum est Hugoni Giffard quod cuppam quam Ebor' archiepiscopus dedit Edwardo filio regis liberet Petro Chaceporc custodiendam ad opus regis. Teste rege apud Wudestok' xx. die Maii.

Et mandatum est eidem Petro quod eam recipiat et cum ceteris cuppis regis deponat, qua numerata ccclx. cuppas habebit in custodia. Teste ut supra.

De damis datis.—Henricus Dei gracia rex Anglie dominus Hybernie dux Normannie, Aquitanie et comes Andegavie dilecto et fideli suo Ricardo de Munfichett', salutem. Mandamus vobis quod in foresta nostra de Waugh' faciatis habere dilecto et fideli nostro Rogero le Bigot comiti Norfolk' tres damos, de dono nostro. Teste rege apud Wodestok xxij. die Maii anno regni nostri xxix.

Pro hominibus de Pecco.—Mandatum est ballivo de Pecco quod hominibus regis de Pecco quorum domus combuste sunt faciat in foresta de Pecco succursum maeremii de alno et de bull' ubi capi poterit ad minus nocumentum foreste ad reedificandum domos suas. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Adam filius Lamberti, captus et detentus in prisona regis Norhamp' pro morte Johannis filii Simonis unde appellatus est habet litteras directas vicecomiti Norht' quod tradatur in ballium quia appellatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Theobaldo de Englechevill' ij. marcas ad quas amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Devon quia non habuit coram justiciariis Robertum de Murgumery quem replegiavit, et mandatum est vicecomiti Devon' quod ipsum inde quietum esse permittat, et averia sua ea occasione capta deliberet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur baronibus de scaccario.

1245.

De sotularibus ad opus pauperum.—Mandatum est W. de Haverhull, thesaurario regis, quod provideat quod prompta habeat ccc. paria sotularium in primo adventu regis London', quodlibet scilicet par de precio iij. denariorum, vel iiij. denariorum et oboli, vel quinque denariorum, ad mandatum regis die Veneris proximo ante Pentecostem facienda ; et cum rex custum sciverit, illud reddi faciet. Teste ut supra.

De roboribus et damis datis.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod in balliva sua faciat habere Huberto Hoes' vj. robora ad focum suum, de dono regis, et uxori ejusdem Huberti ij. cervos in eadem balliva. Teste rege apud Wudestok xxiij. die Maii.

Pro Thoma de Curtun'.—Quia rex vult Thomam de Curtun qui transferre se proponit ad ordinem Templariorum in hoc festo Pentecostes cingulo militari decorare, mandatum est Petro Chaceporc quod provideat eidem Thome in robis et aliis necessariis sicuti provideri solet vadlettis regis quibus rex arma dederit. Teste ut supra.

De prisonibus recipiendis et custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod Willelmum Calbel probatorem, quem ei liberari faciet constabularius Walinford', et etiam illos, quos idem Willelmus apellat de comitatu Wilt' quos rex capi precepit et mitti usque Walingeford', recipiat ; et tam ipsum probatorem quam illos in prisona regis Waling' salvo custodiri faciat; capi etiam et salvo custodiri faciat in prisona predicta omnes de balliva sua quos idem probator appellat, quorum nomina ei scire faciet constabularius predictus, et prisones predictos et omnes alios prisones quos habuerit in prisona regis de Walinford simul et eorum attachiamenta habeat coram Willelmo de Englefeld, Simone de Bosemer', Roberto de Anvers et Egidio de Erdleg' qui constituti sunt justiciarii per litteras patentes ad gaiolam illam deliberandam in crastino Sancte Trinitatis. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod Agnetem de Swindon' et Johannem filium ejus, Beatricem de Nethertot', quos idem probator appellat, statim capi et mitti faciat usque prisonam de Walingef', ita quod ipsos et eorum attachiamenta habeat apud Waling' die predicto coram justiciariis predictis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Fratribus Minoribus Oxon' vj. robora in bosco regis de Meleford' ad quendam rogum faciendum ad placiam suam in qua edificia sua construi faciunt claudendam, de dono regis. Teste rege apud Wudestok xxviij. die Maii. [*Cancelled.*] *Quia redditum fuit breve et loco ejus habuerunt lx. solidos.*

De prisonibus custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod Godwinum de Horenton' et Ricardum de Schevindon, captos apud Baunebir' pro morte Willelmi filii Felicis de Upton quos ballivus Linc' episcopi de Baunebir' ei liberabit, ab eodem ballivo recipiat, et in prisona regis Oxon' salvo custodiat, donec aliud habuerit preceptum. Teste ut supra.

1245.

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc quod faciat habere Philippo Basset robam de scarletto integram, scilicet tunicam, supertunicam, pallium, et capam, et militibus de familia sua robas sicut militibus de familia regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Willelmo de Monte Rovelli robam sicut uni militum de familia regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Willelmo de Sancto Audoeno quod faciat habere Ricardo, hospiti clericorum de cancellaria regis, ij. quercus in grava de Haneberg ad emendandum stabulum hospicii eorundem clericorum. Teste rege apud Wudestok' xxix. die Maii.

[m. 8.] *Pro hiis qui sunt in munitione castri de Mungumery.*—Mandatum est ballivis de Mungumery quod quicquid ad regem pertinet de redemptione prisonum qui capti fuerunt ad Mungumery' quod receperunt, habere faciant [servientibus regis ibidem commorantibus quod rex eis assignavit *cancelled*] Waltero de Brion et constabulariis servientium regis ibidem commorancium, ex quo rex vult quod idem Walterus habeat ix. marcas ad unum equum, et iidem constabularii habeant residuum in parte solutionis arreragiorum stipendiorum suorum. Teste rege apud Wudestok xxix. die Maii.

Et mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod nisi iidem ballivi id fecerint ipse eos ad hoc faciendum distringat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Thomas le Ber de Cantewurth, captus et detentus in prisona regis Huntendon' pro morte Johannis de Denton', unde rettatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Huntendon', quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Ebor', salutem. Quia testificatum est coram nobis quod Willelmus Burnet de Kattan', captus et detentus in prisona nostra de Wodestok' pro morte Ricardi filii sui unde rettatus est, interfecit predictum Ricardum per infortunium et non per feloniam et maliciam excogitatam, et idem Willelmus invenit nobis xij. liberos et legales homines videlicet Anketill' Malore de comitatu Ebor', Radulfum Darel de eodem comitatu, Ricardum Mansel de eodem comitatu, Willelmum de Nafford de comitatu Warwyk' Henricum de Lo de comitatu Lanc', Willelmum de Kanc' de comitatu Middlesex, Gilbertum Marescall' de comitatu Norf', Henricum de Hinton de comitatu Norhamt', Robertum le Poer de comitatu Kanc', Hugonem de Pillardton' de comitatu Oxon', Willelmum de Paris' de comitatu Middelsex, et Robertum Gos de comitatu Notingh' [qui] ipsum Willelmum manuceperunt habendum coram justiciariis nostris ad proximam assisam cum in partes illas venerint ad standum inde recto si quis versus eum inde loqui voluerit, ipsum Willelmum tradi fecimus illis xij. in ballium sicut predictum est, et ideo tibi precipimus quod ipsum Willelmum interim in balliva tua in pace stare permittas, et habeas ibi hoc breve. Teste ut supra.

De cereis faciendis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod fieri faciat xxviij. cereos, quemlibet cereum de vij. libris cere, quos rex continue vult esse ardentes in ecclesia beati Petri Westmonasterii

1245.

per totam diem et totam noctem Pentecostes; inpleri etiam faciat herciam de cereis consimilis magnitudinis qua inpleri consuevit. Et cum rex precium eorum sciverit, illud reddi faciet. Teste rege apud Brehull' xxx. die Maii.

De maeremio ad operationes de Brehull.'—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Bernewude faciat habere vicecomiti Buk' maeremium ad quandam garberobam ad opus regine cum vj. furcis, et ad alias operationes quas rex fieri precepit apud Brehull faciendas per talliam de numero quercuum inter ipsos confectam. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Willelmus Aylild, captus et detentus in prisona abbatis Sancti Eadmundi apud Sanctum Eadmundum pro morte Hugonis Bercarii, unde rettatus est, habet litteras directas vicecomiti Suff' quod tradatur in ballium quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Westmonasterium iij. die Junii.

De vinis ad opus Edwardi filii regis.—Rex custodibus vinorum de Windls', salutem. Precipimus vobis de vinis nostris que habetis sub custodia vestra in celario nostro liberetis dilecto et fideli nostro Hugoni Giffard tria dolia vini ad opus Edwardi filii nostri. Teste ut supra.

De damis datis. Mandatum est B. de Sabaudia quod in parco de Elham faciat habere Ebor' archiepiscopo duos damos, et Bertramo de Cryoyl ij. damos in eodem parco, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium vij. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Thome Maunsel' quod faciat habere Petro Chaceporc' v.[1] quercus in foresta de Salceto et v.[1] ni foresta de Pokesl' ad quandam cameram construendam apud Ravenes-ton', de dono regis. Teste ut supra.

[*Cancelled.*] *Quia mutatum fuit breve inferius.*

De perdonatione.—Rex perdonavit Radulfo de Sancto Amando duas marcas que ab eo exiguntur de terra sua Hybernie pro scutagio excercitus regis Wascon', et mandatum est M. filio Geroldi justiciario Hybernie quod ipsum de predictis ij. marcis quietum esse faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Philippus filius Thome de Burton', captus et detentus in prisona Radulfi de Sancto Amando de Bloxham pro morte Willelmi de Upton unde rettatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Oxon' quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Junii.

Pro comite Mar[*escallo*].—Mandatum est vicecomiti Berk' quod plenam seisinam habere faciat W. Marescallo comiti Penbrok de manerio de Hennyey quod captum est in manum regis per inquisitionem factam de terris Normannorum in manum regis captis, salvo regi jure suo quod habet in eodem manerio. Teste ut supra.

[1] 'x' has been cancelled.

1245.

De filia Rogeri de Akeny.—Mandatum est abbatisse de Werewell quod Isabellam filiam Rogeri de Akeni, que per regem morata est in eadem abbacia, liberet Mazio de la Mar' ducendam quo rex ei precepit. Teste ut supra.

Pro Avicia de Columbar'.—Avicia de Columbar' satisfecit regi de trecentis marcis per quas finem fecit cum rege coram Roberto Passelewe et sociis suis, justiciariis itinerantibus ad placita foreste in comitatu Suhampton', pro transgressione foreste, et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod de predictis ccc. marcis pacem ei decetero habere permittat. Teste rege apud Rading' iiij. die. Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suhampton' pro Rogero de Clatford, senescallo ipsius Avicie, de centum marcis ad quas ammerciatus fuit coram eisdem justiciariis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit decano et capitulo Rotomagi c. marcas ad quas amerciati fuerunt coram justiciariis ultimo itinerantibus ad placita foreste in comitatu Sutht', et mandatum est baronibus de scaccario quod de predictis c. marcis ipsos quietos esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium xiij. die Junii.

Pro Johanne de Gizors.—Mandatum est W. de Haverhull, camerario regis, quod citra festum Sancti Michaelis non capiat ad opus regis de propriis vinis Johannis de Gizors, nisi societatem habeat cum mercatoribus deferentibus vina usque Lond' de quibus debita consuetudo capi debeat, videlicet duo dolia de qualibet nave. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Thomas filius Alani, Botildus de Halebec, Robertus filius ejus et Wimarc', capti et detenti in prisona regis Nottingham' pro morte Hugonis de Caufreton', pro qua arestati sunt, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Nottingham' quia inde culpabiles non sunt, set Johannes filius Wimund' de Oxton' inde culpabilis est. Teste ut supra.

De vinis ad opus regis capiendis.—Rex mittit Johannem Blauncbully ad capiendum ad opus regis cc. dolia vini in nundinis Staunford, et mandatum est ballivis earundem nundinarum quod eum ad hoc admittant et ei sint ad hoc auxiliantes. Teste ut supra.

De damis ad opus regis capiendis.—Rex mittit Robertum de Mares, Nicholaum de Cryoyl et alios vadlettos suos usque parcum de Havering' ad capiendum in eo xxij. damos, et mandatum est Ricardo de Munfichet quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De pecunia a mercatoribus de partibus transmarinis extorquenda.—Rex W. de Haverhull', thesaurario suo, Magistro Alexandro de Swereford, Magistro Alexandro le Seculer, Johanni le Fraunceys, et Edwardo de Westm', salutem. Sciatis nos dedisse in mandatis vicecomitibus Lond', ballivis Winton', Sutht', Ebor', Stanford', de Len', et nundinarum de Sancto Botulpho, quod scire faciant omnibus mercatoribus Senensibus, Caturiensibus, Florentinis, et aliis quicunque apud eos conversari solent et mutuum dare pro lucro, exceptis

1245.

mercatoribus de potestate regis Francie, quod sint coram vobis apud Westm' in quindena apostolorum Petri et Pauli ad audiendum voluntatem nostram quam vobis presentibus duximus exprimendam, ut ipsos mercatores qui pro magno comodo quod reportarunt in regno nostro de negociationibus et etiam mutuis factis pro lucro, nos bene respicere debent et potenter nobis subvenire ; alloquamini et modis quibus poteritis inducatis diligenter quod de vj. milibus marcarum de dono nobis subveniant, vel saltem de mutuo, si id nullo modo facere velint de dono, vel de minori summa pecunie ad quam nobis concedendam induci possint, industria vestra mediante, et si ipsos nullo modo inducere poteritis ad competens subsidium nobis faciendum ut predictum est, dicatis eis ex parte nostra quod infra xl. dies extunc, sine mora ulteriori, cum omnibus bonis et catallis suis exeant regnum nostrum, sicut nolunt omnia bona sua que post terminum illum inveniri poterunt in regno nostro sine aliqua spe recuperationis amittere. Teste rege apud Wind' xv. die Junii.

De vinis datis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod Magistro Patricio, fisico regis, qui infirmatur Lond', faciat habere de bonis vinis regis quociens pro ipsis miserit. Teste ut supra.

Pro Fulcone filio Warini.—Mandatum est baronibus de scaccario quod in primis terminis perdonacionis cc. marcarum quam rex nuper fecit Fulconi filio Warini de debitis que regi debet ad Scaccarium, faciant ei allocari xij. marcas pro quibus per summonicionem ejusdem Scaccarii distringitur in comitatu Kauntebr'. Teste ut supra.

Pro Roberto de Twenge.—Rex Johanni le Franceis, salutem. Sciatis quod remisimus Roberto de Twenge iram et indignacionem nostram quam erga eum concepimus eo quod in aula nostra de Windleshour', manus injecit violentas in Ricardum de Sarr' clericum venerabilis patris W. Ebor' archiepiscopi, et ideo vobis mandamus quod de tota terra ipsius Roberti, quam capi precepimus in manum nostram occasione predicta, et que exstitit in custodia nostra, eidem Roberto plenam seisinam habere faciatis una cum fructibus et proficuis que recepistis de predicta terra postquam stetit in manu nostra per preceptum nostrum. Teste me ipso apud Windleshour' xviij. die Junii, anno regni nostri xxix.

De tradendo in ballium.—Robertus Colle et Henricus Colle, capti et detenti in prisona regis Bed' pro morte Rogeri Tappe et Beatricis uxoris ejus unde rettati sunt, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Bed' quia rettati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Galfrido Esturmi quod in foresta de Savernak' faciat habere Fulconi filio Warini x. quercus in foresta de Savernak' ad se hospitandum apud Waneting', de dono regis. Teste ut supra.

De quodam prisone.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod prisonem nuper captum apud Wincheless' cum litteris Walensibus,

1245.

quem probi homines de Wincheless' ei liberabunt ab eis recipiat et illum salvo mitti faciant usque Turrim London' liberandum ibidem constabulario ejusdem turris cui mandatum est quod illum recipiat. Teste rege apud Wind' xx. die Junii.

Et mandatum est eidem constabulario quod illum recipiat et salvo custodiat donec aliud habuerit preceptum. Teste ut supra.

[m. 7.] *Pro Griffino filio Wennunwen.*—Quia barones de Scaccario regi significaverunt quod manerium Griffini filii Wennunwen de Alisford numquam a tempore quo dominus J. rex feofavit predictum Wennunwen patrem suum de manerio predicto fuit talliatus prout in rotulis de scaccario invenerunt contineri, mandatum est eisdem quod de tallagio quod exigunt a predicto Griffino de eodem manerio ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Wind' xxj. die. Junii.

De cera ad opus regis querenda.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod querant ad opus regis quatuor miliaria cere vel v. ubicumque Lond' inventa fuerint, et ea habere faciant Rogero de Ros vel Willelmo de Pless', et cum rex precium sciverit, mercatoribus a quibus capta fuerint reddi faciet. Teste ut supra.

Pro quodam converso.—Mandatum est custodi conversorum Lond' quod Rogerum de Wilton conversum inter alios conversos exhibendum admittat. Teste ut supra.

Pro Matillide Spileman.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Adam le Paumer, utlagatus pro morte hominis, tenuit de maritagio Matillidis Spitelman uxoris sue xiij. rodas terre et unum mesuagium cum pertinenciis in Odeby, mandatum est vicecomiti Leyc' quod ipsam Matillidem inde seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Roberto Patricii.—Mandatum est vicecomiti Leyc' quod districcionem quam facit Roberto Patricii ut indendens (*sic*) sit Johanni de Bayloll et Dervorgoyl uxori ejus de servicio suo pro feodis que idem Robertus tenet in comitibus Leyc' et Cestr' ponat in respectum usque in quindecim dies a festo Sancti Michaelis anno etc. xxix, quia idem Robertus fecit regi homagium de feodis predictis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Rex vicecomiti Lancastr', salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam a te fieri precepimus quod Radulfus Cocus et Matillis uxor ejus, Willelmus de Aisses, Robertus le Teler et Agnes uxor ejus, capti et detenti in prisona nostra Lancastr' pro morte Henrici de Mirscochth' appellati sunt de morte illa odio et atia et non eo quod culpabiles sint, tibi precipimus quod si predicti Radulfus, Matillis, Willelmus et Agnes invenerint tibi duodecim liberos et legales homines qui eas manucapiant coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint ad standum inde recto si erga eos inde loqui voluerit, tunc ipsos Radulfum, Matillidem, Willelmum, Robertum, et Agnetem predictis duodecim tradas in ballium sicut predictum est. Teste me ipso apud Windes' xxij. die Junii anno. . . .

1245.

Pro hominibus de Stiventon.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit per Ricardum de Clifford quod nullus est culpabilis de morte Johannis le Messager nisi Gilebertus le Careter, mandatum est vicecomiti Bedef' quod homines Roberti de Gynes de Stiventon, captos et detentos in prisona regis pro suspicione mortis ejusdem, a prisona deliberet usque ad proximum adventum justiciariorum regis ad partes illas. Teste ut supra.

Pro Waleramo Teutonico.—Mandatum est vicecomiti Sutht' quod faciat habere Waleramo Teutonico, de dono regis, omnes exitus terrarum illarum quas per judicium curie regis rex recuperavit versus Johannem de Sancto Quintino in Clafford de tempore quo predicte terre devenerunt in manum regis priusquam rex illas reddidisset predicto Waleramo. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Aubervill'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod de terra, que fuit Johannis le Provost in Dachet, capti et detenti in prisona regis de Aylesbur' pro morte hominis, quam idem Johannes, priusquam rettatus esset de morte illa, Willelmo de Aubervill' servienti regis dimisit ad firmam et quam idem vicecomes cepit in manum regis occasione mortis predicte, eidem Willelmo eandem quam prius habuit inde faciat habere seisinam, et si contingat quod predictus Johannes convictus fuerit in curia regis de morte predicta ita quod judicium de ipso fiat, rex concessit predicto Willelmo annum et diem qui ad regem pertinent de terra predicta, et omnia catalla ipsius Johannis que in usum regis cedere debent, que omnia ei habere faciat. Teste ut supra.

De obolis de Musc' regi mittendis.—Mandatum est Thome de Newerk' quod per latorem litterarum domini regis regi mittat xij. obolos de musc' ita quod rex eos habeat die Sabbati in festo Nativitatis Beati Johannis Baptiste ante horam nonam. Teste rege apud Windes' xxiiij. die Junii.

De auro ad opus regis perquirendo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod omne aurum quod poterunt perquirant ad opus regis de Judeis suis, de quo rex vult quod iij. marce liberentur ad operationes feretri Beati Edwardi, et residuum liberetur in garderobam regis Petro Chaceporc, custodi ejusdem garderobe. Teste ut supra.

Pro Huberto Hoes'.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod satisfaciat Huberto Hues' de arreragiis stipendiorum suorum a tempore quo moratus est in servicio regis in Marchia Wall' per preceptum regis usque ad diem recessus sui, vel satisfaciat mercatoribus qui ei prestitum fecerunt de pecunia sua usque ad summam predictorum arreragiorum suorum. Teste ut supra.

De pecunia ab usurariis extorquenda.—Mandatum est maiori London' quod in presencia Roberti le Norreis et Edwardi de Westm' convocari faciat omnes mercatores ultramontanos pecuniam pro lucro mutuantes et eos ex parte regis alloquatur, ut regi potenter

1245.

subveniant in magna quantitate pecunie pro magno comodo quod reportarunt de negociacionibus suis quas fecerunt in Anglia et de pecunia pro lucro mutuata ; alioquin edicat eis ex parte regis quod regnum regis exeant citra terminum eis statutum cum omnibus catallis suis ; et quatenus in hoc negocio proficisserint regi Lond' die Mercurii in vigilia Beatorum Petri et Pauli[1] scire faciat. Teste ut supra.

De vinis ad opus regis capiendis.—Quia rex nuper dedit in mandatis Johanni Blauncbully quod in villa Bristoll' caperet ad opus regis cc dolia vini de quibus nondum cepit nisi lj. dolia, mandatum est Petro Pictaviensi quod preter illa capiat adhuc ad opus regis in eadem villa xlix. dolia, ita quod in universo capiantur c. dolia carianda per diversa loca, quo rex prius preceperat et maxime versus partes Salop'. Teste ut supra.

De galeis Hybernie.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod galias de partibus Hybernie bene prep[ar]ari et ad regem in Wallia exkippari faciat de consilio Walteri Byset et Johannis Byset fratris ejus. Teste ut supra.

Pro abbate de Rading'.—Abbas de Rading' solvit in garderobam regis apud Wind' in crastino Nativitatis Beati Johannis Baptiste anno etc. xxix. x. libras de xx. libris quas regi promisit in auxilium ad primogenitam filiam regis maritandam, et mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum de predictis x. libris quietum esse faciant. Teste rege apud Wind' xxiiij. die Junii.

De targiis.—Mandatum est B. de Sabaudia quod de targiis regis Wasconie quas habet in custodia in castro de Wind' liberet Waltero Byset ij. targias ad eundum in servicium regis in partibus Hybernie. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Henrico Saraceno iij. quercus in Sappel' et Wauberg', de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Hulmo.—Quia quies religionis turbatur ultra modum in domo Sancti Benedicti de Hulmo, eo quod ferie que ibidem teneri solent stant in loco nimis vicino domui predicte, rex concessit abbati et conventui ejusdem domus quod teneantur decetero in loco remotiori qui vocatur Grabardesferye, et mandatum est vicecomiti Norf' quod ferias illas in loco illo teneri permittat, et sic clamari et teneri faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Aumblye.—Quia rex accepit per inquisicionem factam per vicecomitem Norf' quod terra quam Willelmus de Aumblye, tenuit in Begeton est de feodo R. le Bygod, comitis Norf', per servicium dimidii militis et non de serjantia regis, mandatum est vicecomiti Norf' quod predicto Willelmo de predicta terra plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

---

[1] The words "et Pauli" are interlined, and "ad Vincula" cancelled.

1245.

De quercubus datis.—Mandatum est J. de Pless' quod faciat habere Huberto Hoes' x. quercus, videlicet v. in foresta de Melkesham et v. in foresta de Chipenham, de dono regis, ad quandam cameram suam noviter conbustam perficiendam. Teste ut supra.

De damis ad opus regis capiendis.—Mandatum est custodi parci de Gudeford quod permittat Reginaldum le Rus et Robertum de Stopham capere quinque damos in eodem parco ad opus regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Venoiz' quod admittat Warnerum Luvel ad capiendum in balliva sua x. damos et Ricardum de Candever' ad capiendum in ea iij. cervos ad opus regis. Teste ut supra.

Pro Griffino de Brumfeld.—Quia rex tenetur reddere Griffino de Brumfeld preter c. libras quas rex ei nuper solvi preceperat l. marcas mandatum est Magistro S. de Wauton', custodi episcopatus Cestr', quod eas ad opus suum querat et ei eas habere faciat, et rex eas ei allocari faciet. Teste ut supra.

Ne mercatores usurarii decetero morentur in Anglia.—Mandatum est ballivis nundinarum Sancti Botulphi quod per totas nundinas predictas publice clamari et preconizari faciant quod omnes mercatores transmontani existentes in Anglia infra xij. dies post diem Martis proximam ante festum apostolorum Petri et Pauli exeant regnum nostrum Anglie cum rebus et mercandisis suis, scituri procerto quod corpora omnium illorum qui post terminum illum inventi fuerint in prefato regno nostro capientur, et omnes res et mercandise predictorum mercatorum transmontanorum que post eundem terminum invente fuerint in eodem regno nostro nobis incurrentur et eis disperdentur. Teste ut supra.

Ne ponatur in assisis.—Rex concessit Fulconi filio Warini quod Hugo Noblet, qui stat secum in servicio suo quamdiu steterit in ejus obsequio, non ponatur in assisis vel juratis. Et mandatum est vicecomiti Bed' quod ipsum interim non ponat in assisis vel juratis. Teste rege apud Westmonasterium xxviij. die Junii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cauntebr'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sussex' pro Seferredo de Leg'.

Rex concessit Gilberto Giffard quod quamdiu regi placuerit habeat hanc libertatem quod non ponatur in assisis vel juratis; et mandatum est vicecomiti Wilt' quod ipsum non ponat in assisis vel juratis donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti Martini Malherbe.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod faciant habere omnia catalla que fuerunt Martini Malherbe nuper interfecti Lond' Thome Malherbe, fratri suo, ad executionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

De damis ad opus regis capiendis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod permittat Hugonem le Porter et Johannem le Fol' capere extra parcum in foresta de Havering' v. damos ad opus regis. Teste rege apud Westmonasterium xxviij. die Junii.

1245.

De j. cuppa data.—Mandatum est W. de Haverhull, thesaurario regis, quod faciat habere priori et conventui Sancti Bartholomei Lond' unam cuppam precii iiij. marcarum ad eukaristiam in ea reponendam, de dono regis, et rex precium illud reddi faciet. Teste rege apud Westmonasterium j. die Julii.

Pro Reginaldo le Hauberg'.—Mandatum est baronibus de scaccario quod nullam decetero districtionem faciant pro debito quod Isaac de Norwic' Judeus regi debuit super domum illam que fuit predicti Judei in parochia Sancte Marie de Colechirch in civitate London', quam rex concessit per cartam suam fratribus hospitalis de Ospringe et quam Reginaldus le Hauberg' tenet de predicto hospitali, set illam districtionem faciat super alias terras et tenementa que fuerunt predicti Judei. Teste ut supra.

De ballivis foreste.—Mandatum est Roberto Passelewe et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod in ballivis foreste quas ceperunt in manum regis ponant ballivos alios qui fideliter ballivas illas custodiant, quia rex vult stabile esse quicquid de ballivis in foresta substituendis duxerint ordinandum ut predictum est. Teste ut supra.

Pro Judeo.—Mandatum est vicecomiti Sutht' quod si Cokerel filius Licoricie Judee Wint' invenerit ei vj. Judeos qui eum manucapiant habere coram justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis a die Lune proxima post festum apostolorum Petri et Pauli in iij. septimanas ad audiendam voluntatem regis, tunc ipsum tradat in ballium etc. Teste ut supra.

Pro servientibus de Lunday.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod de catallis que fuerunt Johannis Gloripet, qui nuper interfecit Martinum Malherbe Lond', faciant habere sine dilacione Ricardo de Clifford xx. libras ad liberationem serviencium in insula de Lunday commorancium faciendam. Teste rege apud Westm. j. die Julii.

De providencia contra expeditionem Wallie facienda.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod provideat qualiter in abbaciis vel forestis propinquioribus Cestrie vel alibi commodius possit provideri ad opus regis de calce ad quedam castra prout rex proposuit firmanda. Teste ut supra.

Mandatum est eidem justiciario et vicecomiti S[t]afford' et Salop' quod provideat quod rex habeat de balliva sua apud Cestr' quingentos boves et vaccas pingues, mille quarteria frumenti et quingenta quarteria avene ad festum Beati Petri ad Vincula vel infra octabam ejusdem festi contra expeditionem excercitus regis in Walliam. Teste ut supra.

[m. 6.] Eodem modo scribitur vicecomiti Lancastr' de ccl. bobus et vaccis pinguibus.

Eodem modo scribitur constabulario de Pecco de ccl. bobus et vaccis pinguibus.

1245.

Mandatum est Thome de Multon' quod in haya de Plumton capi faciat ad opus regis c. cervos una cum Willelmo de Ireby cui mandatum est quod ipsum ad hoc auxilium inpendat, et cum capti fuerunt illos saliri et cariari faciat usque Cestr' liberandos ibidem custodibus garnesture regis, et cum rex custum sciverit quod ad hoc apposuerit, rex illud reddi faciet. Teste ut supra.

De damis ad opus regis capiendis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in forinseco bosco de Havering extra parcum iij. quercus [? habeat], de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium ij. die Junii.

De tradendo in ballium.—Alicia de la Leye, et Henricus filius ejus, et Adam de la Leye, capti et detenti in prisona regis apud Bedeford pro morte Emme de la Leye unde rettati sunt, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Bed' quia rettati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Hybernia. Pro uxore que fuit Willelmi de Maris'.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Quia per inspectionem carte Henrici quondam Dublin' archiepiscopi cui una cum sigillo ipsius archiepiscopi signa capitulorum suorum Sancte Trinitatis et Sancti Patricii Dublin' vidimus appensa, perpendimus et omnes illam inspicientes perpendere potuerunt manifeste, quod idem archiepiscopus dedit et concessit Willelmo de Maris' cantredum de Okonach cum pertinenciis in liberum maritagium cum Matillide quondam uxore ipsius Willelmi, quod quidem cantredum captum fuit in manum nostram una cum ceteris terris suis postquam idem Willelmus fuit utlagatus quod nec Dublin' archiepiscopi, sicut idem archiepiscopus clamavit, nec alterius potuit esse excaeta, desicut predictus Willelmus quondam vir ipsius Matillidis nullo modo forisfacere potuit maritagium ipsius uxoris sue, vobis mandamus quod cantredum predictum cum castro de Ochonac' et aliis pertinenciis, in cujuscunque manu fuerint, capiatis in manum nostram et postea eidem Matillidi, vel certo attornato suo litteras regis una cum litteris suis deferenti, plenam de cantredo illo tanquam maritagio suo seisinam habere facias, salvo jure cujuslibet in eodem cantredo, si quis post modum versus eam agere voluerit in curia nostra. Teste ut supra.

Postea habuit consimiles litteras patentes directas J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quarum datum tale, scilicet apud Westmonasterium vj. die Februarii anno regni nostri xxx.

Pro Chiwardo de Valle.—Mandatum est priori de Theford' quod de debito c. librarum in quo rex tenetur faciat habere Gwichardo de Valle c. solidos ad expensas suas versus partes suas, de dono regis, et rex illas ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Ferariis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod omnes transgressiones factas in foresta nostra in itinere vestro ad placita foreste tangentes dilectum et fidelem nostrum Willelmum de Ferariis qui eciam laborat infirmitate, ut audivimus, ponatis in

1245.

respectum donec ad nos veneritis et nobiscum locuti fueritis. Teste me ipso apud Westmonasterium ij. die Julii anno regni nostri xxix.

Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod de catallis que fuerunt Johannis Gloripet, qui nuper interfecit Martinum Malherbe Lond', faciant habere Waltero le Butiler sexcies xx. libras pacandas mercatoribus de Brug' loco sexties xx. librarum quas debuit recepisse ad scaccarium per breve de Liberate quod regi reddidit pro bladis que Henricus Pichepapp' abstulit ab eisdem mercatoribus et regi misit in insula Oler' tempore quo rex fuit in Wascon'. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De providencia contra expeditionem Wallie.—Mandatum est justiciario Cestrie et vicecomiti Stafford et Salop' quod de balliva sua provideat quod rex habeat mille bacones ad festum Sancti Petri ad Vincula vel infra octabam ejusdem festi contra expeditionem quam rex facturus est versus marchias Wallie, et rex precium eorum reddi faciet. Teste rege apud Westmonasterium iiij. die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Noting' et Dereb' de mille baconibus, et constabulario de Pecco de d. baconibus.

Hybernia. Pro uxore que fuit Willelmi de Maris'.—Rex justiciario Hybernie, salutem. Monstravit nobis Matillis que fuit uxor Willelmi de Maris' quod Henricus quondam Dublin' archiepiscopus dedit et carta sua confirmavit eidem Matillidi Castelblathac cum pertinenciis priusquam nuptui traderetur, quod quidem castrum, postquam Willelmus de Maris' quondam vir suus fuit utlagatus, una cum ceteris terris suis, captum fuit in manum nostram et adhuc est in manu nostra, ut dicitur, et ideo vobis mandamus quod hujus rei veritatem inquiratis diligenter, et si inveneritis ita esse tunc eidem Matillidi vel certo attornato suo litteras nostras una cum litteris suis deferenti, de predicto castro tanquam jure ipsius Matillidis de dono predicti archiepiscopi plenam seisinam habere faciatis. Teste ut supra.

Pro mercatoribus de Brug' et aliis.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod de fine cccx. marcaram quem Lambertus le Teinturer et Johannes de Boves fecerunt cum rege pro catallis que fuerunt Johannis Gloripet qui nuper interfecit Martinum Malherbe Lond' faciant habere Waltero le Butiler sexcies xx. libras pacandas mercatoribus de Brug' pro sexcies xx. libris quas debuit recepisse ad scaccarium nostrum per breve nostrum de Liberate quod nobis reddidit pro bladis que Henricus Pichepapp' abstulit ab eisdem mercatoribus et nobis misit in insulam Oler' tempore quo fuimus in Wascon', et Ricardo de Clifford xx. libras pro custodia insule de Lunday usque ad Nativitatem Beati Johannis Baptiste anno etc. xxix. et mercatoribus de Gutlaund c. marcas in partem solutionis debitorum que eis debemus. Teste ut supra.

Et mandatum est omnibus vicecomitibus et ballivis regis per litteras patentes quod catalla ipsius Johannis ad eo plene eisdem mercatoribus habere faciant, ac si in usus regis converterentur, et si quid inde captum vel distractum fuerit, id eis restitui facient. Teste ut supra.

1245.

De perdonacione.—Rex Johanni Extraneo, justiciario Cestrie, salutem. Sciatis quod perdonavimus Emme que fuit uxor Selvini duodecim solidos et sex denarios quos ab ea exigitis de terra quam tenuit de nobis in Mailefune, et ideo vobis mandamus quod prefatam Emmam inde quietam esse permittatis, et terram illam alii committi faciatis excolendam prout videritis nobis expedire : et equum ipsius Emme quem Walterus persona ecclesie de Fradesham ei abstulit vel precium ejusdem equi ei reddi faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium v. die Julii anno regni nostri xxix.

Pro operationibus Westm'.—Johannes de Waleflet' finem fecit cum rege per x. libras solvendas archidiacono Westm' ad operaciones capelle Beate Marie Westm' de dono regis, pro habendis terris et catallis que fuerunt Radulfi Brok' qui fugit pro morte hominis, quantumcunque ad regem pertinet racione fuge illis de predictis terris et catallis, et mandatum est vicecomiti Essex quod eidem Johanni plenam seisinam et omnia catalla predicta habere faciat. Teste ut supra.

Pro Karleolensi episcopo.—Rex perdonavit Karleolensi episcopo eschapium trium prisonum qui evaserunt de prisona castri regis de Karl' quod est in custodia ipsius episcopi, videlicet eschapium Willelmi filii Duranti, Wesmahagon et Thome clerici, et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Cumbrie quod de predicto eschapio ipsum episcopum quietum esse faciant. Teste rege apud Wind' v. die Jul'.

Pro Dionysia que fuit uxor Ranulfi le Poher.—Mandatum est B. de Sabaudia, custodi terrarum que fuerunt Johannis de Stutevill', quod diligenter inquirat si Ranulphus le Poher fuit seisitus in dominico ut de feodo die quo obiit de manerio de Holebroc cum pertinenciis, et uno molendino, et una bovata terre cum pertinenciis in Kirkeby' in comitatu Noting', que capta sunt in manum regis, occasione terrarum Johannis de Stutevill' in manu regis existencium et si Dionysia que fuit uxor predicti Ranulphi fuit dotata ad hostium ecclesie quando eam desponsavit de tercia parte predictarum terrarum, et si per inquisitionem inde factam acceperit quod idem Ranulphus fuit seisitus ut predictum est de terris predictis, et quod ipsa dotata fuit ut predictum est de tercia parte predictarum terrarum, et quod nichil obstet ei quare inde dotem suam habere non debeat, tunc eidem Dionysie de tercia parte predictarum terrarum racionabilem dotem assignari facias. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Roberto de Crepping custodi manerii de Penkeston quod fuit Ranulphi le Poher in comitatu Dereby de dote ei assignanda de tercia parte predicti manerii. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit abbati de Certest' servicium quod idem abbas regi debuit in ultima transfretatione regis in Pictaviam quia idem abbas ad petitionem regis exhibet quendam servientem regis in necessariis quoad vixerit in domo sua. Et mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum de predicto servicio quietum esse faciant. Teste ut supra.

1245.

De pecunia regi mittenda.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario regis, et Edwardo de Westm', quod summam pecunie singularum dierum recepte ad Scaccarium ab ultimo recessu regis Lond' usque ad diem Dominicam proximam post Translationem Beati Thome martiris computari et regi sciri faciant, et idem Edwardus in propria persona sua ad regem usque Wudestok' die Martis proxima post predictam Dominicam una cum imagine Beati Edwardi argentea deferri faciat, et rex breve de Liberate ei de eadem pecunia habere faciet. Teste rege apud Rading. vij. die Julii.

De quercubus datis.—Mandatum est Magistro S. de Wauton', custodi episcopatus Cestrie, quod faciat habere Willelmo de Oddingesel' quincque quercus in boscis ejusdem episcopatus, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere eidem Willelmo x. quercus in aliqua chaciarum regis de Kannok, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario castri Divis' quod faciat habere Stephano Lungesp' v. quercus in bosco de Melkesham et v. quercus in bosco de Chipenham ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

De loricis ad opus regis querendis.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod de predicta civitate faciant regi habere de mutuo x. loricas et x. haubergella et x. coopertoria ad hanc expedicionem Wallie, et ea liberari faciant Ricardo marescallo regis, et cum rex redierit de expeditione predicta illa eis rehabere faciet. Teste ut supra.

De denariis in garderobam regine liberandis.—Rex Willelmo, thesaurario suo, salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes quod de primis denariis quos recipietis ad scaccarium nostrum, preterquam de subsidio nobis promisso, liberari faciatis in garderobam regine nostre ducentas et triginta et duas libras, unde habetis breve nostrum de Liberate ad pacaciones faciendas pro expensis ipsius regine, ita quod ad ultimum eas habeant in crastino Sancte Margarete. Teste rege apud Rading' ix. die Julii.

Ne ponatur in assisis.—Rex, ad instanciam Fulconis filii Warini, concessit Simoni de la Forde qui stat cum ipso Fulcone, quod a festo Sancti Michaelis anno etc. xxix. usque in iij. annos sequentes non ponatur in assisis vel juratis; et mandatum est vicecomiti Berk' quod ipsum infra terminum illum non ponat in assisis vel juratis. Teste rege apud Abbendon' ut supra.

Pro Magistro Simone de Wauton'.—Quia Magister Simon de Wauton', custos episcopatus Cestr', moram facit in partibus Stafford et Salop' ad diversa negotia regis expedienda, mandatum est baronibus de Scaccario quod diem quem ei statuerunt in octabis Sancti Johannis Baptiste ad compotum reddendum prorogent usque in iij. septimanas a die Sancti Michaelis sequentis. Teste ut supra.

1245.

Pro Ada filia Hervey et Juliana uxore ejus.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Monstraverunt nobis Adam filius Hervey et Juliana uxor ejus quod eos distringi facitis per summonicionem Scaccarii nostri pro xij. libris de arreragiis firme manerii de Ormeby de tempore quo predictum manerium fuit in manibus Roberti de Bruys, tunc vicecomitis Norf', et Herberti de Nevill, et ideo vobis mandamus quod diligenter inquiri faciatis per sacramentum proborum et legalium hominum in quorum manibus fuit tunc tempore manerium predictum, et quis eo tempore recepit exitus et fructus prefati manerii, et illos quos per inquisitionem inde factam invenerint eo tempore fructus et exitus ejusdem manerii percepisse distringi faciant pro predictis xij. libris. Teste ut supra.

Pro abbate de Medmeham'.—Mandatum est custodibus operacionum castri de Windes' quod permittant abbatem de Medmeham habere unum batellum vel duos per aquam Tamisie ad lapidem cariandum ad proprias operaciones domus sue faciendas et ipsum non impediant vel impediri permittant quominus libere et sine impedimento illos habere possit. Teste ut supra.

Pro abbate de Grestayn.—Rex perdonavit abbati de Grestayn illas x. libras ad quas amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus ad placita foreste in comitatu Sutht' pro defalta, et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis x. libris ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Wudestok x die Julii.

Consimile breve habet de perdonacione aliarum x. librarum ad quas amerciatus fuit pro vasto bosci.

Rex reddidit abbati de Grestayn boscos suos qui capti erant in manum regis occasione, vasti una cum assartis que fecerat sine licencia regis, et mandatum est Roberto Passelewe et sociis suis itinerantibus ad placita foreste quod de predictis boscis et assartis eidem abbati plenam seisinam rehabere faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Avicie de Columbar' de boscis ipsius abbatis et assartis in balliva sua. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto le Lu quod faciat habere Willelmo de Ebor' preposito Beverlaci vj. quercus in bosco de Pokesl' ad maeremium faciendum, de dono regis, et si abbas de Grestayn ei dare voluerit alias vj. quercus in bosco de Grafton, eas prosternere et quo voluerit sine impedimento eum cariare permittat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Stutevill'.—Rex reddidit Johanni de Stutevill' omnes terras suas que capte fuerunt in manum regis occasione inquisicionis quam rex fieri fecit de terris alienigenarum et que extiterunt in custodia Bern' de Sabaudia, et mandatum est eidem Bern' quod de predictis terris plenam seisinam ei habere faciat una cum omnibus carucis suis quas idem Bern' in eisdem terris invenit. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus.—Mandatum est Ade Cok' quod permittat Fratres Predicatores Wilton' quod prosterni et sine impedimento extrahi faciant viij. fusta que Willelmus Lungesp' eis dedit in balliva ipsius Ade ad fabricam ecclesie sue. Teste ut supra.

1245.
[m. 5.] Eodem modo scribitur Galfrido Esturmi de xx. fustis que S. de Monte Forti, comes Leyc', et vj. fustis que domina de Braybuf eis dederunt in boscis suis infra forestam de Savernak. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Jacobo Hoes' de vj. fustis que Willelmus Maudut eis dedit in bosco suo infra forestam de Selewude. Teste ut supra.

De Halingratto Balistario.—Rex dedit et concessit Halingratto Balistario terram que fuit Gyrardi de la Bare quondam servientis regis in Karleton' in Lindrik, quam idem Gerardus tenuit ad vitam suam de ballivo regis, habendam et tenendam eidem Halingratto et heredibus suis inperpetuum cum omnibus pertinenciis suis, et mandatum est vicecomiti Noting' quod de predicta terra cum omnibus pertinenciis eidem Halingratto plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wudestok' xij. die Julii.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto le Lu quod faciat habere Petro Chaceporc v. quercus in foresta de Salceto et v. in foresta de Pekesl' ad quandam cameram construendam apud Ravenes-ton', de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Mandatum est constabulario de Lutegar' quod si Rogerus le Fraunceys et Willelmus de Wolop', capti et detenti in prisona regis de Lutegar' pro transgressione foreste de qua rettati sunt, invenerint ei xij. legales homines qui eos manucapiant habere coram justiciariis ad prima placita foreste cum in partes illas venerint, tunc eos tradat in ballium illis xij. sicut predictum est, et habeat etc. Teste ut supra.

Pro Petro de Wakering'.—Petrus de Wakering' assignatus est loco Magistri Willelmi le Brun ad custodiendum unacum Hugone Giffard hospicium Edwardi filii regis et ad custodiendum contrarotulum expensarum ejusdem hospitii, et mandatum est eidem Hugoni quod ipsum ad hoc admittat. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Petro quod decetero ad hoc intendat. Teste ut supra.

Postea quia dominus rex oneratur expensis, rogavit ipsum Petrum quod stet ibidem cum ij. equis ad custum regis, uno clerico, uno armigero uno vadletto, ad lectum suum custodiendum, et emptiones ejusdem hospicii faciat, et intendat ad operaciones regis ibidem custodiendas et ad pacationes faciendas cementariis et aliis operariis earundem operationum una cum Hugone Giffard.

Pro Edwardo filio regis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Windes' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Hugoni Giffard v. dolia vini ad opus Edwardi filii regis. Teste ut supra.

Mandatum est Petro Chaceporc' quod de garderoba regis faciat habere Hugoni Giffard unam centenam cere, x. libras piperis et v. cumini ad opus ejusdem Edwardi. Teste ut supra.

Pro Stephano Bauzan.—Rex concessit Stephano Bauzan qui est in servicio comitis Glouc' in partibus Wall' quod quietus sit de sectis

1245.

comitatuum et hundredorum a festo Sancti Johannis Baptiste anno etc. xxix. usque in unum annum sequentem, et mandatum est vicecomitibus Oxon' et Norht' quod ipsum interim propter hoc non distringant. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit magistro hospitalis Sancti Bartholomei London' xxvj. libras, v. solidos et vj. denarios que ab eo exiguntur per summonitionem scaccarii de debitis Ricardi filii Reyneri, et mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro abbate de Whiteby.—Rex adhibuit assensum electioni facte de fratre Johanne de Staingreve in abbatem de Whiteby, et mandatum est Roberto de Crepping' quod de eadem abbacia et omnibus maneriis ad eam pertinentibus eidem Johanni plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Ernolino de Venaunt.—Rex commisit Ernolino de Venaunt quondam valetto electi Valent' totam terram que fuit Jacobi de Bulingeham in Colinge tenendam quamdiu regi placuerit, et mandatum est vicecomiti Suff' quod de predicta terra plenam seisinam ei habere faciat sicut predictum est. Teste rege apud Wudestok' xiiij. die Julii. Et habet inde litteras patentes.

Pro Hugone de Vivon'.—Henricus Dei gracia etc. Petro Chaceporck, salutem. Mandamus vobis quod fieri vel emi faciatis unum papilionem quem accomodare possimus H. de Vivon', et quam citius papilio quem fieri precepimus ad opus Petri de Sabaudia promptus sit, utrumque mitti faciatis usque Cestr' cum papilionibus nostris, ita quod ad ultimum sint ibidem in vigilia Assumptionis Beate Marie. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Johanni de Gatesden xxiiij. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem scaccarii pro duabus cartis quas non habuit de mercato habendo in maneriis de Brawater et Kersaulton', et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Johannem de predictis xxiiij. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Henricus Dei gracia etc. Gilberto de Segrave, justiciario suo foreste, salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis dilecto et fideli nostro W. Marescallo, comiti Penbr', sex damos in foresta nostra de Den', de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Halingratto.—Mandatum est Petro Chaceporc quod emi faciat unum pampilionem ad opus Halingratti Balistarii, qui simul cum harnasio ferri possit super summarium suum, et unum alium pampilionem ad unum postem quem ferre possit in bursa sua. Teste ut supra.

De obsidibus de Cestr' removendis.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestr', quod omnes obsides quos tenet in castro Cestr' salvo

1245.

mittat usque castrum de Bestan', et domos ejusdem castri Cestr' mundari et decenter preparari faciat, et unum pontem de castro in pomarium fieri faciat contra adventum regis, per quem rex et regina salvo et sine periculo descendere possi[n]t in idem pomarium cum spaciari voluerint. Teste ut supra.

Pro abbate de Abbendon'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod distringat omnes milites tenentes de abbate de Abbendon' in balliva sua per terras et catalla sua ad veniendum post regem usque Cestr' cum equis et armis ad acquietandum prefatum dominum suum de servicio quod regi debet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Oxon'.

De baconibus emendis.—Mandatum est Baldewino de Paunton' quod omnes veteres bacones existentes in castro Noting' vendi et de denariis inde provenientibus novos bacones ponendos in castro pre dicto emi faciat prout viderit expedire. Teste ut supra.

Pro Alicia de Luyton.—Rex commisit Alicie de Luyton, nutrici Edwardi filii regis, totam terram que fuit Johannis de Saves in Thymelthorp' et Geyste cum redditibus assisis et omnibus aliis ad eandem terram pertinentibus, tenendam tota vita sua ad sustentationem suam : et mandatum est vicecomiti Norf' quod de eadem terra plenam seisinam ei habere faciat sicut predictum est. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est W. de Haverhull, camerario regis Lond', quod de melioribus vinis regis de prisa vel empto faciat habere Petro Chaceporc, j. dolium, de dono regis. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod faciat habere abbati de Bella Landa x. matrices bremias in vivario regis de Fosse ad vivarium suum de Saleleye instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in Nova Foresta faciat habere Petro de Russeous ij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere comiti Glouc' x. damos in foresta de Den', de dono regis. Teste ut supra.

ProRadulfo de Gorges.—Rex concessit Radulfo de Gorges custodiam terre que fuit Roberti Filiot, que ad regem pertinet racione custodie terre et heredis B. quondam comitis Devon', in manu regis existentis, habendam usque ad legitiman etatem heredis predicti Roberti, una cum maritagio heredis ipsius Roberti ad opus filii predicti Radulfi, ita quod rex quietus erit de x. libris quas idem Radulfus percipere consuevit per annum ad scaccarium. Et mandatum est Willelmo Passelewe quod de custodia predicte terre et de predicto herede plenam ei seisinam habere faciat sicut predictum est. Teste rege apud Wudestok' xv. die Julii.

1245.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere comiti Ricardo xl. quercus in foresta de Den' ad maeremium faciendum ad operaciones cujusdem abbacie quam fundaturus est in manerio de Hayles quod habet de dono regis. Teste ut supra.

De cera ad opus regis retinenda.—Mandatum est ballivis Sutht' quod de cera que nuper applicuit in villa sua retineri faciant ad opus regis x. milia. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Sutht' quod si homines ejusdem ville ceram illam emerint tunc arestari faciat ad opus regis x. milia.

Pro Judeo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de catallis que fuerunt Mossei filii Hamonis, Judei Hereford', faciant habere Meyr, Judeo Heref' ix. marcas in quibus idem Mosseus tenebatur eidem Meyr super quedam jocalia, videlicet unum cinctoreum aureum, unum cyphum de mazere, unum firmaculum aureum, et duos anulos, que quidem jocalia idem Mosseus ei inpignoravit pro debito predicto, et que idem Meyr' eisdem justiciariis liberavit ad opus regis. Teste rege apud Wudestok xvij. die Julii.

Wasconia.—Franciscus de Bren' reddidit regi castrum de Eustar' quod rex ab eo recepit et comittit Willelmo de Boell' senescallo Wasconie custodiendum; cui mandatum est quod illud recipiat et salvo custodiat donec aliud habuerit preceptum : et quia idem Franciscus in partibus illis odiosus est pro fideli servicio regi inpenso, mandatum est eidem senescallo quod ipsum in eundo et redeundo per partes illas salvum conductum habere faciat. Teste ut supra.

Rex commisit Willelmo de Boell' terram Wasconie custodiendam quamdiu regi placuerit, et rex concessit ei pro custodia ejusdem terre omnes redditus et exitus provenientes de eadem terra Wasconie, retentis in manu regis omnibus redditibus et exitibus et omnibus aliis proficuis que aliqua racione ad regem pertinent de civitatibus Burd' et Baion' tam in consuetudinibus captis apud Burd' undecunque provenerint quam aliis, et mandatum est eidem Willelmo quod ita diligenter eidem terre salvo custodiende et juribus regis manutenendis et defendendis et revocandis alienatis intendat quod regi nichil depereat. Mandatum est etiam eidem quod cum ante festum Sancti Michaelis rex aliquem assignare non possit ad consuetudines Burd' et Baion' et alios redditus et proventus recipiendos ad opus regis, interim illos colligat et salvo custodiat, ita quod regi inde possit respondere quando rex precipiet. Teste ut supra.

De cuniculis datis.—Mandatum est Bernardo de Sabaudia quod in cuningeris episcopatus Cycestr' faciat habere Petro de Sabaudia c. cuniculos vivos ad instaurandum cuningeram suam de Mersefeld', de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Petrus de Oggerestan, captus et detentus in prisona regis Huntend' pro receptatione latrocinii unde rettatus, traditur in ballium quia rettatus est inde odio et atia etc. ut rex accepit per inquisitionem etc. Teste ut supra.

1245.

De quercubus datis.—Mandatum est Willelmo de Langel' quod in foresta de Whichewude faciat habere Galfrido de Wulewarde vj. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De j. roba data.—Mandatum est Petro Chaceporc quod si Nigellus capellanus qui stat in obsequio regis apud Winton' non habuerit robam suam quam rex ei promisit contra Natale de gracia regis, tunc eam ei habere faciat. Teste ut supra.

De obolis de Musce.—Mandatum est Thome de Newerk quod provideat quod rex habeat apud Glouc' in festum Sancti Jacobi apostoli xxxvj. obolos de Musce. Teste rege apud Ottinton xx. die Julii.

Mandatum est Ade de Periton' quod faciat habere H. comiti Essex' et Hereford, v. damos in foresta de Braden', de dono regis. Teste rege apud Winchecumb' ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Walerando Teutonico (constabulario Sancti Briavelli *cancelled*) quod faciat habere magistro Milicie Templi in Anglia decem quercus in bosco de Grosmund', de dono regis. Teste rege apud Glouc' ut supra. Et mandatum est eidem Walerando quod faciat habere Hugoni de Kinardesl' sex quercus in eodem bosco, de dono regis. Teste rege apud Glouc' ut supra.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Johannem le Fol et Warnerum Luvel venatores regis ad capiendum ad opus regis xv. damos in foresta de Den', et mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod ipsos ad hoc admittat. Teste rege apud Glouc' xxiiij. die Julii.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Petrus de Pidinton et Henricus le Keu, capti et detenti in prisona regis Norht' pro morte fratris Henrici de hospitali Sancti Leonardi Norht' unde appellati sunt, appellati sunt de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Norht' quod tradat eos in ballium. Teste ut supra.

De obolis de Musce.—Mandatum est Thome de Newerk quod provideat quod rex habeat apud Wigorn' in festo Beati Petri ad Vincula lx. obolos de Musce. Teste ut supra.

Pro Margeria que fuit uxor Rogeri filii Pagani.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod non distringat Margeriam que fuit uxor Rogeri filii Pagani pro auxilio regis reddendo ad primogenitam filiam regis maritandam de feodis militum qui teneri debent de herede predicti Rogeri, set ipsos milites qui feoda illa tenent, eo quod ipsa Margeria non est nisi firmaria de feodis predictis. Teste rege apud Glouc' xxv. die Julii.

[m. 4.] *De damis datis.*—Mandatum est Ade de Periton quod faciat habere magistro Milicie Templi in Anglia x. damos in foresta de Braden', de dono regis. Teste ut supra.

1245.

De quodam prisone.—Mandatum est vicecomiti Huntendon' quod in propria persona adeat custodem gaiole de Newegat' ad recipiendum de eo Johannem de Sandeye captum per appellum Thome Fromund probatoris quem ei rex liberari precepit et ipsum reducat usque Huntendon' liberandum ibidem officiali R. Lincoln' episcopi qui per litteras suas patentes ipsum sibi liberari peticiit (*sic*) a rege tamquam ordinatum, vel archidiacono Huntendon loco ipsius officialis, habendum secundum consuetudinem regni regis coram justiciariis proximo itineraturis ad omnia placita in eodem comitatu, et ad respondendum de apello predicto et habeat ibi breve regis. Teste ut supra.

Et mandatum est custodi gaiole de Newegat' quod ipsum eidem vicecomiti liberet ad faciendum de eo quod rex precepit.

De vexillo faciendo.—Rex Edwardo filio Odonis, salutem. Mandamus vobis quod sicut amore nostro gaudere desideratis, et nos videre cum gaudio, fieri faciatis vexillum undatum sindallo nigro et croceo quod excedat magnitudinem omnium vexillorum Westm', et unum draconem rubeum aureo deguttatum cum capite eneo deaurato et oculis cristallinis rubedine estencellatis, ponenda in abbacia Westm' de dono nostro ; fieri ettiam faciatis tot cereos in proximo festo Sancti Eadwardi quot in alio eodem festo fieri fecistis de mandato nostro, et insuper viginti cereos de quatuor centenis cere que ardeant continue die et nocte a vigilia ejusdem fasti quousque illec venerimus : et cum custum sciverimus breve nostrum de Liberate inde vobis habere faciemus. Teste ut supra.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod die Translacionis Beati Edwardi magnam aulam Westm' pauperibus repleri, et eos pasci faciat sicut in alio festo fieri consuevit, et cum rex custum sciverit, breve de Liberate ei habere faciet. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex cepit homagium Godefridi de Auno nepotis et heredis Ade de Auno de omnibus terris et tenementis que idem Adam tenuit de rege in capite in Hybernia, et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod accepta securitate ab eodem Godefrido de c. solidis pro relevio suo regi reddendo de omnibus terris et tenementis que fuerunt ejusdem Ade in Hybernia, de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, et que ipsum Godefridum jure contingunt hereditario, ei vel certo attornato suo litteras regis deferenti, plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Glouc' xxvj. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est ballivis Nove Foreste quod in balliva sua faciant habere Roberto Passelewe vj. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro magistro hospitalis de Ospring'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de mesuagio quod Maria que fuit uxor Ade tinctoris tenuit in Cantuar' de hospitali de Ospring' plenam seisinam habere faciat custodi ejusdem hospitalis ad opus ejusdem hospitalis. Teste ut supra.

1245.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex Ricardo Pipard, salutem. Mittimus Willelmum Luvel' venatorem nostrum ad forestam nostram de Fekenham' ad capiendum in ea sex damos ad opus nostrum, et ideo tibi precipimus quod ipsum ad hoc admittat et ipsos in eadem foresta extra parcum nostrum capi permittas. Teste me ipso apud Glouc' xxviij. die Jul' anno regni nostri xxix.

Pro comite Marescallo.—Quia comes Marescallus gravatur infirmitate corporis sui, mandatum est R. Passelewe et aliis justiciariis de foresta quod omnes loquelas et omnia placita in itinere suo ipsum tangencia ponant in respectum usque in crastinum Animarum anno etc. xxx. Teste ut supra.

De ballistis regi mittendis.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod de balistis regis que sunt in custodia sua liberet Ricardo marescallo xl. balistas x. scilicet ad duos pedes et xxx. ad unum pedem, quarum una medietas sit de cornu et provideat quod quedam pars earum talis sit quod rex eam dimittere possit in municione quorundam castrorum in marchia Wallie si voluerit. Teste ut supra.

Et mandatum est Ricardo marescallo quod eas una cum papilione regis venire faciat usque Cestr'.

De herede Willelmi de Percy regi mittendo.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod primogenitum filium et heredem Willelmi de Percy salvo quam citius poterit ad regem ubicumque fuerit mitti faciat in custodia regis commorandum. Teste ut supra.

De thesauro regi mittendo.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod totum thesaurum regis quem habent per Ricardum marescallum et alios servientes regis una cum papilione et harnesio regis mittant usque Cestr' cum quo aliquos vel, aliquem de suis camerariis sicut tenentur venire faciant, cui vel quibus cum rex summam ejusdem thesauri sciverit breve de Liberate inde habere faciet. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in foresta de Den' faciat habere Fratribus Minoribus Glouc' viij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Pless'.—Mandatum est eidem quod sine impedimento permittat Johannem de Pless' capere l. quercus in bosco suo qui est infra metas foreste de Den', ad se hospitandum. Teste rege apud Teokes' xxx. die Julii.

De vinis datis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Emme uxori Bartholomei le Bygod unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Wigorn' i. die. Augusti.

Pro abbate de Teokes'.—Abbas de Theokes' solvit in garderobam regis apud Wigorn' in festo Sancti Petri ad Vincula xxx. marcas quas regi promisit in auxilium ad primogenitam filiam regis maritandam, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de promissione illa quietum esse faciant. Teste ut supra.

1245.

Pro capellano.—Rex retinuit Gilbertum de Barewe capellanum loco Willelmi de Bed' capellani, qui nuper obiit Lond', ad ministrandum in capella Sancti Stephani Westm' sicut idem Willelmus consuevit, et mandatum est Edwardo filio Odonis quod ipsum ad hoc admittat et ei liberationes suas habere faciat. Teste ut supra.

De j. damo dato.—Mandatum est constabulario Divis' quod faciat habere uxori Roberti Tregoz' j. damum in foresta de Melkesham, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est (Henrico de Prestewud' *cancelled*) Petronille que fuit uxor Johannis filii Philippi quod faciat habere monialibus de Whitstan' manentibus extra Wigorn' x. quercus in foresta de Kenefar' ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Brug' v. die Augusti. Et postea adjectum fuit nisi eas prius habuerint.

De damis ad opus Edwardi filii regis.—Mandatum est custodi episcopatus Cycestr' quod faciat habere Hugoni Giffard xij. damos in parcis ejusdem episcopatus ad opus Edwardi filii regis. Teste ut supra.

Pro hominibus de Mungumery.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestr', quod in bosco regis de Mungumery succursum faciat de maeremio probis hominibus de Mungumery ad reedificacionem domorum suarum que combuste fuerunt ubi fieri poterit ad minus dampnum regis et ad majus comodum ipsorum. Teste ut supra.

Pro ballivis Glouc'.—Quia ballivi Glouc' liberaverunt in garderobam regis apud Bobinton' die Veneris proxima post festum Beati Petri ad Vincula anno etc. xxix, xxx. marcas et in garderobam regine x, de promissione quam regi fecerunt pro villa sua in itinere regis versus Walliam, mandatum est vicecomiti Glouc', quod ipsos occasione pecunie predicte non distringat. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Galfrido de Childwic', xx. solidos ad quos Galfridus de Childwic pater suus amerciatus fuit in itinere justiciariorum in comitatu Hertford, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Salop ix. die Augusti.

Et mandatum est vicecomiti Hertford quod ipsum inde quietum esse permittat.

Da venatione ad opus Edwardi filii regis.—Mandatum est B. de Sabaudia quod in foresta de Windes' capi faciat aliquos cervos et damos ad opus Edwardi filii regis et familie sue, ita quod absque venatione non sint. Teste ut supra.

De cera regi mittenda.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod ceram quam rex arestari precepit ad opus suum appreciari et usque Cestriam cariari faciat, et tam precium quam cariagium rex reddi faciet. Teste rege apud Lylleshull x. die Augusti.

1245.

De damis ad opus regis capiendis.—Rex mittit usque ballivam de Kannoc' Willelmum Luvel et Warnerum fratrem ejus venatores regis ad capiendum in ea x. damos ad opus regis, et mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De galia liberanda Henrico de Tracy.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod galiam regis quam habet in custodia sua cum omnibus armamentis suis liberet Henrico de Tracy. Teste ut supra.

De furnis regi mittendis.—Mandatum est W. de Haverhull, thesaurario regis, et Edwardo de Westm' quod si furni regis ferrei qui fuerunt apud Turrim London' non sunt missi usque Cestr' cum cariagio regis, tunc eos illuc sub festinacione mittant, ita quod sint ibidem die Jovis proxima post Assumptionem Beate Marie. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus.—Mandatum est ballivis de Scardeburg' quod non impediant vel impediri permittant Fratres Minores de Scardeburg' qui pro[p]onunt transferre ecclesiam et edificia sua usque ad quandam aream quam rex eis dedit, set ad hoc consilium et auxilium efficaciter inponant, et rex eis remittit xennium quod regi fecisse debuerant post ultimum redditum suum de partibus transmarinis. Teste rege apud Cumbermar' xij. die Augusti.

De providentia contra gwerram regis.—Mandatum est vicecomiti Noting' et Dereby' quod de comitatibus predictis, regi per aliquem de suis usque Cestr' mittat d. quarteria frumenti et d. quarteria avene liberanda ibidem custodibus garnesture regis, et vina omnia que illuc misisse debuerat et omnia mercata victualium de balliva sua ex parte regis prohiberi et victualia illa post regem et excercitum suum venire faciat, et rex precium bladi illius cum illud sciverit reddi faciet. Teste rege apud Cestr' xj. die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomiti Warr' et Leyc' de d. quarteriis frumenti et de mercatis defendendis.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Linc' Ebor', Lanc', Wigorn', et Hereford de mercatis defendendis et de victualibus et omnimodis mercimoniis post regem mittendis.

[m. 3.] *De damis datis.*—Mandatum est Johanni filio Nigelli quod faciat habere Johanne uxori Paulini Peyver' v. damos in balliva sua, de dono regis. Teste rege apud Cestr' xiij. die Augusti.

De quercubus datis.—Mandatum est Petronille que fuit uxor Johannis filii Philippi quod in balliva sua de Kenefar' faciat habere Roberto de Mucegros viij. bonas quercus, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Petro de Geneve.—Mandatum est vicecomiti Leyc' quod non distringat Petrum de Geneve pro scutagio regi concesso ad primogenitam filiam regis maritandam de feodis militum que tenentur de honore de honore (*sic*) de Beauver, set distringat milites tenentes

1245.

eadem feoda ad idem scutagium regi reddendum, quia idem Petrus non habet nisi custodiam honoris predicti. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc'.

De cervis datis.—Rex dilecto et fideli suo Roberto de Ros, justiciario suo de foresta, salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis Lecie uxori dilecti et fidelis nostri Rogeri de Thurkelby' tres cervos in foresta nostra de Pykering', de dono nostro. Teste ut supra.

De damis capiendis ad opus regis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod permittat Willelmum Luvel venatorem capere xv. vel xx. damos in foresta de Kanoco preter x. quos in ea rex capi precepit si sine exilio ejusdem foreste capi possint. Teste rege apud Cestr' xvij. die Augusti.

Pro fratre Willelmo de Fonvill'.—Rex adhibuit assensum ordinacioni facte per priorem Karit' de fratre Willelmo de Fonvill', monacho Sancti Andree Norhamp', in priorem ejusdem domus, et mandatum est vicecomiti Norht' quod de eodem prioratu et omnibus ad eundem prioratum spectantibus ei plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Cestr' xix. die Augusti.

De obolis de Musce pro rege offerendis.—Mandatum est W. de Haverhull, thesaurario regis, quod si rex non sit apud Westm' in festo Translationis beati Edwardi, tunc offerri faciat ibidem eodem die per manum Edwardi filii Odonis ad missam xij. obolos de Musce. Teste ut supra.

De carettis ad opus regis perquirendis.—Mandatum est priori de Dunestapl' quod perquirat ij. bonas carettas ad ceram regis et merces alias que remanserunt in eadem villa cariandas usque Cestr' et rex custum acquietari faciet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Bed' et Buk' de tot carettis quot necesse fuerit ad pannos ceram et merces alias que remanserunt apud Stratford cariandos etc. ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Thome de Multon quod faciat habere Martino de Littelebyr' ij. cervos in foresta de Englewude, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Johanni de Benniges x. marcas quas regi debuit pro equis regis quos amisit in servicio regis in partibus Wallie, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sutht'.

Pro militibus abbatis de Abbendon.—Mandatum[est] vicecomitibus Oxon' et Berk' quod averia militum abbatis de Abbendon que cepit pro servicio quod idem abbas regi debet in hac expeditione Wallie deliberari faciant donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Warr'.

1245.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod assignet Agneti que fuit uxor Ricardi de Percy racionabilem dotem de serviciis feodorum militum et advocacionibus ecclesiarum que fuerunt ipsius Ricardi sicut rex ei dotem fecit assignari de terris ejusdem. Teste ut supra.

Pro priore Sancti Oswaldi.—Prior Sancti Oswaldi liberavit in garderobam apud Cestr' die Lune proxima post Assumptionem Beate Marie Petro Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, v. marcas quas regi promisit in auxilium ad primogenitam filiam regis maritandam, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Hybernia.—Mandatum est justiciario Hybernie quod faciat habere Isaac Coner' episcopo omnes exitus que recepit de episcopatu suo a nono die Maii inantea quo die regi fidelitatem fecit apud Oxon'. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est Roberto de Crepping' quod de terris que fuerunt Willelmi de Percy assignet Elene, que fuit uxor predicti Willelmi, lx. libratas terre habendas in tenenciam in locis competentibus donec racionabilis dos ei assignetur de terris predictis. Teste ut supra.

Pro Alesia que fuit uxor Johannis le Viscunt'.—Quia Johannes Marescallus et Willelmus Heyrun manuceperunt coram rege quod Alesia que fuit uxor Johannis le Viscunt' nulli se maritabit sine licencia regis et quod ipsa in propria persona sua ad regem veniet cum convalebit de infirmitate qua detinetur, ut dicitur, ad debitam securitatem prestandam, mandatum est Roberto de Crepping' quod de terris et tenementis que fuerunt ipsius Johannis quondam viri sui de quibus fuit seisitus die quo obiit, rationabilem dotem ei assignari faciat. Teste ut supra.

Pro heredibus Ricardi de Kingesl'.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod plenam seisinam habere faciat Ranulfo le Ruter et Avicie uxori, Willelmo Lancelin et Johanne uxori ejus, Emme et Margerie sororibus earundem Avicie et Johanne, de forestaria foreste de la Mar' custodiende sicut Ricardus de Kingesl', pater earundem Avicie, Johanne, Emme et Margerie, cujus heredes ipse (*sic*) sunt, forestam illam custodivit (Teste rege apud Whitford in castris xxij. die Augusti *cancelled*) ita scilicet quod foresta illa custodiatur salvo ad opus regis sine indebito gravamine parcium illarum, et quod primogenita soror predictarum primo anno recipiat omnes proventus ad eas spectantes de foresta predicta, eos per manum suam sibi et participibus suis equaliter divisura, et secunda proventus ejusdem foreste anno secundo, et sic singulis annis una post aliam proventus ejusdem foreste recipiat eos dividendo sicut predictum est. Teste rege apud Gannok in castris xxvj. die Augusti.

De victualibus ad opus regis querendis.—Mandatum est maiori et probis hominibus Bristoll' quod omnimoda victualia que in villa sua

1245.

et in partibus vicinis inveniri poterunt ut vina, blada, carnes, pisces, panem, cervisiam et alia necessaria in navibus batellis et aliquibus galeis carcatis ejusdem victualibus, et mercatores quorum victualia illa fuerint ad regem usque Gannok venire faciant, et rex omnia custa que ad hoc apposuerint rex (*sic*) eis reddi faciet cum illud sciverit. Teste ut supra.

Pro comite Gloucestr'.—Quia barones de Scaccario per litteras suas regi significaverunt quod inspectis rotulis de Scaccario invenerunt G. de Clar' quondam comes Glouc' et Hertford' percepisse per annum pro tercio denario comitatus Glouc' xx. libras et pro tercio denario comitatus Hertford xxxiij. libras et xx. denarios nomine comitis, mandatum est baronibus de Scaccario quod xx. libras pro tercio denario predicti comitatus Glouc' et xxxiij. libras et xx. denarios pro tercio denario predicti comitatus Hertford Ricardo de Clar', comiti Glouc' et Hertford, heredi predicti Gilberti, singulis annis habere faciant ad scaccarium nomine comitis. Teste rege in castris apud Gannok xxvij. die Augusti.

Pro Waltero de Suthleg' et Gilberto de Umfraunvill'.—Quia Walterus de Sutleg' et Gilbertus de Umfraunvill' sunt de licencia regis in servicio comitis Glouc' in partibus de Glammorgan, mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod de servicio quod iidem milites regi debent in expeditione sua ipsos pacem habere permittat, nec pro servicio illo illos distringat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Periton quod faciat habere uxori Johannis filii Galfridi v. damos in balliva sua, de dono regis. Teste rege ibidem xxix. die Augusti.

Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere uxori Willelmi de Cantil' senioris v. damos in foresta de Shirewude, [de] dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Albemarl'.—Quia Willelmus comes Albemarl' protestatus est coram rege quod abbas de novo creatus est apud Albemarliam, et quod idem abbas, qui omnes terras quas habet in Anglia tenet de eodem comite, venit personaliter in Angliam et de terris ipsis fidelitatem fecit eidem comiti tanquam domino feodi, mandatum est vicecomiti Suff' quod de omnibus terris quas idem abbas habere debet in balliva sua, et quas cepit in manum regis occasione precepti de terris abbatum priorum et aliarum personarum ecclesiasticarum de partibus transmarinis cedencium vel decedencium capiendis in manum regis, eidem abbati plenam seisinam habere faciat cum omnibus bladis et catallis ad terras illas pertinentibus. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Fanecurt.—Mandatum est Willelmo de Langel' quod permittat Galfridum de Fanecurt libero (*sic*) et sine impedimento prosternere et extranere (*sic*) xv. quercus quas comes Glouc' ei dedit in bosco suo de Shipton' qui est infra forestam regis de Whichewude, ad se hospitandum apud Bureford'. Teste rege in castris apud Gannok. iiij. die Septembris.

1245.

Pro Johanne de Stutevill'.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod per visum forestariorum et viridariorum de foresta de Essex liberari faciat Johanni de Stutevill' maeremium in bosco suo de Dyham qui est infra forestam regis, ad se hospitandum ibidem sine vasto et destructione ejusdem foreste. Teste ut supra.

[m. 2.] *De damis datis.*—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Wauberg' faciat habere R. comiti Winton' duos damos et xviij. damas ad parcum suum de Rushou instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Eborardo Teutonico.—Rex cepit homagium Eborardi Teutonici qui duxit in uxorem Rainettam, filiam et heredem Johannis le Viscont', de omnibus terris et tenementis que idem Johannes tenuit de rege in capite, et rex perdonavit eidem Eborardo relevium suum, et mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod de omnibus terris et tenementis de quibus idem Johannes fuit seisitus ut de feodo die quo obiit in balliva sua et que ipsam Rainettam jure contingunt hereditario eisdem Eborardo et Rainettam plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De victualibus regi mittendis.—Quia rex missurus est hac die Dominica instanti vel die Lune sequenti ad ultimum carragium suum usque Cestr', mandatum est Roberto de Mucegros quod provideat quod totus protractus omnimodorum victualium quem rex prius fieri precepit promptus sit ad eundem terminum, ut victualia illa cartari et ad regem tempestive cum conductu quem rex illuc est missurus possint destinari. Teste rege apud Gannok in castris vi. die Septembris.

Pro uxore Reymundi de Luk'.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod faciat habere Elicie uxori Reimundi de Luk, c. solidos vel x. marcas ad sustentacionem suam quamdiu idem Reimundus fuerit in servicio regis in partibus Wallie, et cum rex summam sciverit breve de Liberate ei habere faciet. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est vicecomiti Hereford et ballivo haye de Hereford quod faciat habere Willelmo de Ebroyc' x. quercus in haia predicta ad maeremium et ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate Cestr'.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestr', quod decimam venacionis capte in Cestreschire faciat habere abbati et conventui Sancte Wereburg' Cestr', sicut temporibus comitis Cestr' habere consueverunt. Teste rege apud Gannok in castris x. die Septembris.

Eodem modo scribitur Roberto de Mucegros de decima venationis capte in Cestreschire ad opus regine postquam rex recessit a Cestria, et de decima venationis quam capi faciet quamdiu ibidem perhendinabit faciet habere eisdem abbati et conventui etc. ut supra. Teste ut supra.

1245.

Pro Halingratto Balistario.—Mandatum est Magistro Alexandro de Swereford quod assignari faciat Halingratto Balistario aliquam domum London' que sit de excaetis regis, in qua familia sua commode possit hospitari. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est R. de Mucegros et Simoni de Norwic' quod de vinis regis que sunt apud Cestr' faciant habere Willelmo Lung' j. dolium vini Warino de Munchanes', j. dolium vini, de dono regis, et Willelmo de Vescy j. dolium, de dono regine, et quod octo dolia vini ad opus regis sine dilacione mittantur. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in foresta de Norhumbr' faciat habere Willelmo de Vescy v. damos et x. damas ad parcum suum de Aunewik' instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Gannok in castris xj. die Septembris.

Pro Fratribus Minoribus.—Rex concessit Fratribus Minoribus Cestr' quod venella quedam que est eis et eorum edificiis valde nociva removeatur si illius remocio non sit ad nocumentum civitatis Cestr', et mandatum est Roberto de Mucegros quod, assumptis secum maiore Cestr' et xij. discretis civibus ejusdem venelle (*sic*), venellam illam adeant et si viderint quod illius remocio non sit ad nocumentum civitatis predicte tunc eosdem fratres venellam illam ammovere permittant; alioquin remaneat sicut modo est. Teste ut supra.

Rex concessit eisdem Fratribus quod in fossato castri regis Cestr' capiant petram quantum eis necesse fuerit ad edificia sua construenda, et mandatum est constabulario Cestr' quod eos petram in eodem fossato ad edificia sua capere permittat sicut predictum est. Teste ut supra.

De Judaismo.—Mandatum est baronibus de Scaccario et justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod omnem diligenciam quam poterunt apponunt ut quatuor milia marcarum, que regi debent Judei ad hoc festum Sancti Michaelis, tunc omnibus modis solvantur thesaurario et camerariis ad faciendum inde quod rex ei injunxit, et si forte in solutione eorundem iiij. milia marcarum defecerint ad terminum predictum, tunc capiant aliquot de ditioribus Judeis et corpora illorum mittant ad regem usque Gannok, non omittendo illud pro aliquo custo; et rex illos liberari faciet justiciario Hybernie ducendos in Hyberniam et ibidem in prisona detinendos. Teste rege apud Gannok' in castris xiiij. die Septembris.

Pro comite Ricardo.—Mandatum est fratri Roberto de Sikelingehal' quod litteras regis de Liberate per quas rex dat in mandatis thesaurario et camerariis ut ei liberent duo milia marcarum que rex tenetur reddere comiti Ricardo ad hoc scaccarium Sancti Michaelis eisdem thesaurario et camerariis habere faciat, et pecuniam illam ab eis recipiat et eam eidem comiti vel certo nuncio suo reddi faciat, receptis ab eo prius pignore auri regis et litteris regis patentibus mutuum illud continentibus. Teste ut supra.

De tribus milibus marcarum.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod si forte illa tria milia marcarum que rex liberari

1245.

mandavit Magistro Simoni de Wauton' carianda usque Cestr' ad opus regis ex toto prompta non habuerint in adventu ipsius Magistri, tunc liberent ei ij. milia marcarum carianda usque Cestr' ut predictum est, et postmodum quamcitius fieri poterit residuas mille marcas sub salvo conductu mitti faciat usque Cestr'. Teste ut supra.

De perdonacione pro Petro de Russeaus.—Rex perdonavit Petro de Russeaus xij. marcas quas regi debet et que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro quadam carta (de debitis que debebantur R. quondam Cycestr' episcopo cancellario regis *cancelled*), et mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Dors'.

Pro comitissa Devon'.—Quia rex assignavit Amicie que fuit uxor B. quondam comitis Devon', manerium de Toppesham (Exeministr' *cancelled*) in partem dotis sue cum omnibus ad eam pertinentibus, et mandatum est Willelmo Passelewe, custodi terrarum que fuerunt predicti comitis, quod eam nundinas ejusdem manerii et servicia feodorum militum ei assignata pacifice habere permittat et in nullo decetero de predictis se intromittat, et si aliquid inde ceperit, id ei reddi faciat. Teste rege apud Gannok in castris xviij. die Septembris.

Pro Willelmo de Hodenet.—Rex, ad instanciam Fulconis filii Warini, concessit Willelmo de Hodenet, militi suo, quod quamdiu fuerit de familia ipsius Fulconis et in servicio suo, non ponatur in assisis vel juratis, et mandatum est vicecomiti Norht' quod ipsum interim in assisis vel juratis non ponat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi episcopatus Cestr' quod in parco ejusdem episcopatus de Brewude faciat habere Fulconi filio Warini iiij. damos et viij. damas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Poleswurth.—Mandatum est vicecomiti Warr' quod occasione precepti regis quod ei fecit de blado regis mittendo non capiat de abbatissa de Poleswurth bladum aliquod ad opus regis nec ipsam distringat ad cariagium per carettas suas faciendum, et si quid ab ea ceperit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro comite Winton'.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod occasione duorum solidorum quos Willelmus Hay tempore quo fuit vicecomes Oxon', vel aliquis predecessorum suorum vicecomitum ejusdem comitatus, injuste ceperit ab hominibus R. comitis Winton' de Cherleton', non distringat ipsum comitem vel homines suos ejusdem manerii contra libertates quas habet per cartam regis ad faciendum regi alias consuetudines vel alia servicia quam̃ de jure facere debent et solent secundum libertates predictas. Teste rege apud Gannok in castris xx. die Septembris.

Pro abbate Cestr'.—Mandatum est Roberto de Mucegros quod faciat habere abbati Cestr' decimam tocius venationis captis (*sic*) in forestis regis de Cestreshir' a tempore quo rex venit ad partes illas et

1245.

quamdiu rex moram faciet in partibus predictis, sicut illam habere consuevit temporibus comitis Cestr'. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Magistro Radulfo de Neketon' xij. marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro quadam carta quam rex ei fecit de warenna habenda, et mandatum est vicecomiti Essex quod ipsum inde quietum esse faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur baronibus de scaccario. Teste ut supra.

De denariis liberandis in garderobam regine.—Mandatum est Roberto de Mucegros quod x. marcas quas recepit de burgensibus de Brug' et xxv. marcas quas recepit a procuratore Magistri Simonis Normanni de prebenda sua de Farendon', et ciiij. libras et v. solidos quos recepit a vicecomite Cumber' de comitatu suo, et lj. libras vj. solidos et viij. denarios quos recepit de firma civitatis Karl', liberat in garderobam regine ad expensas hospicii sui, et rex pecuniam illam ei qui eam ei liberaverunt allocari faciet. Teste ut supra.

Pro Petro de Geneve.—Mandatum est J. filio Galfridi (M. filio Geroldi *cancelled*), justiciario Hybernie, quod omnia debita que regi debet Petrus de Geneve et que ab eo exiguntur per summonicionem scaccarii Dublin' tam de debitis suis quam de debitis (patris sui *cancelled*) Walteri de Lacy ponat in respectum usque ad Clausum Pasche anno etc. xxx. et interim regem certificet de summa et particulis debitorum illorum. Teste ut supra.

Pro Warino filio Geraldi.—Mandatum est vicecomiti Bed' et Buk' quod non distringat Warinum filium Geraldi ad reddendum regi auxilium regi concessum ad primogenitam filiam regis maritandam, nisi teneat feoda illa de rege in capite pro quibus distringitur, et si non teneat de rege in capite, tunc distringat tenentes ea de rege in capite ad reddendum regi auxilium predictum.

Pro Plesencia que fuit uxor Thome Fromund'.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Thomas Fromund' qui suspensus fuit pro latrocinio tenuit xxx. acras terre et j. mesuagium cum pertinenciis in Temeford' de hereditate Plesencie uxoris sue que vicecomes Bed' cepit in manum regis occasione suspensionis ipsius Thome, mandatum est vicecomiti Bed' quod de eadem terra et eodem mesuagio cum pertinenciis eidem Plesencie plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Gannok in castris xxix. die Septembris.

Pro Waltero le Flemeng.—Mandatum est Johanni Byset quod unum kabulam et j. ancoram, quas recepit preter voluntatem marinellorum qui fuerunt in nave Walteri le Flemeng, magistro ejusdem navis reddi faciat. Teste ut supra.

De providencia facienda.—Mandatum est Roberto de Mucegros, Simoni de Norwic', Waltero de Ardern', et Roberto de Farendon', quod in navibus carcari faciant usque ad sumam mille quarteriorum frumenti, mille quarteriorum avene, mille baconum, et c. quarteriorum salis si ea

1245.

prompta habuerint, et ea regi mittant per Johannem clericum Rogeri de Ros scissoris, quamcito ventum habere poterit oportunum, ad castrum regis de Gannok muniendum; et si ea omnia ad presens prompta non habuerint, quantum inde promptum habent regi per ipsum una cum omnibus quarellis qui venerunt de Sancto Briavello mittant. Teste ut supra.

De vinis ad opus Edwardi filii regis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Windes' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Hugoni Giffard et Petro de Wakering' x. dolia vini ad opus Edwardi filii regis et ceterorum puerorum secum apud Wind' commorancium. Teste ut supra.

De providencia facienda.—Mandatum est Roberto de Mucegros', S. de Norwico, Waltero de Ardern', et Roberto de Farendon' quod in civitate Cestr' xij. vel. xv. busces de corio ad opus regis capi et illis a quibus capti fuerint inde satisfaciant, et regi per terram vel per mare prout cicius poterunt una cum gwarnestura castri regis de Gannok et bretachiis suis mittant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Venuz' quod in foresta de Axyholt' faciat habere R. Exon' electo, vj. damas contra festum consecrationis sue, de dono regis. Teste ut supra.

De cera ad opus regis retinenda.—Mandatum est ballivis Sutht' quod retineri faciant ad opus regis x. millia cere de prima cera ventura ad partes suas. Teste rege apud Gannok in castris j. die Octobris.

Eodem modo scribitur ballivis Wint'.

De Judaismo.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Modum quo processistis in debitis que nobis debent heredes Hamonis Judei Hereford perquirendis habemus satis acceptum, adeo male contenti de vicecomitibus quibus executionem ejusdem negocii per summonitionem scaccarii nostri demandastis, in parte quod in nullo illud sunt executi ut debuerunt, ad quos nos capiemus propter hoc satis graviter, si nos ad hoc excitare velint omnibus modis nostrum non exequendo mandatum quod eis modo injungimus per litteras nostras, ut scilicet de debitis vos certificent et plene respondeant prout ad summonitionem nostram fecisse debuerant in crastino Animarum terminum quem eis ad hoc prefigi voluistis alia causa, non prorogando nisi ob hoc quod nuncius noster ad vos venit circiter festum Beati Michaelis sub expectacionem forte salvi conductus; bene quidem volumus quod Mosceus Crespin vobis solvat xxviij. marcas pro ij. sertis et pectine auri quas habere faciatis custodi operacionum ecclesie Westm' de elemosyna nostra. Teste ut supra.

[m. 1.] *Pro Willelmo Hoes'.*—Rex, ad instanciam Huberti Hoes', concessit Willelmo Hoes', fratri suo, quod a festo Beati Michaelis anno etc. xxix. usque in iij. annos sequentes non ponatur in assisis vel juratis. Et mandatum est justiciario Hybernie quod ipsum interim in assisis vel juratis poni non permittat. Teste ut supra.

1245.

De quercubus datis.—Mandatum G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Bernewude faciat habere Radulfo filio Radulfi filii Nicholai vj. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De providencia ad castrum de Gannok muniendum.—Mandatum est Roberto de Mucegros, Simoni de Norwic', Waltero de Ardern' et Roberto de Farndon', quod victualia et bretachias sub festinatione regi mittant usque Gannok, et preterea de gruell' et de farina avene l. quarteria et de farma frumenti c. quarteria et de caseo xv. pondera et d. salmones et tria lesta allecie et boves c. vivos et c. mortuos bene saliatos, et xx. gallos et cc. gallinas vivos, ad castrum regis de Gannok muniendum. Teste rege apud Gannok in castris iij. die Octobris.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni de Venuz' quod faciat habere Rogero de Wyvull' x. fusta in foresta de Axiholt' ad se hospitandum, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia mutatum fuit breve in anno etc. xxx.*

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere Galfrido de Ambely iij. damas in foresta de Essex ad festum de filia Roberti de Mucegros uxore sua domum adducenda ce[le]brandum, de dono regis. Teste rege apud Gannok in castris v. die Octobris.

De municione ad castrum de Gannok.—Mandatum est Waleramo de Wichileg' et Magistro Willelmo le Brun quod cum festinatione ad regem venire faciat usque Gannok mille crannok' frumenti una cum nave ille (*sic*) de Waterford, que dudum carcata fuit vinis, ad castra de Gannok munienda, ita quod Galfridus de Corbun', serviens regis, veniat cum frumento illo, et sufficientem capiat securitatem a magistris navium qui bladum illum ducent quod quamcito poterunt bladum illud usque Gannok venire faciant. Teste ut supra.

De bretachiis regi mittendis.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod iiij. bretachias que venerunt de Hybernia et sunt in insula de Angles' regi mittat, et inveniri faciat Johanni Byset, Waltero fratri suo, Gwidoni de Rocheford, Fulconi de Castro Novo, et ceteris militibus de familia regis navigium per quod secure venire possint de eadem insula ad regem, et consilium apponat qualiter vina regis que sunt in eadem insula regi mittantur. Teste rege apud Gannok in castris, vij. die Octobris.

De mille libris.—Mandatum est W. de Haverhull, thesaurario regis, quod ad pacationes mille librarum faciendas pro prisis factis ad opus regis in nundinis Sancti Ivonis, Sancti Bothulfi, de Lenn' et Winton' assignet aliquem de suis de quo plene confidat, ita quod, facta solutione pro prisis predictis, si aliquid de eadem pecunia fuerit residuum illud reservetur usque ad proximum adventum regis Lond' liberandum in garderobam regis, et provideat quod nulla liberacio fiat ad Scaccarium preter eas quas rex ei prius injunxit faciendas quousque predicte mille libre eidem Willelmo fuerint liberate. Teste ut supra.

1245.

De vinis ad opus comitis Ricardi.—Mandatum est custodibus vinorum regis Westm' quod de vinis regis liberent Waltero Boghan x. dolia vini ad opus comitis Ricardi reponenda in celario suo quo voluerit. Teste ut supra.

De bladis seminandis.—Mandatum est probis hominibus de Melkesham quod non obstante eo quod terminus ad quem rex eis commiserat manerium de Melkesham ad firmam preteriit, terras dominicas ejusdem manerii bene excoli et seminari faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere comiti Winton' x. quercus in foresta de Wauberg, de dono regis. Teste ut supra.

De operacionibus de Westm'.—Rex mittit Edwardo de Westm' breve de Liberate per quod dat in mandatis thesaurario et camerariis quod faciant ei habere lx. marcas ad portam de Westm' perficiendam, et mandatum est eidem Edwardo quod totos operarios ad eam perficiendam apponat quod rex eam inveniat factam vel prope factam : fieri etiam faciat unum capam ad chorum de bono samitto rubeo vel indo, et eam cum aurifragio quod inventum fuit super corpus Edithe regine, quondam uxoris Beati Edwardi, frettari faciat cum noleis argenteis deauratis,ita quod rex eam promptam inveniat et eam offerre possit ad feretrum Beati Edwardi. Teste rege apud Gannok' in castris. ix. die Octobris.

De damis datis.—Mandatum est B. de Sabaudia quod faciat habere Waltero de Escoteny vj. damas et ij. brokett' vivos in parco de Burghasse ad parcum suum de Crowehurst' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Arnaldo de Bosco vj. quercus in bosco de Hopwas, de dono regis. Teste rege apud Gannock in castris, xj. die Octobris.

De perdonacione.—Rex perdonavit Huberto Hoes' j. marcam, videlicet dimidiam marcam ad quam amerciatus fuit coram justiciariis de Banco, et dimidiam marcam ad quam amerciatus fuit coram justiciariis in comitatu Wilt', et mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De maeremio dato.—Mandatum est constabulario de Pecco quod medietatem maeremii quod quondam prior de Lenton, predecessor istius prioris qui nunc est, prostravit in foresta de Pecco, faciat habere Johanni de Lexinton, et aliam medietatem Matheo de Haversegg', de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Johanni de Nevill' filio Galfridi le Chaumberleng' xl. solidos qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de auxilio regis concesso ad sororem suam quondam imperatricem Alemannie maritandam, et mandatum est baronibus de

1245.

Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Gannok' in castris, xiij. die Octobris.

De damis datis.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestrie, quod faciat habere Thome Gresl' v. damos et xv. damas vivos in parco de Makefeld' ad parcum suum de Mamecestr' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter in anno xxx.*

De castro de Dissard muniendo.—Mandatum est Roberto de Mucegros, Simoni de Norwico, Waltero de Ardern', et Roberto de Farendon quod aliquas naves quas invenient apud Cestr' statim carcari faciant de c. quarteriis frumenti, d baconibus, xxx. quarteriis salis et xx. quarteriis fabarum, et ea sub qua fieri poterit festinatione mittant usque portum viciniorem castro de Dissard ad idem castrum muniendum. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Wauton'.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod permittat Willelmum de Wauton capere maeremium in bosco suo de Mulesham quantum ei necesse fuerit ad constructionem cujusdam molendini ad ventum, ita quod maeremium illud capiatur sine vasto et destructione foreste regis de Essex. Teste ut supra.

Pro Johanne de Stutevill'.—Rex dedit Johanni de Stutevill' omnia blada et fena de hoc anno preterito que provenerunt de terris suis que extiterunt in manu regis et in custodia . . . postea rex ei reddidit; et mandatum est B. de Sabaudia quod omnia blada et fena predicta ei habere faciat, de dono regis. Teste rege apud Gannok in castris xv. . . . .

De i. cervo dato.—Mandatum est Ade de Periton' quod cervum quem homines Johannis filii Galfridi ceperunt sine licencia regis in foresta de Braden una cum v. damis q . . . rex ei dedit, faciat habere uxori ejusdem Johannis de dono regis quia transgressionem capcionis cervi predicti rex eidem Johanni perdonavit. Teste ut supra.

Pro comite Winton'.—Rex concessit R. de Quency, comiti Winton', per cartam suam quod claudere possit boscum suum de Sterte, ita quod fere regis ingredi possint et egredi et . . . boscum illum assartare possit et in culturam redigere, et mandatum est Roberto Passelewe et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod ad grangiam, quam fieri fecit in eodem bosco ad blada sua inponenda, manum non apponant, vel ad boscum illum quominus illum claudere et excoli faciat si voluerit; boscum etiam ipsius comitis de Hauso in foresta regis de Selveston quem ceperunt in manum regis pro vasto, ut dicitur, ei replegiari faciant quousque rex cum eis colloquium habuerit. Teste ut supra.

Pro Johanne de Munemuth.—Mandatum est baronibus de scaccario quod cartam quam Johannes de Munemuth fieri fecit Mokke filio Hamonis Judei Hereford, pro clx. libris, quas rex eidem Johanni perdonavit, ei deliberari faciant. Teste ut supra.

1245.

Hybernia.—Mandatum est Hugoni Tyrel, senescallo Ulton', quod castrum regis de Cracfergus et domos ejusdem castri ita sustentari faciat ne corruant, quod rex eum ob hoc regraciari teneatur. Teste rege apud Gannok in castris xxvij. die Octobris.

1244.

[m. 21*d.*] Memorandum quod dominus rex rogavit abbatem et conventum de Evesham' (Winchecumb' *cancelled*) quod inveniant Willelmo de Farnham quondam sumettarium capelle regis tota vita necessaria.

Quia Radulfus de Picheford est in servicio regis in munitione cujusdam castri in marchia Wallie, mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod loquelam que est in curia regis Dublin' inter Baldewinum le Flemeng' petentem et ipsum Radulfum tenentem de v. carucatis terre in Duneth' ponat in respectum usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xxix. Et si idem Radulfus in predicta loquela aliquas fecerit defaltas ipsum propterea non occasionet. Teste (*unfinished*).

[m. 19*d.*] Rex vicecomiti Suff', salutem. Quia compertum est in rotulis de ultimo itinere justiciariorum nostrorum in comitatu tuo quod villata de Oreford respondet pro se coram justiciariis itinerantibus, tibi precipimus quod prisones, quos de prisona de Oreford nuper cepisti et adhuc alibi captos detines, ballivis de Oreford restituas, custodiendos donec Rogerus de Thurkelby, quem rex missurus est ad gayolam de Oreford deliberandam, eis mandaverit quod prisones illos et eorum attachiamenta coram eo venire faciant. Teste per consilium W. de Ebor'.

Et mandatum est eidem Rogero quod in primo transitu suo per partes illas accedat usque Oreford ad gaiolam illam deliberandam.

Rex W. eadem gracia Wigorniensi episcopo, salutem. Cum David filius Lewelini quondam principis Norwall' submiserit se et omnes alios Walenses qui sibi adhererent et eorum terras jurisdiccioni venerabilium patrum Cantuariensis archiepiscopi et quorundam suffraganeorum ipsius vel aliquorum ex ipsis in solidum, quorum nos ipsi examem eligere vellemus quod si a forma pacis inter nos et ipsum inite aliquando resiliret, liceret eisdem archiepiscopo et episcopis, vel quibusdam eorum quos nos eligeremus, per sentencias excommunicacionis et interdicti ipsum David' et alios Walenses sibi adherentes cohercere, donec ad condignam satisfaccionem venirent, et super hoc corporale prestitisset sacramentum, nos quia predictus David cum quibusdam conplicibus suis terram nostram et baronum nostrorum, spreta sacramenti sui relligione hostiliter invasit, cohercionem super hoc invocavimus venerabilium patrum B. Cantuariensis electi et P. Herefordiensis episcopi, qui cum profecti sint ad curiam Romanam, suam nobis jurisdiccionem in hac parte per litteras suas patentes, quas vobis mittimus simul cum transcripto litterarum ipsius David, demandaverunt exequendam, super quo paternitatem vestram rogamus quatinus predictum David et complices suos et favatores debita feriatis auctoritate predictam cohercionem, ut super ea quod contra formam pacis predicte inter nos et nostros acceptavit debitam non effugiat vindiciam. Teste [rege] apud Merleberg' xxix. die Novembris.

1244.

[m. 18*d.*] Willelmus de Falleg', attornatus Aubree de Saukevill', venit coram rege apud Farendon' die Sabati proxima ante festum Beati Nicholai, et petiit terram ipsius Aubre que capta est in manum regis per defaltam versus dominum regem sibi replegiari.

Rex dedit respectum Roberto Tuschet de se milite faciendo usque ad festum Sancte Trinitatis anno regni regis xxix, et mandatum est vicecomiti Noting' quod interim ipsum da arma capienda non distringat. Teste rege apud Wudestok xj. die Decembris.

[m. 16*d.*] Mandatum est vicecomiti Buk' quod, assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus de comitatu suo, in propria persona sua occurrat vicecomiti Hertford' apud Berchamsted ad diem quem idem vicecomes ei scire faciet, ad faciendum perambulacionem per sacramentum xij. militum de comitatu suo et per sacramentum xij. militum de comitatu Hertford, quos vicecomes Hertford ibidem tunc venire faciet, inter terram R. Cornub' in Berchamsted' que est in comitatu Hertford' et terram Galfridi Neirnut in Netteleg' que est in comitatu Buk' : ita quod perambulatio illa fiat. Teste rege apud Westm' xxvj. die Decembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Hertford.

1245.

Rex J. Extraneo, justiciario Cestrie, salutem. Mandamus vobis quod litteras nostras quas vobis mittimus directas D. filio L., quondam principis Norwall', et aliis Walensibus per quas eis damus in mandatis quod conpareant coram nobis in curia nostra apud Westm' in crastino Cinerum responsuri et judicium recepturi de homicidiis, incendiis, depredacionibus, et aliis transgressionibus et dampnis que perpetraverunt in regno nostro contra pacem nostram, ipsis per aliquos nostros religiosos modis omnibus sub omni festinatione mitti procuretis, et ex habundanti etiam ipsos per legales homines locis quibus videritis expedire sumoneri faciatis, quod compareant coram nobis in curia nostra memoratis die et loco super premissis responsuri, et vos ad diem predictum de sumonitione predicta per litteras vestras et per aliquos ex ipsis per quos facta fuerit nos certificare non omittatis, et hoc breve nobis mittatis. Teste rege apud Westmonasterium vj. die Januarii.

Eodem modo scribitur Johanni de Munemuth' de Walensibus de Suthwal'.

Mandatum est cuilibet Walensium subscriptorum quod conpareant (*sic*) coram rege in curia regis Westm' in crastino Cinerum, responsuri et judicium recepturi de homicidiis, depredationibus, et aliis dampnis que perpetrati sunt in regno regis contra pacem regis. Teste ut supra.

Baronibus de Norwall' qui fecerunt regi homagium :—

Lewelino filio Mereduc.
Lewelino fratri ejus.
Oweyno filio Blethin.
Elisse filio Jerneth'.
Griffino filio Oweyn.
Lewelino filio Griffini.
Mereduk filio Maddok.
Jerneyt fratri ejus.

1245.

Maddok filio Maddokes de Brumfeud.
Maddok filio Wennunwen.
Lewelino filio Lewelini de Methin.
Duobus filiis Oweyn Wechan.
Owein filio Howel' de Kyry.
Cadwalader Crek.
Mailgun filio Oweyl.
Mereduk filio Mailgun.

Baronibus de Sutwall'.
Mailgun filio Mailgun.
Moroduk' filio Oweyn.
Mereduk filio Res Screk.
Filiis Res Wachan.
Reso filio Griffini.
Filio Morgan Gan.
Howeil Amereduk.

Rex M. filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Ut de dampnis et malis nobis terre nostre et hominibus nostris illatis per D. filium L. quondam principis Norwall', vos certos reddamus, presentibus vobis duximus intimandum quod prefatus David, postquam pacem suam nobiscum fecerat et fedus inierat cum ultimo essemus in Wallia, tam sacramento quam scripto necnon homagio firmatis, nobis insciis et non premunitis, per diffidenciam vel alio modo seditiose se subtraxit a fidelitate nostra, et secum associatis fauctoribus et complicibus nequicie sue, terram nostram et hominum nostrorum in Wallia et in marchia depredando, incendio tradendo, et quod nequius est, quos de nostris intercipere potuerit occidendo invasit : predictis maliciis non contentus, nunc barones nostros Wallie et ligios homines nostros omnes quos potuit ad nequiciam suam allicere, a fide et servicio necnon et homagio nostro fecit impudenter recedere, et secum non minus seditiose gwerrare ; et hec vobis duximus significanda ut vos et ceteri magnates et fideles nostri Hybernie, quibus eadem intimetis, de tantis oprobriis et seditionibus contra nos attemptatis, sicut nos ipsi non inmerito monemur, simul nobiscum moneamini, et premissa que tam seditiose contra nos in dedecus nostrum sunt perpetrata vos animent et alios fideles nostros ad tantam proditionem viriliter ulciscendam : et quia ad ultionem predictorum in estate futura sine ulteriori dilatione nos intendimus patenter accingere et preparare, dilectioni vestre mandamus firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini quatinus contra terminum supradictum provideatis vobis de vinis, blado, baconibus retinendis ad opus nostrum ad excercitus nostri sustentationem mittendis ad nos ad mandatum nostrum, scituri quod aliquem de quo plene confidamus a latere nostro ad vos ante destinare non omittemus, qui una vobiscum disponet qualiter utilius ad opus nostrum et ad inimicos nostros forcius gravandos procedi debeat in negotio memorato : interim autem nos certificare non omittatis de quibus et quantis victualibus creditis quod confidere valeamus ad nos in Walliam destinandos, et similiter quantam bonam gentem creditis quod extrahere valeatis a terra nostra Hybernie ad veniendum in expeditionem nostram, quam quidem conquestus nostri bene volumus

1245.

esse participem : ad hec vobis mandamus quod super premisso negocio cum magnatibus terre nostre Hybernie sigillatim et insimul tractatum habeatis, inquirentes intencionem singulorum de subsidio nobis faciendo, et de quibus confidere possimus, quod nobis in hac parte velint subvenire, et de quanto et cujusmodi subsidio quos omnes in conquestu predicto partes suas volumus large reportare. Et super hoc similiter de singulis et universis nos certificare curetis, talem diligentiam ad hoc negocium prosequendum et promovendum apposituri quod appareat in opere quam sicut vobis cordi dignitati nostre dedecus irrogant : et quod ex eo titulum perpetuum vobis adquiratis preter dignam remunerationem et graciam et grates speciales quas a nobis inde reportabitis. Teste rege apud Westmonasterium x. die Januarii.

[m. 15*d.*] Mandatum est vicecomiti Hertford' quod assisam mortis antecessoris que summonita est usque Hertford' in octabis Purificacionis Beate Marie et assisam nove disseisine que arramiata est dictis die et loco venire faciat coram Gilberto de Preston, quem, una cum hiis quos sibi duxerit associandis, dominus rex justiciarium constituit ad assisas illas dictis die et loco capiendas.

[m. 14*d.*] Mandatum est vicecomiti Warr' quod, assumptis secum xij. legalibus et discretis militibus de comitatu suo, in propria persona accedat ad terram abbatis Evesham in Sanburn' et terram prioris de Stodleg' in Stodleg' et per eorum sacramentum fieri faciat perambulationem inter terram etc. ita quod perambulacio illa fiat etc. quia predicti abbas et prior etc. et scire faciat etc. Teste rege apud Westmonasterium xxiiij. die Februarii.

Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod distringat juratos de comitatu suo ad inquisitionem faciendam de foresta regis in eodem comitatu et quod inquisitio illa plene perficiatur infra diem Jovis proximam ante Mediam Quadragesimam, et quod ad diem predictum sint apud Norht' cum veredicto suo coram Roberto Passelewe, Galfrido de Langel' et Laurencio de Sancto Albano, quos rex tunc illuc est missurus. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Martii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk'. Et vicecomiti Huntend' mandatum est quod distringat juratores de comitatu suo etc. ut supra quod sint apud Norhampt' die Lune in crastino Medie Quadragesime etc. ut supra.

Rex vicecomiti Cumberl', salutem. Monstravit nobis Robertus de Bampton filius Walteri de Bampton quod cum Alanus de Orreton' peteret per breve nostrum versus ipsum Walterum et Ricardum de Kastelkairok quandam partem musse, idemque Walterus inpotens et valitudinarius se deferri fecisset in caretta usque ad comitatum tuum et predictum filium suum attornatum suum fecisset in loquela predicta ; idem Robertus attornatus ejusdem Walteri in cancellaria defendit loquelam illam quod se inde posuit in magnam assisam nostram, et ob hoc venit ad curiam nostram et petiit sibi fieri breve nostrum de pace. Quia vero non est consuetudo regni nostri quod aliquis inpetrare possit hujusmodi breve nostrum nisi tenens, nec etiam ipse nisi presens fuerit in curia nostra et affidaverit manu propria quod tenens est, et quod se posuit in magnam assisam nostram et durum esset nimis eidem Waltero

1245.

quod, propter inpotenciam et valitudinem suam que suum prohibet accessum ad curiam ut dicitur, seisinam suam amitteret, tibi precipimus quod si ita est, tunc loquelam illam ponas coram justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, in eodem statu quo nunc est, et habeas ibi hoc breve. Teste rege apud Sanctum Albanum, x. die Marcii.

[m. 13*d*.] Rex vicecomiti Norhampt', salutem. Precipimus quod scire facias omnibus de balliva tua qui vel alios implacitant vel ab aliis implacitantur coram justiciariis nostris de Banco, quod loquelas suas prosequantur et defendant coram eisdem justiciariis ad dies sibi statutos ibidem, eo non obstante quod justiciarii itineraturi sunt post instans Pascha in comitatibus Norf', Suff' et Linc'. Teste (*unfinished*).

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie, exceptis vicecomitibus Norf' et Suff' et Linc.'

Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod clamari faciat et sciri per totam ballivam suam quod omnes illi qui de rege tenent in capite feodum militis integre vel xx. libratas terre et milites non sunt, sicut tenementa sua diligunt, sint ad regem ad festum Pentecoste proximo sequens ubicunque rex fuerit, parati ad recipiendum de rege arma. Teste rege apud Wimundeham xxj. die Marcii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Rex Bertramo de Cryoyl', salutem. Mandamus vobis in fide qua nobis tenemini firmiter injungentes quod nec archiepiscopum nec episcopum abbatem vel priorem fratrem predicatorem vel minorem vel aliquem virum religiosum, cujuscumque fuerit ordinis, vel alium cujuscumque nuncium clericum vel laicum Anglicum vel alienigenam de hiis quos applicare continget in portu Dovor' vel aliquo Quinque Portuum, ulterius procedere permittatis, antequam diligens factum fuerit scrutinium de hiis que super se portaverint, sive litteras deferant sive alia, et inde certificati fuerimus per missionem earundem litterarum ad nos ubicumque fuerimus in Anglia, et interim corpora eorundem arestari faciatis : ita quod ulterius non procedant donec inde voluntatem nostram vobis scire fecerimus : istud autem firmiter observari faciatis, nisi solum de hiis quos bene sciveritis esse de fide et amicicia nostra vel specialium nostrorum. Teste rege apud Chipenham xxxj. die Marcii.

Et mandatum est ballivis portus de Heth' quod nec archiepiscopum, nec episcopum, abbatem, vel priorem, fratrem predicatorem vel minorem vel aliquem virum religiosum, cujuscumque fuerit ordinis, vel alium cujuscumque nuncium clericum vel laicum Anglicum vel alienigenam de hiis quos applicare continget in portu suo, ulterius procedere permittant antequam diligens etc. ut supra, usque ad illam clausulam nisi solum etc.

Eodem modo scribitur omnibus ballivis v. Portuum.

Abbas de Abbendon, Willelmus de Bello Campo, Robertus Passelewe, Galfridus de Langel, et Laurencius de Sancto Albano sunt justiciarii

1245. itinerantes ad placita foreste in comitatu Norhamp' ; Et mandatum est vicecomiti Norhamp' quod placita illa coram eis summoneri faciat apud Norht' in crastino Clausi Pasch'.

Willelmus le Harpur tenet attornatum loco suo Galfridum le Harpur contra Thomam le Mareschal de iiij. acris et iij. rodis terre cum pertinenciis in Nostreffeld.

Rex vicecomiti Cantebr' et Hunt', salutem. Monstravit nobis prior de Sancto Neoth' quod tu occasione precepti nostri quod nuper tibi fecimus de terris abbatum et priorum et aliorum virorum relligiosorum de partibus transmarinis cedentium vel decedentium in manum nostram capiendis, ipsum priorem de prioratu suo disseisivisti et in manum nostram cepisti, similiter et terras quorundam aliorum virorum relligiosorum de partibus transmarinis ea occasione in manum nostram cepisti quod quidem ex dicto mandato nostro elicere non potuisti, et quia fines ejusdem mandati nostri excessisti, tibi precipimus quod eidem priori de predicto prioratu suo cum omnibus pertinenciis suis, et omnibus aliis de partibus transmarinis quos de terris suis contra formam predicti mandati nostri in aliquo disseisivisti talem seisinam habere facias qualem . . . habuerunt ante suscepcionem ejusdem mandati nostri, et si quid de bonis eorum ea occasione cepisti pro pacem quam tecum fecerunt vel alio modo, id eis sine dilatione reddi facias, et tu nichilominus sicut corpus tuum diligis, sis coram nobis in crastino Clausi Pasch' ubicunque tunc fuerimus in Anglia ad ostendendum quo warranto ipsum prioratum cepisti in manum nostram et terras quorundam aliorum, et ad audiendum inde judicium tuum. Et habeas ibi hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Aprilis anno regni nostri xxix.

Prior de Monte Acuto attornat coram rege Robertum de Ufton versus dominum regem de serjantia a die Pasch' in iij. septimanas.

[m. 12*d.*] Rex Willelmo de Ebor', salutem. Quia Willelmus Marmiun institit coram nobis quod assisa nove disseisine quam ipse arramiavit versus Willelmum de Cantil' et alios de tenementis in Thornton caperetur coram justiciariis itineraturis in comitatu Linc', eo quod assisa illa per longum tempus remansit capienda, dedimus in mandatis vicecomiti nostro Linc' quod assisam illam coram eisdem justiciariis venire faciat, verum quia postea intelleximus quod assisa illa propter difficultatem quorundam articulorum et eciam eo quod recordum illius loquele et breve originale penes vos habetis in absencia nostra capi non poterit, vobis mandamus quod [in transitu vestro per comitatum Linc', ubi assisa illa commodius coram vobis venire poterit, eam capiatis vel provideatis locum et tempus quibus melius capi possit, ita quod ju ticiarius ulterius non capiatur [Teste rege apud Windes' xvij. die Aprilis, *cancelled*] si transitum per comitatum Linc' feceritis ubi assisa illa commodius coram vobis venire poterit, et ad hoc intendere possitis si capienda sit, eam capiatis vel locum provideatis et tempus quibus melius capi possit, et si assisa illa capienda non sit, loquelam illam in presencia vestra cum justiciariis faciatis terminari. Teste (*unfinished*).

1245.

Mandatum est vicecomiti Essex quod, assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus de comitatu suo, in propria persona sua accedat ad terram F. London' episcopi in Wicham, et terram decani et capituli Sancti Pauli Lond' in Hobrugg' et per eorum sacramentum fieri faciat perambulacionem etc. Teste rege apud Windes' xxj. die Aprilis.

Mandatum est B. de Sabaudia, custodi episcopatus Cycestr', quod de die et de nocte ita custodi faciat januas civitatis Cycestr' quod nec Magister Ricardus de Wicio, qui se gerit episcopum Cycestr', aut aliquis suorum, civitatem illam ingrediatur. Teste rege apud Wind' xxj. die Aprilis.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Sussex'.

Mandatum est vicecomiti Buk' quod ad diem et locum quos ei scire faciet Robertus Passelewe, venire faciat coram ipso et sociis suis justiciariis assignatis ad placita foreste omnia placita ejusdem foreste in balliva sua Teste.

Eodem modo scribitur vicecomiti Hunted'.

In comitatibus Sumerset' et Dors', servicia feodi j. militis quod Thomas de Hunton' tenuit de B. quondam comite Devon', et feodi j. militis quod Olimp' de Wiliton' tenuit de eodem comite, et feodi j. militis quod Johannes Mautravers tenuit de eo, et feodi trium militum quod Henricus Foliot tenuit de eo, et feodi j. militis quod Beatrix Murdac tenuit de eo, et servicia feodi j. militis quod homines de maneriis de Sipton et Kingeston facere consueverunt eidem comiti, assignata sunt Amicie comitisse Devon in parte dotis sue, et mandatum est vicecomiti eorundem comitatuum quod eis distringat quod de servicio suo decetero eidem comitisse intendentes sint et respondentes. Teste (*unfinished*).

In comitatu Devon', servicia feodorum iiij. militum que Willelmus de Morl' tenuit de eodem, et feodi iij. militum et dimidii que Nicholaus Bastard tenuit de eo, et feodi quatuordecim militum que Radulfus de Alba Mara tenuit de eo, et feodi duorum militum et dimidii que Hugo Coffin tenuit de eo, et feodi j. militis quod Joel de Valle Torta tenuit de eo, et feodi ij. militum que Philippus de Bello Monte tenuit de eo, et feodi ij. militum que Robertus de Heliu tenuit de eo, et feodi j. militis quod Johannes Dispenser tenuit de eo, assignata sunt etc. ut supra.

In comitatu Sutht', servicia feodorum vj. militum et iij. parcium feodi j. militis que Thomas de la Hulle tenuit de eodem, et feodi unius militis quod Henricus Trenchard tenuit de eo, et feodi unius militis quod Adam de Cumpton tenuit de eodem, et feodi j. militis quod Robertus de Serewell tenuit de eo, et feodi i. militis quod Thomas de Eversl' tenuit de eo, et feodi j. militis quod Walterus de Henno tenuit de eodem, assignata sunt etc. ut supra.

In comitatu Oxon', feoda ij. militum que Sampson Foliot et Olimp' de Wilton' tenent.

1245.

In comitatu Wilt', feodum j. militis quod Beatrix Murdac tenet.

In comitatu Glouc', feodum j. militis quod Johannes Mautravers tenet.

[m. 11*d*.] Mandatum est vicecomiti Dors' quod loquelam que est in comitatu suo per breve regis inter Robertum de Curtenay querentem et Ricardum de Clar' deforciantem de custodia terre et heredum Rogeri de Vilers in respectum ponat donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste (*unfinished*).

Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod omnes loquelas de Judaismo tangentes Ricardum de Clar' ponant in respectum usque ad quindenam Sancti Michaelis anno etc. xxix. quia idem Ricardus moraturus est in Marchiis Wallie propter negocia regis et sua.

[m. 10*d*.] Rex justiciario Hibernie, salutem. Auditis et plenius intellectis litteris vestris quas super processum assise nove disseisine quam venerabilis pater Cristinus, Imlicensis episcopus, arramiavit versus Alanum episcopum Clonensem de tenemento suo in Kelcomyr nobis transmisistis, ut inde voluntatem nostram vobis responderemus, non potuimus non mirari quod metu alicujus excommunicacionis vel alia racione super tam manifestam disseisinam quam dictum Clonensem episcopum fecisse ex confessione sua liquet, aperte judicium proferre distulistis, et dicto Clonensi episcopo amerciato et ad dampna dicto Imlicensi illata restituenda condempnato, secundam legem et consuetudinem terre nostre Hibernie, seisinam eidem Imlicensi episcopo de dicto tenemento rehabere non fecistis ; volentes igitur quod super disseisinam predictam suppleatur quod minus actum est huc usque, vobis mandamus quod, non obstantibus minis dicti Clonensis vel cujusquam alterius de sententia excommunicacionis in vos vel in dictum Imlicensem episcopum lata vel in alium de ballivis nostris ferenda, ad judicium inde proferendum sine dilacione procedatis, et disseisitorem predictum amercientes secundum modum et qualitatem transgressionis, disseisito seysinam restitui faciatis cum dampnis suis ei inde adjudicatis : judices vero qui, spreta prohibicione nostra, in foro ecclesiastico super dicto tenemento processerunt, et hoc in curia nostra recognoverunt, et dictum episcopum Clonensem contra coronam nostram placitum illud et dignitatem nostram prosequendo, capi et in prisona nostra salvo custodiri faciatis donec super tanto contemptu et tam enormi transgressione plenam et dignam nobis fecerint emendam : in casibus consimilibus cum evenerint, in fide qua nobis tenemini, eodem modo vos habentes et processum observantes, ita quod de jure nostro nihil per defectum vestrum nobis depereat. Teste me ipso apud Windes' anno regni nostri xxix.

Mandatum est justiciariis de Banco quod nullum cyrograffum vel aliquam securitatem fieri permittant coram eis de aliquo tenemento quod de rege teneatur in capite preter conscienciam regis. Teste (*unfinished*).

Eodem modo scribitur justiciariis itinerantibus in comitatibus Norf' et Suff', et justiciariis itinerantibus in comitatu Lincoln'.

1245.

Mandatum est justiciario Hybernie quod non distringat vel distringi faciat Tancard Burdun, Ricardum de Dencurt, Ricardum filium Ade, et Robertum le Veell ad arma capienda donec Ricardus de Burgo arma capiat, quia rex eis concessit quod milites non sint donec ipse miles fiat. Teste (*unfinished*).

Rex vicecomiti Norhampton', salutem. Precipimus tibi quod omnes illos qui tenent de nobis tenementum in balliva tua per quod milites esse debent et milites non sunt, distringas quod sint apud Westm' in instanti festo Pentecoste, parati ad recipiendum tunc a nobis arma : omnes et alios habentes xx. libratas terre vel tenentes feodum militis per quod milites esse debent, et non sunt tenentes de aliis quam de nobis, similiter distringas quod tunc sint ibi parati ad recipiendum arma de quibuscumque voluerint. Teste rege apud Rading' vj. die Maii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie, exceptis vicecomitibus Cornub', Norhumbr', Cumb', Westmer' et Lincolnie et Lancastr'.

Quia rex non vult quod sine eo et consilio suo procedatur ad judicium faciendum inter regem et Ranulfum filium Roberti et Henricum filium Ranulfi de foresta de Richemund', mandatum est R. de Notingeham et sociis suis justiciariis de Banco quod loquelam illam ponant in respectum in eodem statu quo nunc est usque ad octabas Sancte Trinitatis, eundem diem ipsis Ranulfo et Henrico prefigendo. Teste (*unfinished*).

Rex vicecomiti Leyc'. Quia audivimus quod Robertus filius Hugonis de Clopton minatur Benedicto, persone de Karleton, de corpore suo et de combustione domorum et rerum suarum, tibi precipimus quod ipsum Robertum ponas per vadium et salvos plegios quod nichil mali accedet eidem Benedicto per ipsum Robertum de corpore suo nec de domibus vel rebus suis. Teste (*unfinished*).

Rex vicecomiti Norhampt', salutem. Precipimus tibi quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu tuo, per quos rei veritas melius sciri poterit, cum quanta poteris diligencia inquiras que beneficia ecclesiarum parochialium prebendarum et pensionum de camera et de omnibus aliis beneficiis Itallici videlicet Romani, Tuscani, et Lumbardi, et alii ultramarini habent in comitatu predicto, et quantum valeant per annum, et inquisicionem inde factam sub sigillo tuo et sigillo eorum per quos facta fuerint, nobis distincte caute et aperte sine dilatione mittas et hoc breve : ita quod eam habeamus ad tardius in festo Sancte Trinitatis, sicut corpus tuum diligis. Teste rege apud Wudestok' xxiij. die Maii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Mandatum est vicecomiti Berk' quod permittat Petrum de Staunford habere respectum de armis capiendis usque ad Natale Domini anno etc. xxix. Teste ut supra.

Consimilem respectum habet Willelmus de Maunteby usque ad festum Sancti Michaelis per litteras directas vicecomiti Norf'.

1245.

Consimilem respectum habet Walterus de Eyvill' a festo Pentecoste anno etc. xxix. usque in ij. annos per litteras directas vicecomti Warr' et Leyc.'

Noting'.—Johannes de Vilers usque ad Natale anno etc. xxx.

Norht', Buk'.—S. de Turvill' usque ad Natale anno etc. xxx. ad instanciam S. de Monte Forti.

[m. 9*d*.] Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Ad vestram volumus noticiam pervenire quod magnates nostri Anglie ob gravamina non modica et inmoderatas oppressiones, quibus summus pontifex viros religiosos et alios clericos terre nostre inquietat, obmurmurant et mente turbantur, ita quod ea de causa missuri sunt in proximo solempnes nuncios ad ipsum summum pontificem petituros cum instancia quod a predictis opressionibus desistat, et quia, sicut audivimus, Martinus, clericus et nuncius domini pape, qui in Anglia moratur, quendam clericum, nomine Johannem Ruffum, jam misit in Hyberniam ut similes in terra nostra Hybernie faciat oppressiones, vobis mandamus quatinus ipsum Johannem vel alium litteras apostolicas deferentem vel ipsius Martini, non permittatis a viris religiosis pecuniam aliquam extorquere vel promissiones aliquas facere Romanis vel Italicis de beneficiis ecclesiasticis virorum religiosorum vel aliarum personarum ecclesiasticarum, vel aliquid ei gerere quod terre nostre Hybernie nocere possit, donec aliud a nobis habueritis mandatum. Teste rege apud Messend' j. die Junii.

Mandatum est ballivis de Bristoll' quod, presentibus constabulario castri Bristoll', preceptore domus Templi de Bristoll' et quatuor legalibus hominibus ville de Bristoll', sufficientem accipiant securitatem ab hominibus Patricii de Chaurces ducentibus warnesturam suam quam nuper arrestarunt quod predicta warnestura non ducetur in Walliam ad sustentationem inimicorum regis, vel aliqua pars ejusdem warnesture, nec alias divertetur quam ad castrum ipsius Patricii de Kadewelly, et ipsos cum warnestura predicta libere abire permittant. Teste rege apud Messenden' prima die Junii.

Quia frater Ricardus, canonicus de Cunigesheved', tactis sacrosanctis, coram rege juravit quod navis illa carcata blado et arestata in portu Bristoll' alibi non divertet quam usque prioratum de Cunigesheved ad sustentacionem ejusdem prioratus, mandatum est maiori et ballivis Bristoll' quod acceptis a predicto canonico duobus bonis et legalibus hominibus in plegio quos Ricardus invenire tenetur de Anglia vel Hybernia, accepto etiam juramento a marinellis ducentibus eandem navem quod alibi non divertent quam usque prioratum predictum et quod inimici regis nullum inde comodum reportabunt, tunc ipsos sine inpedimento a portu predicto recedere permittant. Teste (*unfinished*).

Mandatum est vicecomiti Surr' quod districcionem quam facit Waltero de Merton' de se milite faciendo penitus remittat, non obstante aliquo mandato ei prius facto de quibusdam xx. libratas terre vel feodum militis integrum habentibus ad arma capienda distringendis.

1245.

Domino pape rex, salutem et debitam tanto patri reverenciam et honorem. Cum solempnes nuncii nostri quos ad concilium per vos in proximo celebrandum sicut nobis mandastis duximus destinandos, in procinctu sint itineris veniendi ad curiam, et quamcito poterunt illuc venire festinent, sanctam paternitatem vestram rogamus cum affectu quatinus si ante adventum eorundem nunciorum nostrorum in dicto concilio contingat aliquid tractari seu mencionem fieri de negociis nostrum et regni nostri statum contingentibus, ea si placet teneri faciatis in suspenso quousque comode se possint vestro conspectui presentare. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Junii.

Domino Imperatori rex, salutem. Ille novit qui nichil ignorat, et inperialem excellenciam non credimus ignorare, quod honorem vestrum totis visceribus affectamus, ad quod fraterne dilectionis affectio nos excitat jugiter et inducit. Sane laborem animi vestri quo diucius laboravit Altissimus sui gratia consummabit. Sicut enim, ex voluntate vestra, novimus processisse, ad concilium Lugdunense convocatum nuncios mittemus sollempnes de nobilioribus et discrecioribus regni nostri, qui ad honorem vestrum super pacis reformacionem per Dei graciam laudabiliter laborabunt et effectum consequentur optatum. Vestram igitur excellentiam exoramus quatinus prefatos nuncios nostros ad vestram presenciam accedentes commendatos habere velitis, et eis benignam audienciam exhibere; qui, utinam nostro desiderio conveniens, honoris imperialis augmentum procurent. Teste.[1]

Nicholaus de Lenham habet respectum de se milite faciendo usque ad Pentecost' anno etc. xxx. per litteras directas vicecomitibus Norf' et Kanc'.

[m. 8*d*.] Communia placita comitatuum Noting' et Dereb' summonita sunt apud Noting' coram Rogero de Thurkelby, Normanno de Arecy, Henrico de Bratton, et Gilberto de Preston, in crastino apostolorum Petri et Pauli. Forma brevis queratur in rotulo clausarum anni etc. xxviij.

Rex vicecomiti Norhampt', salutem. Quia ex multorum querela audivimus quod tu et alii vicecomites nostri aliter distringitis illos quos distringi precepimus ad arma capienda quam illud fieri precepimus, tibi precipimus quod sicut te ipsum diligis nullum decetero de balliva tua distringas ad se militem faciendum nisi habeat xx. libratas terre quas teneat [in dominico, *cancelled*] per servicium militare, vel feodum militis integrum in dominico suo quod valeat ad minus per annum xx. libr', provisurus quod, sicut te ipsum volueris indempnem servare quod occasione hujus gratie nostre nichil capias gratis vel per extorsionem ab aliquo, set omnes quos prius distrinxisti et minus habeant quam predictum est de milicia sua pacem habere permittas. Teste.

In eadem forma vicecomitibus Oxon', Bercshir', Rotelond', Suhampton', Gloucestr', Devon', Ebor'.

---

[1] Unfinished.

1245.

Mandatum est Edwardo filio Odonis quod iiij. austurcos regis, qui sunt in custodia sua, liberet Johanni de Frethorn', vel alicui de suis, custodiendos ad opus regis. Teste.[1]

Et mandatum est eidem Johanni quod eos recipiat quos ad opus regis salvo custodiat. Teste.[1]

Rex Warino de Munchines', salutem. Quia, de consilio magnatum nostrorum qui solempnitati Pentecost' nobiscum interfuerunt apud Westm', intendimus adire partes Wallie ad nos ulciscendos de dampnis et injuriis nobis illatis per David filium L. et complices suos, vobis mandamus firmiter injungentes quatinus in fide qua nobis tenemini vos preparetis equis et armis et bona gente, ita quod prompti sitis et parati ad eundum nobiscum versus partes predictas infra quindenam postquam de itinere nostro versus partes predictas aliud vobis mandaverimus, ita quod tam nobis quam vobis ad perpetuum cedat honorem. Teste rege apud Westmonasterium vij. die. Junii.

Et mandatum est omnibus vicecomitibus Anglie quod publice clamari faciant per totam ballivam suam quod omnes illi qui de rege tenent per servicium militare et per serjantiam ad arma prompti sint tam in equis et armis et toto servicio quod regi debent infra quindenam etc.

Eodem modo scribitur abbatibus et senescallis abbatum extra regnum degencium qui de rege tenent per servicium militare de servicio suo habendo infra quindenam etc.

Rex abbati de Sancto Edmundo, salutem. Cum pro oppresionibus innumerabilibus factis in regno nostro per ecclesiam Romanam, ob quam magnates nostri ad sedem apostolicam appellarunt, et quosdam de ipsis pro universitate tocius bar[o]nagii Anglie ad concilium in brevi celebrandum ad appellacionem (*sic*) suas prosequendas duxerint destinandos, nos attente rogaverunt ut nullam imunitatem per nuncios apostolicos usque ad reditum predictorum nunciorum fieri paciamur, nos, licet inviti voluntati apostolice contrarium aliquid facientes, volentes cum nostris condescendere magnatibus quod quidem honori nostro novimus convenire, vobis mandamus firmiter injungentes quod sicut baroniam et tenementa vestra diligitis Magistro Martino clerico camere domini pape vel alicui nuncio apostolico nullum subsidium impendatis, donec prefati nuncii redierint a concilio supradicto, aut certum responsum receperimus ab eisdem, nec interim ad ipsius mandata preter conscienciam vestram aliqua beneficia conferatis vel ab ipso conferri permittatis. Teste.[1]

Mandatum est vicecomiti Essex' quod citra festum Sancti Michaelis anno etc. xxix. non distringat Willelmum de Septem Mol' ad arma capienda. Teste.[1]

[m. 7*d.*] Rex justiciario Hybernie, salutem. Ad duo auctoritate apostolica exercenda, Magistro J. de Frussyn [one] clerico et nuncio domini pape concessimus licenciam in Hyberniam transfretare, videlicet ad absolutionem inpendendam hiis qui manus violentas in clericos injecerunt, et ad pecuniam colligendam in subsidium Terre Sancte:

[1] Unfinished.

1245.

et ideo vobis mandamus quod ipsum ad exercenda premissa benignius admittentes a prelatis et aliis ad eadem permittatis admitti, non sustinentes, quamvis prelati sustinere vellent, quod aliam jurisdictionem exerceat donec aliud a rege habuerit mandatum. Teste.[1]

Mandatum est vicecomiti Wilt' quod, assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus de comitatu suo, in propria persona accedat ad terram abbatis Glaston' in Domerham, que est in comitatu Wilt', et ad terram abbatis de Theokesbyr' in Bewerugg', que est in comitatu Dors', et per sacramentum predictorum xij. militum de comitatu suo et xij. militum de comitatu Dors', quos vicecomes Dors' ibidem venire faciet ad diem quem ei scire faciet, una cum predicto vicecomite Dors' fieri faciat perambulationem etc.

Et mandatum est vicecomiti Dors' quod occurrat ei ad perambulationem illam faciendam.

Quia Hugo de Morel' non est talis etatis quod miles esse debeat nec terram aliquam tenet per servicium militare, ut dicitur, mandatum est vicecomiti Dereby' quod ipsum ad arma capienda non distringat donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste.[1]

Rex vicecomiti Norfolk'. Scias quod dedimus respectum Hugoni de Pinkeni de se milite faciendo usque ad terminum proximo futurum, et ideo tibi precipimus quod predicto (*sic*) Hugonem ad arma capienda interim non distringas. Teste me ipso apud Westmonasterium iij. die Julii anno regni nostri xxix.

Mandatum est vicecomiti Cornubie quod, assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus de comitatu suo, in propria persona accedat ad terram Willelmi filii Ricardi in Lesewen et Breteny, et ad terram Daniel' filii Daniel' in Doveron', et per eorum sacramentum fieri faciat perambulationem, etc.

Quia placita de dote remanere non debent occasione heredum infra etatem existencium cum vocantur ad warantum super terris et tenementis que petuntur in dotem, mandatum est justiciariis Hybernie quod, non obstante eo quod quidam de Hybernia, versus quos Stephanus Lungesp' et Emelina uxor ejus petunt quasdam terras et tenementa in dotem ipsius Emeline, vocant ad warantum Ricardum de Burgo, qui est infra etatem et in custodia regis, in loquelis motis in curia regis Hybernie super dote ipsius Emeline, procedant eisdem Stephano et Emeline inde plenam justiciam exhibendo, ita tamen quod si quid proponi possit pro parte ipsius Ricardi quod secundum justiciam valere debeat, illud pro ipso proponi faciant. Teste.[1]

Rex dedit respectum Henrico de Penebrugg' de se milite faciendo usque ad Natale Domini anno etc. xxix. et mandatum est vicecomiti Glouc' quod respectum illum eum habere permittat. Teste rege apud Wudestok' xj. die Julii.

---

[1] Unfinished.

1245.

Rex Johanni Talebot, salutem. Mandamus vobis quod in fide qua nobis tenemini et sicut nos et honorem nostrum pariter et vestram diligitis, sitis apud Cestr' die Jovis in festo Beate Margarete virginis, ita parati equis et armis ad rescuciendum castrum nostrum de Dissard, quod David filius Lewelini obsedit, una cum ceteris magnatibus nostris quos illuc sumus missuri quod ad perpetuas vobis teneamur gratiarum actiones. Teste.[1]

Quia comes Glouc' et Willelmus de Braus' manuceperunt coram rege pro se et hominibus suis quod de victualibus que extrahi faciunt de villa de Bristoll' et partibus illis nichil perveniet ad inimicos regis ad eorum sustentationem, mandatum est ballivis Bristoll' quod omnia victualia que ipsi et homines sui emenda duxerint sive carianda per partes illas sine difficultate extrahi permittant. Teste.[1]

Mandatum est vicecomiti Salop' quod, assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus de comitatu suo, in propria persona accedat ad terram Johannis filii Alani in Shrewardin, et ad terram Maddog' de Sutton in Eggredesl', et per eorum sacramentum fieri faciat perambulationem etc.

Rex Petro de Burmigeha', Hugoni Purcel', Eustachio de Rupe et Petro de Sancto Ledegar', salutem. Meminimus gravem nobis depositam fuisse querelam ex parte Ysabelle de Bella Fago quod R., Midensis episcopus, ipsam, cum ultra modum infirmaretur ita quod non bene compos fuit mentis sue, cepit in castro suo de Clonard et de nocte abduxit et in custodia sua detinuit, et durante eadem infirmitate sua idem episcopus pro voluntatis sue arbitrio de predicto castro cum pertinenciis disposuit tamquam inde esset feofatus, et ballivos suos poni fecit in castro predicto, ballivis ipsius Ysabelle statim amotis, et qualiter ad querelam illam dedimus in mandatis dilecto et fideli nostro M. filio Geroldi justiciario nostro Hybernie quod, super hoc rei veritate diligenter inquisita, celerem inde justiciam exhibeat: et quia idem episcopus tanta fraude non contentus quin ad eam turpiter conceptam turpius confirmandam procederet ipsam Ysabellam adhuc sic langentem implacitavit per breve nostrum de recto, et quatuor milites ad ipsam mitti procuravit ad attornatos suos recipiendos, quos idem episcopus assignaverat et per ipsos falsos attornatos cyrographum inde in curia nostra optinuit, ut dicitur, et etiam quia inquisicio predicta minus brevi facta fuit, quia per tales qui ob favorem ipius episcopi rei veritatem non expresserunt, ut dicitur, vobis mandamus quod tam per xij. milites de Lagenia quam per xij. milites de Midia qui melius sciant et velint dicere veritatem, rei veritatem de omnibus premissis inquiratis diligenter, et eidem Ysabelle inde exhibeatis justicie plenitudinem, ita quod amplius inde querelam non audiamus, et siquid vobis dubietatis oriatur quare ad judicium procedere caveatis de[2] processu, hujus rei recordum distincte et aperte factum sub sigillis vestris nobis mittatis et hoc breve, partibus vel attornatis suis diem statuentes coram nobis ad audiendum inde judicium suum. Teste etc. apud Wudest' xviij. die Julii anno xxix.

[1] Unfinished.
[2] 'de' is repeated.

1245.

Petrus de Bermingeham, Hugo Purcel, Eustachius de Rupe et Petro (*sic*) de Sancto Leodeg' constituti sunt justiciarii per litteras patentes ad tenenda placita coram eis quod est inter Isabellam de Bella Fago petentem et R. episcopum Midensem deforciantem de castro de Clonard cum pertinenciis, et ad tenendum apellum quod David de Rocheford facit versus Willelmum de Sumery et David de Sumery pro morte Mauricii de Rocheford, fratris sui, et ad puniendum receptatores ipsorum malefactorum et aliorum quos inquirere poterunt interfuisse morti ipsius M. et ad tenendam loquelam, que est in curia regis de Cassell, per breve de recto inter Felic' le Bret' et Johannem le Bret de maneriis de Rathgale et Drongan' cum pertinenciis : et mandatum est justiciario Hybernie quod ad diem et locum quos ipsi ei scire facient venire faciat coram eis loquelas predictas et attachiamenta apelli predicti et ea que iidem justiciarii juste duxerint statuenda teneri faciat. Teste.[1]

[m. 6*d.*] Rex vicecomiti Wigorn', salutem. Precipimus tibi quod, sicut corpus tuum et omnia tua diligis, non permittas quod ab octabis Sancti Petri ad Vincula deinceps, quamdiu fuerimus in Wallia in expedicione nostra, aliquod mercatum teneatur in balliva tua, set omnes mercatores cum omnibus victualibus et aliis mercibus venire facias usque Cestriam, ita quod sint ibi in vigilia Assumpcionis Beate Marie ad sequendum exercitum nostrum, sciturus pro certo quod eos faciemus bene conduci et custodiri, et pac[a]ciones tam a nobis quam aliis de excercitu nostro fideliter et bene fieri faciemus, et venire post nos usque Cestr' meliorem cementarium de tota balliva tua, una cum undecim aliis cementariis electis de eadem balliva, qui melius sciant scindere petram et cubare, ita quod sint ad nos ad ultimum die Jovis proxima post Assumpcionem Beate Marie, et in singulis bonis villis ballive tue publice clamari facias quod omnes alii cementarii, carpentarii boni, et alii cum securibus suis qui boscum sciant scindere et prosternere, fosseatores, hottores, factores rogorum et omnimodi alii operarii qui velint denarios nostros capere, quod sint apud Cestr' in vigilia Assumpcionis Beate Marie, parati ad eundum nobiscum ad stipendia nostra. Clamari etiam facias in singulis bonis villis comitatus tui quod omnes servientes ad arma, tam equites quam pedites, similiter veniant ad nos ad eundem terminum, ad eundum nobiscum ad stipendia nostra, bene parati equis et armaturis. Teste rege apud Wudest' xv. die Julii.

Ebor'.
Linc'.
Noting' et Dereby'.
Norht'.
Salop' et Stafford'.
Warr' et Leyc'.
Lancastr'.

Vicecomites prescripti sumoniti sunt quod sint coram rege in crastino Animarum ostensuri quo waranto carettas magnatum regis et hominum suorum contra voluntatem suam ceperunt, et blada eorum triturari et in eisdem carettis usque Cestr' cariari coegerunt, et a quibusdam ne ad hoc faciendum cogerentur redemptionem ceperunt.

[1] Unfinished.

1245.

Rex vicecomiti Surr' et Sussex, salutem. Meminimus nos tibi precepisse quod per te ipsum vel per aliquem ex tuis vel per ballivos libertatum qui habent returnum brevium nostrorum haberes ad Scaccarium nostrum in crastino Sancte Margarete omnia arreragia que nobis debentur in balliva tua, tam de firmis quam de summonitionibus quam etiam de proficuis ejusdem ballive tue pro urgenti necessitate expeditionis nostre in Walliam. Significarunt quidem nobis tam hii de consilio nostro quos illuc misimus a latere nostro ad videndum qualiter tu et alii vicecomites nostri inde responderent, simul et barones nostri de Scaccario quod cum propria persona tua illuc venire non curasti, nec per interpositam personam quam illuc misisti inde respondisti, nisi de xxiiij. libris xv. solidis et vij. denariis de summonicionibus, et quod adhuc inde nobis aretro sunt de claro debito cc. quater xx., xvij. libre, iiij. solidi, iiij. denarii et obolus unde movemur ultra modum : et ideo tibi precipimus quod, sicut te ipsum et omnia tua diligis, sis ad nos in propria persona tua in octabis Sancti Petri ad Vincula ubicumque tunc fuerimus cum omnibus arreragiis predictis liberandis in garderobam nostram, et judicium tuum auditurus a proprio ore nostro quare preceptum nostrum tibi inde prius factum in contemptum nostrum non es executus. Teste rege apud Glouc' xxv. die Julii.

Rex Willelmo de Boell', senescallo Wascon', salutem. Mandamus vobis quod in omnibus agendis nostris terram nostram Wascon' contingentibus que per vos commode non poterunt expediri requiratis consilium Vasatensis episcopi, abbatis Sancte Crucis Burd', Galfridi Ridel de Blavia, Petri de Burd', Gailard Columb', et Rustani de Solio, quos inde rogavimus, et eorundem consilio simul vel divisim secundum quod negocia nostra postulaverint utamini in hiis que videritis honori et utilitati nostre convenire, et litteras nostras quas vobis mittimus eis porigendas eis habere faciatis. Teste rege apud Wudest' xiij. die Julii.

Et rogat dominus rex eosdem episcopum, abbatem, Galfridum, Petrum, Gailard, et Rust' quod cum ab ipso senescallo fuerint requisiti ad agenda regis feliciter expedienda ei consulentes esse velint et auxiliantes. Teste.[1]

Et rogat dominus rex eundem abbatem quod sacramentum ab eo recipiat quod fideliter regem serviet, et terram illam ad opus regis salvo custodiet, et jura regis pro posse suo manute[ne]bit et defendet, et alienata revocabit.

[m. 5*d*.] Quia Jacobus de Aldithel' fecit regem securum per Patricium de Chaurc' et Henricum de Colevill' quod erit coram rege apud Cestr' in festo Assumpcionis Beate Marie, cum equis et armis ad audiendum judicium suum de transgressione quam nuper fecit torneando contra prohibitionem regis, mandatum est vicecomiti Oxon' quod de tota terra sua que capta erat in manum regis occasione predicta ei plenam seisinam habere faciat. Teste.[1]

---

1 Unfinished.

1245.

Norf', Essex', Berk'.—Robertus de Tateshal' fecit etc. per Willelmum de Bello Campo Wigorn' et Nicholaum Peyver'.

Norf', Suff', Essex et Hertf'.—Simon filius Ricardi et Johannes de Berneres per Robertum de Tateshal juniorem et Petrum Braunch'.

Bed' et Buk'.—Warinus filius Ger' manucepit pro se quod erit etc.

[m. 4*d.*] Mandatum est vicecomiti Wigorn' quod, assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus de comitatu suo, in propria persona sua accedat ad terram Galfridi de Abbetot in Burlingeham et terram Willelmi de Abbetot in Crume, et per eorum sacramentum fieri faciat perambulationem etc.

Quia Johannes de Munemuth significavit regi quod oportet in castro de Buelt multitudinem peditum retinere, mandatum est ballivis Heref' quod omnibus modis regi perquirant lx. libras de prestito et eas habere faciat eidem Johanni ad predictum castrum muniendum, quia rex eas eis reddi faciet vel in firma ville sue allocari, et preterea xennium illud quo regem et reginam respicere proposuerunt rex omnino eis pro gracia illa remittet. Teste.[1]

Rex probis hominibus Dublin', salutem. Sciatis quod moram facimus apud le Gannok in expeditione nostra ubi firmari facimus quoddam castrum, nec obest nobis aliquid quin negocium nostrum ad votum nostrum bene prosperetur, nisi solus victualium defectus quem nos et excercitus noster pro magna parte sustinemus, et ideo vobis mandamus quod sicut honoris nostri diligitis incrementum omnimoda genera victualium que de villa nostra et partibus adjacentibus poterunt extrahi ad nos mittatis cum mercatoribus eorundem victualium, scituri quod bonam pacacionem ei pro victualibus illis fieri faciemus, taliter hoc desiderium nostrum impleturi quod evidenter appareat qualiter ad honoris nostri conservationem sitis animati, pro quo ad perpetuas vobis teneamur graciarum acciones. Teste rege apud Gannok in castris, xxix. die Augusti.

Eodem modo scribitur probis hominibus Waterford, Drogweda, Limorych', Cork', Cracferg'.

Mandatum est justiciario Hybernie quod de mutuo sive super firmam terre Hybernie de termino Sancti Michaelis vel de thesauro regis quem promptum habet, perquirat quingentas marcatas bladi, et bladum illud tam in farina quam duro blado ad exercitum regis successive per unam navem vel duas inde carcatas, non expectando quousque totum bladum vel medietas adimetur, quamcicius poterit mittere non omittat, et venire faciat de singulis civitatibus et bonis villis Hybernie omnes quos poterit mercatores cum vinis et omnimodis victualibus ad excercitum regis et cementarios et alios operarios operacionibus cementarie necessarios venire faciat ad exercitum regis. Teste ut supra.

Et scribitur per litteras patentes omnibus mercatoribus victualium Hybernie quod illuc cum omnimodis victualibus veniant, quia rex

[1] Unfinished.

1245.

manucapit quod bonam habebunt pacationem pro mercibus suis tam a rege quam aliis.

Quia Radulfus de Kammoys qui nuper torneavit apud Canntebr' contra prohibicionem regis supposuit se coram rege ordinacioni comitum Cornub', Leyc', et Norf' de emendis regi pro transgressione illa faciendis, prout ipsi decreverint, mandatum est vicecomiti Cantebr' quod de omnibus terris suis in balliva sua captis in manum regis occasione predicta, ei seisinam qualem prius habuit rehabere faciat. Teste rege apud Cestr' xviij. die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk'.

Petrus de Monte Forti	Rotel', Warr' et Berk'.
Warinus filius Ger'	Berk' et Oxon'.
Willelmus Blundus	Norf.'
Simon Pecche	Norf' et Essex'.
Robertus de Wendeval'	Norf' et Kanc'.
Urianus de Sancto Petro	Berk'.
Rogerus de Paveli	Norf'.
Jacobus de Aldithel'	Oxon'.
Baldewinus de Rossay	Norf'.
Willelmus de Bello Campo de Eton'.	

Quia Stephanus Lungesp' est in expedicione exercitus regis Wallie, et quamdiu ibidem erit ignoratur, mandatum est justiciario Hybernie quod loquelam que est in curia regis inter Matillidem de Lacy petentem et Johannem de Cogeham tenentem de dote ipsius Matillidis, unde predictus Johannes ipsum Stephanum, et Emelinam uxorem ejus traxit ad warantos, ponat in respectum usque ad quindenam Pasche anno etc. xxx. Teste rege apud Gannok in castris xxviij. die Augusti.

[m. 3*d*.] Mandatum est Roberto de Mucegros quod si bretachie regis in navibus carcate sint, illas discarcari faciat, et illas naves omnimodis victualibus carcari faciat cariandis ad regem usque Gannok. Teste rege apud Gannok in castris xxv. die Augusti.

Quia rex credit sufficientem gentem se habere ad inimicos regis gravandos, mandatum est Gwidoni de Brion quod omnem diligenciam quam poterit apponat ad inimicos regis gravandos in partibus suis una cum comite Glouc' et aliis fidelibus regis in partibus illis existentibus. Teste rege apud Gannok' xxvi. die Augusti.

Eodem modo scribitur Nicholao filio Martini, Willelmo de Breus', Patricio de Chaurc' et Nicholao de Mol'.

Comiti Hereford scribitur quod se intromittat ad inimicos regis gravandos in partibus marchie, scilicet a partibus de Breckenn' usque Salop' una cum Willelmo de Cantil', Waltero de Clifford, Radulfo de Mortuo Mari, Willelmo de Stutevill' quibus eodem modo scribitur.

Rex vicecomiti Norht', salutem. Scias quod tantus est defectus victualium in excercitu nostro Wallie quod expedicionem nostram feliciter incohatam oportebit nos et excercitum nostrum probrose relinquere nisi nobis cicius subveniatur in victualibus quod tuo defectui et ceterorum vicecomitum nostrorum hoc non inmerito possumus

1245.

inputare, quia mandata nostra sepius iterata de victualibus ad nos mittendis non es executus, et ideo tibi precipimus quod, sicut non vis in manus nostras incidere, ita quod tu et heredes tui nunquam resurgatis, omnes carettas quas habere poteris in bonis villis ballive tue vel alibi in balliva tua cum summa festinatione usque Cestr' venire facias carcatas victualibus ibidem ad opus exercitus nostri vendendis, vel ad exercitum nostrum sub salvo conductu mittendis et ibidem venditioni exponendis, et, sicut Willelmus de Cheenay plenius tibi dicet ex parte nostra, scire facias omnibus et singulis illuc venturis quod bonam habebunt pacationem et quod nec ipsi nec carette, nec equi eorum contra voluntatem eorum detinebuntur, sed pro voluntate eorum morabuntur et recedent. Tu igitur hoc preceptum nostrum taliter, licet sero, exequi non omittas, quod confusionem tuam perpetuam quam multipliciter meruisti quoquomodo valeas devitare. Teste rege apud Gannok xxviij. die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Warr' et Leyc', Noting' et Dereby', Wigorn, Oxon', et Glouc', et sunt assignati Willelmus de Cheenay in comitatibus Norht' et Oxon', Simon de Norwic' in comitatibus Noting' et Dereby, Warr' et Leyc', et Henricus le Bretun in comitatibus Glouc' et Wigorn', ad victualia ad opus regis querenda.

Mandatum est R. de Mucegros quod venire faciat de Cestr' vj. bonos fabros ferratores ad ferrendos equos et ad sequendum excercitum regis, et mittat usque Gannog' copiam ferri et aceri. Teste rege in castris apud Gannok' xxvj. die Augusti.

Rex W. de Haverhull, thesaurario suo, Magistro A. de Swereford, thesaurario Sancti Pauli Lond', et Edwardo filio Odonis, salutem. Intelleximus, Willelmo Hardel nobis referente, quod vicecomites Lond' et constabularius Turris Lond' ingressi sunt cambium nostrum et Willelmum Sweyn et Adam le Gardiner operarios ejusdem cambii ceperunt et adhuc in prisona detinent contra libertates cambii nostri; vobis mandamus quod cum idem Willelmus nobiscum agat in partibus remotis, nec ob hoc [transgressionem *cancelled*] correctionem hujûs transgressionis intendere possit, vos interim in loco suo in presencia Willelmi de Colecestr' clerici, et monetariorum et aliorum ministrorum cambii nostri, si ita est transgressionem illam nobis emendari faciatis, ita cum quod si predicti Willelmus et Adam forisfecerint quare capi et in prisona detineri debeant, tunc per vos ipsos in prisona detineri faciatis pro libertate cambii nostri conservanda. Teste.[1]

Rex vicecomiti Noting' et Dereby', salutem. Graviter sunt nobis conquesti magnates de balliva tua qui sunt nobiscum in exercitu nostro quod tu occasione precepti nostri tibi facti de blado et victualibus perquirendis ad opus exercitus nostri pro denariis nostris blada hominum suorum de balliva tua sine solutione cepisti, et cum eorum carettis usque Cestr' cariari fecisti, et quia non fuit intentionis nostre quod aliqua victualia capi faceres ad opus exercitus nostri nisi pro denariis nostris, tibi precipimus firmiter injungentes quod predictis

[1] Unfinished.

1245.

hominibus pro victualibus que ab eis capi fecisti sine dilatione satisfacere non omittas, vel in denariis vel bladum pro blado reddendo, ita quod decetero nullam inde audiamus querelam, et sicut alias tibi mandavimus de omnibus amerciamentis de balliva tua, unde deberes respondere ad Scaccarium nostrum, victualia emi facias et cariari usque Cestr', et tam empcionem bladorum quam cariagium eorundem tibi faciemus allocari. Teste.[1]

[m. 2*d.*] Mandatum est Henrico de Hauvill' quod in propria persona accedat usque Lenn' et vj. gyrofalcones et iiij. falcones gentiles, quos regi misit rex Norwag', recipiat et salvo custodiat ad opus regis. Teste.[1]

Eodem modo scribitur Johanni de Frethorn de ij. austurcis, quorum meliorem per eleccionem retineat ad opus regis, et reliquum faciat habere Fulconi filio Warini, de dono regis.

Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis per breve regis inter Enger' de Preaus et Johannam uxorem ejus petentes et Rogerum Alis deforciantem, de custodia et maritagio heredum Willelmi Musard, ponat in respectum usque in crastinum Sancti Martini anno etc. xxx. Teste.[1]

Rex vicecomiti Noting' et Dereb', salutem. Nuper tibi mandavimus quam graviter nobis conquesti sunt de te tam magnates milites quam liberi homines de balliva tua in exercitu nostro nobiscum existentes, quod blada sua cepisti et per carettas suas blada sua ipsis invitis cariari fecisti usque Cestr' sine precepto nostro inde tibi facto aut alio waranto, propter quod tibi precepimus quod de bladis ipsis satisfaceres singulis a quibus aliquid cepisti, vel de precio vel bladum pro blado reddendo, et quod deinceps a nullo bladum allquod nisi ad denarios nostros caperes ad opus nostrum, et quod a tali captione carettarum penitus desisteres : tu autem, sicut ex iterata querela quorundam magnatum predictorum nobis innotuit, postea gravius agens cum ipsis, blada eorum in grangiis suis triturari fecisti et cariari ad opus nostrum usque Cestr', hec et alia gravamina contra voluntatem et inhibitionem nostram eis inferendo, de quo quidem ultra quam credere possis erga te movemur ; et ideo iterato tibi precipimus quod nullo modo omittas quin blada predicta hiis a quibus modo predicto ea cepisti, vel eorum precium, reddas, ita quod inde debeant esse merito contenti et de injuria et de dampnis eis factis per capcionem carettarum suarum, a quibus decetero omnino desistas, nisi ad denarios nostros, ipsis similiter satisfacias, sciturus quod si ulteriorem de te pro facto simili querimoniam audierimus, ita crudeliter te castigabimus quod inperpetuum te sencies gravatum et pœna tua aliis erit in exemplum. Teste rege apud Gannok in castris xxx. die Septembris.

Mandatum est Henrico de Bathon' quod assisam nove disseisine quam Henricus de Hemmehaul arramiavit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Suff' versus Hugonem Pecche de tenementis in Kedinton, et que assisa remansit capere per preceptum nostrum eo

[1] Unfinished.

1245.

quod idem Hugo profectus fuit ad curiam Romanam una cum comite Norf' in nuncium regis. ponat in respectum usque in crastinum Sancti Martini anno etc. xxx. quia idem Hugo moratur cum eodem comite in partibus Nortwall' in servicium regis. Teste rege apud Gannok' in castris v. die Octobr'.

Mandatum est vicecomiti Wigorn'[1] quod ad diem et locum quos ei scire faciet vicecomes Warr' occurrat ei ad faciendam perambulacionem inter terram Willelmi de Oddinges' in manerio de Sulihull' in comitatu Warr' et terram regis in maneriis regis de Norton' et Brumesgrave, ita etc.

Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod loquelam, que est coram eis per preceptum regis inter Ricardum Maunsel et Samuelem filium Leon' et Josceum de Kancia, Judeos, de lx. solidos et uno equo quos idem Ricardus versus eos petit, ponat in respectum usque ad octabas Sancti Hyllarii anno etc. xxx. ita quod loquela illa tunc sit in eodem statu quo nunc est. Teste.[2]

Quia abbas Cyst' remote agit in partibus transmarinis, mandatum est ballivis de Scardeburg' quod loquelam que est coram eis in curia regis inter Rogerum Utreth petentem et eundem abbatem tenentem, de quodam mesuagio cum pertinenciis in Scardeburg', ponant in respectum usque ad quindenam Pasche anno etc. xxx. ut interim coram rege conparere et loco suo attornare possit quem voluerit ad loquelam illam pro eo defendendam. Teste.[2]

[1] 'Wigorn' is repeated.
[2] Unfinished.

30 HENRY III.

1245.

Clause de anno regni domini Henrici regis filii regis Johannis tricesimo.

[m 25.] *De dote assignanda.*—Rex dilecto servienti suo Roberto de Creping', salutem. Mandamus vobis quod, associatis vobis viris probis et discretis, assignetis Elene que fuit uxor Willelmi de Percy racionabilem dotem suam de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Willelmi quondam viri sui, tam de dominicis quam serviciis feodorum militum et advocacionibus ecclesiarum. Teste me ipso apud Cestr' xxix. die Octobris anno regni nostri xxx.

Rex vicecomiti Sussex', salutem. Precipimus tibi quod [associatis tibi viris probis et diseretis *cancelled*] associato tibi Willelmo de Auterive, assignes Elene que fuit uxor Willelmi de Percy racionabilem dotem suam de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Willelmi quondam viri sui, tam de dominicis quam feodis militum et aliis serviciis. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Willelmo quod accedat ad comitatum Sussex' et una cum eodem vicecomite assignet etc. ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit fratribus de Cressewell ordinis Grandis Montis ij. marcas quas regi promiserunt in auxilium ad primogenitam filiam regis maritandam: et mandatum est vicecomiti Hereford' quod ipsos inde pacem pacem (*sic*) habere permittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Rex Gilberto de Segrave, salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis dilecto et fideli nostro Willelmo de Cantilupo quindecim quercus in foresta nostra de Savernak', de dono nostro. Teste me ipso apud Cestr' xxx. die Octobris anno regni nostri xxx.

Rex constabulario de Divisis, salutem. Precipimus tibi quod facias habere dilecto et fideli nostro Willelmo de Cantilupo duas quercus in foresta nostra de Chyppeham, de dono nostro. Teste me ipso apud Cestr' xxx. die Octobris anno regni nostri xxx.

Pro Fratribus Minoribus.—Mandatum est J. Extraneo et ballivis Salop' quod assignent in villa sua Salop' locum Fratribus Minoribus conpetentem et aptiorem quem poterint, ad fabricandam ecclesiam et se hospitandos ad minus tamen nocumentum quod provideri possit ville memorate. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo de Cantil' quod assignet Fratribus Minoribus quos rex mittit usque Brigewalter ibidem hospitandos locum conpetetentem in eadem villa ad fabricandum ecclesiam et edificia sibi necessaria. Teste ut supra.

1245.

Pro abbate de Seleb'.—Rex adhibuit assensum (electioni *cancelled*) confirmationi facte de fratre Hugone de Drayton, monacho de Seleb', in abbatem ejusdem domus; et mandatum est Roberto de Crepping' quod de eadem abbacia et omnibus ad eam spectantibus ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomitibus Norht' Linc' Leyc' quod de omnibus terris et tenementis ad eandem abbaciam spectantibus ei seisinam habere faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod faciat habere Roberto de Mauritannia v. quercus in foresta de Shirewude ad se hospitandum apud Gothal, de dono regis. Teste rege apud Cestr' xxxj. die Octobris.

Pro Johanne de Gretton'.—Mandatum est vicecomiti Derb' quod si utlagariam debeat promulgari in Johannem de Gretton' ad proximum comitatum pro morte Thome Bacun, unde rettatus est, promulgationem illam ponat in respectum usque ad comitatum sequentem. Teste rege ibidem ij. die Novembris.

Hybernia.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod faciat habere Thurstano de Dorepund x. libras singulis annis ad scaccarium Dublin', sicut illas percipere consuevit ad idem scaccarium tempore M. filio Geroldi quondam justiciarii Hybernie, donec rex personaliter venerit in Angliam et aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De mercato tenendo.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod per ballivam suam clamari faciat quod de cetero mercatum ten[e]atur in villa de Pecco singulis septimanis per diem Jovis. Teste ut supra.

Pro Fortunato.—Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestr', quod Fortunatum fratrem Reimundi retineat in municionem castri Cestr'. Teste ut supra.

Pro comite Marescallo.—Rex [thesaurario et *cancelled*] baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod respectum dedimus dilecto et fideli nostro W. Marescallo, comiti Penbr', de omnibus debitis que nobis debet et que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii nostri usque in octabas Sancti Hyllarii anno regni nostri tricesimo: et ideo vobis mandamus quod eundem respectum ei inde habere faciatis. Teste rege apud Cumbremar' iiij. die Novembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere latori litterarum domini regis ad opus Magistri Laurencii de Sancto Martino vj. quercus in bosco regis de Kingeswude (la semee *cancelled*) ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra rege apud Lilleshull v. die Novembris.

Mandatum est ballivis de Stratton quod faciant habere Alicie filie Walteri iij. quercus in bosco de Stratton ad domum reclusorii sui faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

1245.

De vinis datis.—Mandatum est maiori et ballivis Dublun' quod faciant habere Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, xxiij. dolia vini que remanserunt in custodia sua de vinis regis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore de Otrinton'.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod omnes terras prioris de Otrinton', quas cepit in manum regis occasione mortis abbatis de Monte Sancti Michaelis, qui nondum mortuus est, prefato priori reddi, et siquid occasione predicta de eadem terra cepit, id ei reddi faciat, et si decetero audierit quod aliquis abbas vel prior de partibus transmarinis de balliva sua cesserit vel decesserit, terras ipsorum capiat in manum regis, et custodiat donec aliud habuerit in precepto. Teste rege apud Wigorn' x. die Novembris.

Pro Johanne de Estleg'.—Rex cepit homagium Johannis filii et heredis Johannis de Estleg' de omnibus terris et tenementis que idem Johannis tenuit de rege ad feodi firmam : et mandatum est vicecomiti Salop' quod de omnibus terris quas idem Johannes tenuit ad feodi firmam de rege in balliva sua, eidem heredi plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Hereford' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Roberto Tregoz j. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Evesham xiij. die Novembris.

De obolis de Musc'.—Mandatum est Edwardo de Westm' quod provideat quod rex habeat xij. obolos de Musc' apud Wudest' die Dominica proxima post octabas Sancti Martini. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est (G. de Segrave justiciario de foresta *cancelled*) Galfrido filio Warini quod faciat habere Osberto de Maidenestan' capellano vj. quercus in haya de Benitleg' ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste rege apud Wudestok' xij. die Novembris.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Brehull' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere[1] . . . j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De prisonibus Wallensibus custodiendis.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod Tuder' filium Edenevet et Johannem Vyel, prisones Walenses quos Willelmus de Sancto Leodegario et Ricardus le Bretun ei liberabunt, ab eis recipiat, et ipsos in medio stadio ejusdem Turris de suo sustentari et sustodiri (*sic*) faciat. Teste rege ibidem xvij. die Novembris.

De passu [s]cindendo.—Mandatum est (constabulario *cancelled*) vicecomiti Glouc' quod de qualibet hida terre de comitatu suo habere faciat Johanni de Munemuth unum hominem cum bona securi ad

[1] Blank in MS.

1245.

morandum cum ipso apud Buelt' per iiij. dies ad custum proprium, et ad passum ibidem scindendum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Hereford' et Wigorn'.

Pro heremitis.—Mandatum est Roberto Lupo, senescallo foreste de Salceto, quod iij. heremitis quibus rex concessit quendam situm loci in predicta foresta habere faciat x. carratas clausture in predicta foresta, ad includendum predictum situm loci ubi fieri poterit ad minus nocumentum predicte foreste. Teste ut supra.

Pro Annora de Verdun.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod faciat habere Annore de Verdun racionabilem dotem suam de exitibus hundredi de Blokesham, sicut illam tempore Radulfi de Sancto Amando per manum ipsius Radulfi habere consuevit. Teste rege apud Wudest' xviij. die Novembris.

Pro Johanne de Dunheved' et Christiana uxore ejus.—Mandatum est eidem quod decetero faciat habere Johanni Dunheved' et Christiane uxori ejus annuam firmam eis debitam pro terris quas Radulfus de Sancto Amando tenuit de eis ad firmam de dote ipsius Christiane in Blokesham, et Cernay in comitatu Glouc', quamdiu predicte terre fuerint in manu regis, et sicut illam tempore predicti Radulfi annuatim percipere consueverunt. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Oxon' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat [habere] Roberto Passelewe j. dolium boni vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro operationibus Westm'.—Mandatum est Thome de Newerk' et archidiacono Westm' quod omnes denarios quos jam perceperunt de denariis quos rex poni precepit in deposito sub sigillis suis in ecclesia Westm' simul et omnes denarios quos inde percepturi erunt, sicut illos recipient, liberent custodibus operacionum regis ejusdem ecclesie per visum Edwardi de Westm' ad operaciones illas faciendas. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Ricardo de Dovor' xx. marcas ad quas amerciatus fuit coram justiciariis itinerantibus ad placita foreste in comitatu Norht' : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quiétum esse faciant. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Oxon' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Godefrido de Crawecumb' j. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Wudest' xxiiij. die Novembris.

De quodam lapide precioso emendo.—Mandatum est Edwardo de Westm' quod illam pulcram smaragdinem de qua cum rege loquebatur quod illam viderat Lond', quicquid custare debeat ad opus regis retineat ; et si non sit posita in auro, tunc anulum aureum fieri et illum in eo poni faciat : ita quod anulum illum rex promptum habeat in primo adventu suo London', et cum de precio regi constiterit, illud rex de exitibus cambii reddi faciet. Teste ut supra.

1245.

De casulis et capis faciendis.—Mandatum est eidem quod, de omnibus samittis regis que penes se habet, fieri faciat casulas et capas de choro contra Natale et de iiij. pannis sericis ad aurum unum pannum integrum quem rex offerre possit in primo adventu suo usque Westm'. Teste rege apud Wudest' xxj. die Novembris.

Pro comite Winton'.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod de auxilio quod exigit ad primogenitam filiam regis maritandam a comite Winton' de feodis militum que tenet de maritagio Helene comitisse Winton' uxoris sue in balliva sua et unde Edmundus filius et heres J. quondam comitis Linc' et constabularii Cestrie qui infra etatem et in custodia regis est, eidem comiti warantizare debet, pacem ei habere permittat. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Wudestok' quod de vinis regis que sunt in custodia faciant habere custodi hospitalis Oxon' j. dolium vini rubei ad celebracionem divinorum et ad opus infirmorum ejusdem hospitalis, de dono regis. Teste rege apud Oxon' xxv. die. Novembris.

[m. 24.] *De auro ad opus regis de Judeis perquirendo.*—Quia rex vult omnibus modis quod Judei Anglie respiciant regem in xl. marcis auri pro bono adventu regis a partibus Wallie quicquid rex prius dederit in mandatis justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, mandatum est eisdem justiciariis quod eas a Judeis predictis ita colligant quod rex eas promptas habeat in primo adventu suo usque Westm'. Teste rege apud Oxon' xxv. die Novembris.

De thesaurario Cestr'.—Quia cum rex ultimo fuisset apud Cestr' non habuit spacium providendi de quodam camerario Cestr', rex assignavit interim Ranulfum de Oxonia, burgensem Cestr', loco camerarii ad denarios regis de exitibus comitatus Cestr' recipiendos et custodiendos per visum clerici Johannis de Grey, justiciarii Cestr', quem ad hoc assignabit, et per visum abbatis Cestr', donec rex de alio ordinaverit : et mandatum est eidem justiciario quod ipsum ad hoc admittat. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Ranulfo quod illi officio intendat. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Oxon' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Magistro Patricio, phisico regis, j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Lupo quod faciat habere priori de Luffeld v. quercus in bosco regis de Haselberg', de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore Sancte Fredes'.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod prior Sancte Fredeswide Oxon' liberavit per preceptum nostrum Henrico de Wingham, clerico nostro, quem pro negociis nostris misimus usque Cestr', centum solidos quos nobis promisit in auxilium primogenite filie nostre maritande ad expensas

1245.

suas versus partes predictas: et ideo vobis mandamus quod de predictis centum solidis eundem priorem quietum esse faciatis. Teste rege apud Walingford xxv. die Novembris anno regni nostri xxx.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet' quod faciat habere Petro de Sabaudia xv. damas vivas in parco regis de Havering' ad parcum suum de Cestrehunt' instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Rittherefeld' xxviij. die Novembris.

Pro comite Ricardo.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Oxon' quod faciat habere comiti Ricardo tallagium suum de manerio de Bensinton', quod aliquando fuit dominicum regis et nunc est in manu ipsius comitis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Thoma de Duyton'.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Veementer moti super paupertate Thome de Duyton militis, vobis mandamus quod si forte Copine filius Benef', Vivos de Glouc', Benef' filius Benef' et Salomon de Bristoll' Judei seisinam habeant per preceptum nostrum de terris ipsius Thome ut de vadio suo, omnes terras ipsius Thome ei restitui faciatis, et si seisinam terrarum ipsius Thome habere debeant, seisinam illam eis habere non faciatis citra octabas Sancti Hyllarii, facientes predictos Judeos venire ad conputandam (*sic*) coram vobis cum ipso Thoma ad terminum predictum de omnibus debitis in quibus eis tenetur, et nos postea secundum conpotum eorundem racionabilem inde precipiemus quod duxerimus precipiendum. Teste ut supra.

De denariis solvendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod omnes denarios quos rex debet militibus et aliis de partibus transmarinis et comiti Flandr' et etiam servientibus regis, de quorum pacatione brevia regis de Liberate nuper recepit, sine dilacione solvi faciat. Teste rege apud Windes' xxx. die Novembris.

Pro episcopo Barhudensi.—Mandatum est W. de Haverhull, thesaurario regis, quod faciat habere episcopo Barhudensi mitram episcopalem circiter precium c. solidorum ex parte regis, et j. calicem argenteum deauratum circiter idem precium ex parte regine: et cum rex sciverit certum custum, breve de Liberate ei habere faciet. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Westm' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Olivero de Chaleys, qui recepturus est a rege cingulum militare ad instans Natale, ij. dolia vini contra miliciam suam. Teste rege apud Wind' j. die Decembris.

De pigmento faciendo.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod de melioribus vinis regis Westm' faciat habere Roberto de Monte Pessulano quantum necesse fuit ad faciendum pigmentum regis contra Natale. Teste ut supra.

1245.

Pro comite Ricardo.—Rex commisit comiti Ricardo manerium de Ledecumb' cum pertinenciis quod cepit in manum regis per preceptum regis : et mandatum est vicecomiti Berk' quod manerium illud cum pertinenciis ei vel certo ballivo suo litteras regis simul cum litteris suis deferenti liberet, et quod ei inde dederit in mandatis faciat. Teste ut supra.

Omni eodem modo scribitur vicecomiti Cantebr' de manerio de Upford ei liberando. Teste ut supra.

De samitto dato.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod illud integrum samittum quod penes se habet liberet abbati de Silva Lata, de dono regis, ad faciendum inde vestimentum ecclesiasticum. Teste ut supra.

Pro Johanne de Gratton.—Mandatum est vicecomiti Dereb' quod utlagariam que debuit promulgari in Johannem de Gratton pro morte Thome Bacun, unde rettatus est, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post octabas Sancti Hyllarii. Teste rege apud Wind' ij. die Decembris.

De baconibus datis.—Mandatum est constabulario de Noting' quod de warnestura castri de Noting' faciat habere priorisse et monialibus de Dereb' c. bacones, de dono regis, quando pro ipsis miserint. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Thomas le Provost', Willelmus Market, Ranulfus le Hopere, Silvester de Cruce et Radulfus de Biesteton, capti et detenti in prisona regis Winton pro morte Willelmi Welifeld, unde Matillis, mater ipsius Willelmi, eos appellat, apellati sunt de morte illa odio et atia etc. et quod idem Willelmus intravit quendam puteum ad aquam, et in eo per infortunium obiit, mandatum est vicecomiti Suth' quod si singuli eorum invenerint ei singulos xij. liberos et legales homines etc, tunc eos tradat etc. Teste ut supra.

Ricardus Hautheyn de Eppewell', captus et detentus in prisona regis Oxon' pro morte Hugonis filii Felic' de Lilleburn', unde appellatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Oxon'. Teste ut supra.

Pro Rotomagensi archiepiscopo.—Rex replegiavit O. Rothomagensi archiepiscopo terras suas captas in manum regis per preceptum regis usque in unum mensem a die Pasche, eo quod non venit ad regem in Anglia post creationem suam ad faciendum regi quod facere debuit de terris predictis ; et mandatum est Roberto de Crepping' [vicecomiti Ebor' *cancelled*] quod terras predictas ei usque ad eundem terminum in pace habere permittat. Teste rege apud Wind' iij die Decembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suth'.

Pro hominibus de Rowell'.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod homines comitis Glouc' de Rowell' de demanda xx. solidorum, quos ab eis exigit in auxilium cariagii bladorum usque exercitum de Gannok, pacem habere permittat. Teste ut supra.

1245.

De tradendo in ballium.—Mandatum est Ade de Periton quod si Ricardus le Cornwaleis, quem cepit et imprisonavit pro transgressione foreste, invenerit ei xii. liberos et legales homines de comitatu Glouc' qui eum manucapiant habere coram justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Wilt', tunc ipsum tradat etc. Teste ut supra.

Pro priore de Bathon'.—Quia prior de Bathon' liberavit in garderoba regis xx. marcas videlicet x. marcas apud Glouc' die Jovis proxima post festum Beati Jacobi apostoli anno etc. xxix. et x. marcas apud Wind' die Dominica proxima post festum Beati Andree apostoli proximo sequens, quas regi promisit in auxilium primogenite filie regis maritande, mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Magistro L. de Sancto Martino.—Rex Magistro S. de Wauton, custodi episcopatus Coventr' et Lichesfeld', salutem. Mandamus vobis quod mittatis procuratorem dilecti clerici nostri Magistri L. de Sancto Martino, cui contulimus archidiaconatum Coventrensis et prebendam que fuit Magistri Ade de Ho in ecclesia Lichefeld' in plenam possessionem domorum et terrarum et omnium aliorum temporalium tam infra villam Lichfeld quam extra que spectare dinoscontur (*sic*) tam ad prebendam illam quam ad archidiaconatum predictum, ita vos habentes in hac parte quod dignitate regis nichil depereat pro defectu vestri. Teste me ipso apud Wyndessores iiij. die Decembris anno regni nostri xxx.

De perdonacione.—Rex perdonavit Waltero le Flemeng de Stamford' ad instanciam Fratrum Predicatorum Stanford' v. marcas ad quas amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Linc'; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Edmundestorp'.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod permittat Willelmo de Edmundestorp habere pacem de quadraginta solidis quos exigit ab eo per summonicionem Scaccarii, quia ipsos quadraginta solidos posuit in reparacionem parci de Freysmauntel per preceptum domini regis. Teste ut supra.

[m. 23.] *Pro quibusdam hominibus Stanford'.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de xiij. hominibus Stanford arestatis ad Scaccarium pro arreragiis que regi debentur de tempore quo fuerunt ballivi Stanford, deliberent Willelmum de Tykencot' et vj. alios ad arreragia illa perquirenda pro omnibus, et vj. residui de ditioribus remaneant arestati, donec regi fuerit satisfactum de arreragiis predictis vel aliud a rege habuerint preceptum. Teste rege apud Wind' vj. die Decembris.

De pane ad opus regis faciendo.—Mandatum est ballivis de Wicumbe quod in villa sua fieri faciant ad opus regis x. libratas panis, scilicet iiij. panes ad denarium, et panem illum mittant Lond' ita quod sit ibidem die Sabati proxima ante Natale: et rex tam custum panis quam cariagium acquietari faciet. Teste ut supra.

1245.

Vicecomitibus Lond' de x. libratis etc. ut supra.
Ballivis de Kingeston de xl. solidatis panis etc. ut supra.
Ballivis de Watham' de xl. solidatis panis etc. ut supra.
Ballivis de Sancto Albano de c. solidatis panis etc. ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Fulconi de Mungumery dimidiam marcam ad quam amerciatus fuit coram justiciariis de Banco, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum [est] Johanni filio Nigelly quod in foresta de Bernewude faciat habere uxori Johanni[s] filii Galfridi iiij. damas, de dono regis. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Pless' quod faciat habere Henrico de la Mar' et Magistro Roberto Anketil, euntibus in nuncium regis ad regem Francie, robas de dono regis, scilicet ipsi Henrico robam integram de panno conpetenti et capam de scarletto, et ipsi Roberto robam integram de bono blavio et capam furratam de consimili panno cum penulis variis et fururis conpetentibus. Teste ut supra.

Pro monialibus de Tarent'.—Quia rex confirmavit abbatisse et monialibus de Tarent' in puram et perpetuam elemosinam totam terram quam habent de dono Imberi Pugeis in Gessigh' Omnium Sanctorum, mandatum est vicecomiti Dors' quod occasione predicte terre nullum auxilium a predicta abbatissa exigat ad primogenitam filiam regis maritandam. Teste ut supra.

De j. roba data.—Mandatum est Petro Chaceporc' quod faciat habere Bernardo de Liposs', quem rex recepit in graciam suam, j. robam conpetentem sicut uni militum de familia regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Henricus Kyryel, captus et detentus in prisona de Gudeford pro morte Simonis filii Stephani, unde appellatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Surr' quia appellatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Wudestok (Oxon' *cancelled*) quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Galfrido de Langel' j. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Wind' ix. die Decembris.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestr', quod faciat habere Thome Gresl' v. damos et xv. damas in parco de Makefeld ad parcum suum de Mamecestr' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ade de Perington' quod faciat habere F. episcopo London' vij. damas in foresta de Braden', de dono regis. Teste ut supra.

De robis datis.—Rex Petro Chaceporc', salutem. Mandamus vobis quod liberetis dilecto et fideli nostro Bernardo de Sabaudia robas suas

1245.

contra instans festum Natalis Domini sicut alias facere consuevistis; faciatis etiam habere dilecto et fideli nostro Nicholao de Samford' robas, se tercio militum, sicut aliis militibus de familia nostra. Teste me ipso apud Windles' viij. die Decembris.

Pro abbate de Lesn'.—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod distringat omnes illos de balliva sua ad reddendum abbati de Lesn' custum appositum in novis wallis aque Tamisie reparandis, secundum portionem terrarum suarum quas habent in predicto marisco, et ad reparandas et sustentandas decetero predictas wallas una cum predicto abbate et aliis participibus suis ad communem utilitatem suam et parcium adjacencium. Teste ut supra.

Pro Susanna que fuit uxor Johannis Conversi.—Mandatum est magistro Conversorum London' quod Susannam que fuit uxor Johannis Conversi Linc' admittat in domo predictorum Conversorum, et eam exhibeat decetero in necessariis quasi unam Conversarum predicte domus, non obstante eo quod predicta Susanna nunquam fuit Judea. Teste ut supra.

De falsa aluvia arestanda.—Mandatum est constabulario Dovor' quod scrutari faciat omnes domos de Sandwiz donec falsa aluvia que prohibita fuit ne duceretur in Angliam, et que jam applicuit in portu de Sandwic' et ibi abscondita est, ut dicitur, inveniatur, et postquam inveniatur, ipsam arestari et salvo custodiri faciat, ita quod nichil inde ammoveatur donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

De denariis ad operationes Wind'.—Mandatum est Magistro S. de Wauton', custodi episcopatus Cestr', quod cum illis c. marcis quas liberari rex precepit custodibus operacionum de Wind', unde habet breve de Allocate, eis adhuc liberet denarios ad perficiendum usque ad summam c. librarum, et rex illos ei faciet allocari et omnes denarios quo[s] habere poterit de exitibus ejusdem episcopatus ultra predictas c. libras secum differat ad regem in adventu suo contra Natale. Teste rege apud Wind' x. die Decembris.

De reparacione poncium.—Mandatum est constabulario de Wind' quod faciat habere ballivis de Wind' ij. quercus in bosco regis del Frith' ad pontes faciendos et reparandos in partibus de Wind' qui per ipsos fieri et reparari solent. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Grey.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod permittat Willelmum de Gray pacem habere de secturis comitatus et hundredi quamdiu fuerit in servicio regis in partibus Cestr'. Teste rege apud Westmonasterium xij. die Decembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Ebor' et Noting'.

Pro M. comitissa Penbrok'.—Rex cepit homagium Margarete que fuit uxor W. Marescall', quondam comitis Penbrok', de omnibus terris quas predictus comes tenuit de rege in capite de hereditate ipsius M. uxoris sue, et que capte sunt in manum regis occasione mortis

1245. ipsius comitis, et mandatum est vicecomiti Linc' quod de omnibus terris, quas idem comes tenuit de rege in capite de hereditate ipsius M., et de omnibus terris quas tenuit de done (*sic*) ipsius M. in balliva sua de terris que fuerunt quondam comitis Linc' viri sui, et que capte sunt in manum regis occasione predicta, eidem M. plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norht', Dors', Cantebr' et Norf' de seisina ei facienda de terris et tenementis que predictus comes tenuit in ballivis suis de hereditate ipsius M. etc. ut supra.

Et mandatum est vicecomitibus Noting', Lanc' et Ebor' quod de terris et tenementis que idem comes tenuit in ballivis suis de dote predicta eidem M. seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Rex commisit eidem Margarete manerium de Kavershun in comitatu Berk' et manerium de Boseham in comitatu Sussex', tenenda donec ei dos plenarie assignetur de terris que fuerunt predicti comitis, et mandatum est vicecomitibus eorundem comitatuum quod ei de predictis maneriis plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro Hawisia de Rye.—Rex concessit Hawisie de Rye, que stat cum eadem Margareta et que vicina est partui, usus domorum que fuerunt predicti comitis de Twiford, ita quod de eodem manerio buscam habeat et litteram donec peperit, et mandatum est vicecomiti Buk' quod domos predictas ei liberet, et buscam et litteram de eodem manerio ipsam habere permittat. Teste ut supra.

Pro priore de Kenillewurthe.—Prior de Kenillewurth' reddidit regi xx. libras quas regi promisit contra trasfretacionem regis in Wascon' et que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne de Munemuth'.—Mandatum est maiori et ballivis Bristoll' quod permittant Johannem de Munemuth extrahere victualia et alia necessaria a villa sua ad muniendum castra regis et sua in Wallia, quia rex certificatus est quod nichil inde convertetur ad usus inimicorum suorum. Teste rege apud Westm'. xij. die. Decembris.

Pro abbate Westm'.—Mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' quod in pleno comitatu suo clamari faciat et ex parte regis firmiter inhiberi quod nullus vir religiosus cujuscunque ordinis vel aliquis alius ingrediatur feodum abbatis Westm' in balliva sua sine assensu et voluntate ipsius abbatis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wigorn', Glouc', Oxon', Surr', Sussex' et Middelsex'.

De vinis datis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod de melioribus vinis novis que inveniri poterunt in civitate Lond' faciat habere Olivero de Chaleys, qui a rege cingulum militare est recepturus in instanti festo Nativitatis Dominice, duo dolia vini ad festum milicie sue tenendum, de dono regis. Teste ut supra.

1245.

Pro abbate de Stanlawe.—Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestr', quod diligenter omnibus modis inquirat, per cartarum inspeccionem et testimonium legalium hominum, utrum comes Ranulfus dederit per cartam suam abbati et monachis de Stanlawe xx. solidos annuos percipiendos de camera sua et heredum suorum vel non, et si ei constiterit quod eos sic dederit et quod ipsi monachi eos receperunt tempore suo et tempore Johannis comitis heredis sui et tempore regis postquam comitatus Cestr' devenit in manum regis, tunc illos xx. solidos eis reddi faciat, et rex eos ei allocari faciet. Teste rege apud Westm' xv. die Decembris.

[m. 22.] *Pro operacionibus Westm'.*—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod assignavimus viginti et quatuor marcas duodecim solidos et decem denarios qui adhuc restant reddendi de xl. marcis ad quas amerciatus fuit vicecomes Wigorn' pro injusto inprisonamento, ad operaciones ecclesie Westm', reddendas custodibus earundem operacionum ad eosdem terminos quos inde concesseramus Laurencio de Wendleswurth, qui subvicecomes erat ejusdem vicecomitis, et ideo vobis mandamus quod pro predictis viginti et quatuor marcis duodecim solidis et decem denariis nullam amplius eidem Laurencio vel predicto vicecomiti fieri faciatis districcionem. Teste rege apud Westm' xvj. die Decembris.

Pro leprosis Cestr'.—Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestr', quod leprosis hospitalis Sancti Egidii Cestr' faciat habere partem eos contingentem de decimo denario porcorum regis venditorum unde lardarium regis fieri debuit, adeo plene sicut eam habere debuissent si larderium regis factum fuisset de eisdem porcis et sicut temporibus comitum Cestr' eam receperunt. Teste ut supra.

Pro Judeis.—Mandatum est vicecomitibus London' quod, non obstante aliqua inhibicione quam London' episcopus vel aliquis ordinarius fecerit in civitate London' ne victualia vendantur Judeis regis, vendi faciant per totam civitatem predictam eisdem Judeis victualia quibus opus habuerint, sicut prius fieri solet. Teste rege apud Westm' xvij. die Decembris.

De tradendo in ballium.—Walterus de Aylford et Sehilda, filia ejus, Juliana de Aisford et Alicia, filia ejus, capti et detenti in prisona regis Winton' pro morte Willelmi de Petrefeld, unde appellati sunt, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Suthampton', quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De vinis datis.—Rex dedit abbati de Waleden' j. dolium vini quod rex dimisit ibidem cum rex ultimo inde discessit, et unde quedam pars effluxit, ut dicitur, et mandatum est eidem abbati quod illuc capiat ad celebranda inde divina. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Benedictus filius Warini de Elveden et Robertus, frater ejus, capti et detenti in prisona abbatis Sancti Edmundi pro morte Thurstani filii Roberti de Elvenden, unde retatti sunt,

1245.

traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Suff', quia rettati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Westm' xix. die Decembris.

De damis datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Bernewude faciat habere Johanne uxori Godefridi de Crowecumb' ij. damas, de dono regis. Teste rege apud Westm' xxiiij. die Decembris.

De tradendo in ballium.—Willelmus de Alderford, Rogerus et Richerus, fratres ejus, capti et detenti in prisona regis Norwic' pro morte Alexandri Bunstoc, unde appellati sunt, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Norf', quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro comite de Bygorr'.—Rex commisit B. de Mastak', comiti Bygorr', duas partes manerii de Pettewurth, tenendas per extentam in partem assignationis terrarum quam rex ei est facturus, ita scilicet quod idem comes non faciat vastum vel venditionem de boscis aut parcis terrarum predictarum, et mandatum est vicecomiti Sussex' quod de predictis duabus partibus manerii predicti ei plenam seisinam habere faciat sicut predictum est. Teste rege apud Westm' xxv. die Decembris.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod in balliva sua faciat habere Johanni Byset vj. damas, de dono regis. Teste ut supra.

[*On schedule.*]—Rex mittit Robertum de Mares et socios suos ad capiendum xxv. damas in parco de Havering' ad opus regis, et mandatum est Ricardo de Minfichet' quod ipsos ad hoc admittat. Teste rege apud Westm' xx. die Decembris.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta de Salceto faciat habere Fratribus Minoribus Norht' iiij. quercus in foresta de Salceto ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

Pro M. comitissa Penbrok'.—Rex commisit Margerie que fuit uxor W. Marescalli, quondam comitis Penbrok', manerium de Inteberg cum omnibus pertinenciis suis una cum maneriis de Hamsted et Caveresham, Boseham et Sturmenistr', tenenda donec heredes prefati comitis plenarie dotem ei assignaverint de omnibus terris et tenementis que fuerunt prefati comitis, quondam viri sui, in Anglia, Wallia et Hybernia, ita quod de nullo eorundem maneriorum disseisietur priusquam ei dos plenarie assignetur; et mandatum est vicecomiti Wigorn' quod de predicto manerio plenam seisinam ei habere faciet sicut sicut (*sic*) predictum est. Teste rege apud Westm' xxvj. die Decembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Dors' de manerio de Sturmenistr', et vicecomiti Berk' de manerio de Hamsted [et Spenes *cancelled*].

Pro Hugone Giffard.—Rex concessit Hugoni Giffard custodiam omnium terrarum et heredum que fuerunt Ade de Beysin', quas de

1245.

rege tenuit in capite in comitatibus Stafford' et Salop' usque ad legitimam etatem eorundem heredum, una cum maritagio eorundem heredum: et mandatum est vicecomiti eorundem comitatuum quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Ade in balliva sua, et de heredibus predictis, ei plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro abbate de Sancto Edmundo.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod permittat abbatem de Sancto Edmundo colligere scutagium suum per manum suam de feodis militum que de rege tenet in capite in balliva sua, ita quod de scutagio illo per manum suam regi possit respondere ad Scaccarium. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex'.

De tradendo in ballium.—Henricus de Hochecot' et Johannes frater ejus et Willelmus Giffard, capti et detenti in prisona regis Norht' pro morte Ade Molendinarii de Wudeford', unde appellati sunt, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Norhampton', quia rettati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Merton' xxvij. die Decembris.

De perdonacione.—Rex perdonavit priorisse de Catesb' xxiij. solidos qui ab ea exiguntur per summonicionem Scaccarii de exitibus cujusdam assarti facti in foresta de Wichewude; et mandatum est vicecomiti Buk' quod ipsam de predictis xxiij. solidis pacem habere permittat. Teste ut supra.

Rex perdonavit Waleramo Teutonico x. marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito ei facto anno etc. vij. (xx. *cancelled*); et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Merton' xxix. die Decembris.

Pro S. de Everdon, archidiacono Cestr'.—Mandatum est Petro de Sabaudia quod illos ix. solidos qui solvi consueverunt singulis annis cuidam canonico Cycestr' predecessori S. de Everdon', archidiaconi Cestr', de boveria de Leghton' nomine decime eidem Silvestro reddi faciat a tempore quo habuit custodiam honoris de Aquila, sicut illi ix. solidi retroactis temporibus reddi consueverunt. Teste ut supra.

De damis et cuniculis ad opus regis.—Rex mittit Robertum de Stopham et Robertum des Mares ad capiendum xxx. damas ad opus regis in parcis episcopatus Cycestr', et mandatum est custodi ejusdem episcopatus quod eos ad hoc admittat, et quod regi mittat c. cuniculos de cuningeriis ejusdem episcopatus. Teste ut supra.

Pro Waltero de Merk'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod ad instantem quindenam Sancti Hyllarii anno etc. xxx. faciant habere Waltero de Merk judicium Scaccarii de pluribus scutagiis et auxiliis que ab eo exigunt[ur] per summonicionem Scaccarii, ad quorum solucionem dicit se regi non teneri, et si per consideracionem Scaccarii de auxiliis et scutagiis illis quietus esse debeat, tunc ea decetero ab eo non exigi, set ipsum inde quietum esse faciant: si autem per idem judicium ea regi solvere teneatur tunc summam arreragiorum inde debitorum regi ei significent. Teste ut supra.

1245.

De tradendo in ballium.—Ernaldus Molendinarius et Walterus Molendinarius de Cantebr', capti et detenti in prisona regis Cauntebr' pro morte Willelmi le Wanuc', unde appellati sunt, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Canntebr', quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Merton xxx. die Decembris.

De cera emenda.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod in civitate London' emi faciant ceram ad opus regis, prout Edwardus de Westm' eis dicet ex parte regis, et eam ei habere faciant, et cum rex precium ejusdem cere sciverit, illud rex reddi faciet. Teste ut supra.

1246. *Pro Nicholao de Mol'.*—Mandatum est ballivis de Brug' Walteri quod navem Nicholai de Mol' carcatam victualibus et aliis que arestata est in portu suo, sine impedimento a portu predicto recedere permittant cum victualibus predictis, accepta securitate ab hiis qui ducunt navem illam quod nichil inde convertetur ad usus inimicorum regis. Teste rege apud Merton j. die Januarii.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod faciat habere Waltero Byset iiij. damas in balliva sua, de dono regis. Teste ut supra.

De pecunia arestanda.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod, assumptis secum vicecomitibus Lond' et ballivis de Sutwerk, eant usque Bermundes' et videant quod si aliqua pecunia collecta ad opus abbatis Cluniacensis contra prohibicionem regis ibidem deposita sit in archa vel cofinis, et, si eam invenerint, tunc eam signari faciant sigillis suis, et ex parte regis prohiberi faciant priori de Bermundes', sicut tenementa sua que habet in Anglia diligit, quod nichil de pecunia illa preter conscienciam regis removeatur. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod faciat habere Johanni de Lexinton' iiij. damas in foresta de Shirewude, de dono regis. Teste rege apud Westm' v. die Januarii.

Pro operacionibus Westm'.—Rex concessit octo marcas que per summonicionem Scaccarii exiguntur a priore de Hurl' de vendicione bladi de Cocham et de Bray ad operacionem ecclesie Westm', et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum priorem inde quietum esse faciant. Teste rege ibidem vij. die Januarii.

De tradendo in ballium.—Ricardus Pateman, captus et detentus in prisona regis Ebor' pro morte Willelmi Holmess', unde rettatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Ebor', quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro Willelmo Spileman.—Rex cepit homagium Willelmi Spileman de omnibus terris et tenementis que de rege tenere debet in capite, et que fuerunt in custodia Galfridi Esturmi de concessione regis, et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod eidem Willelmo de omnibus

1246.

terris et tenementis predictis in balliva sua plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westm' viij. die Januarii.

Eadem modo scribitur vicecomiti Sutht' et custodi terrarum que fuerunt B. quondam comitis Devon'.

[m. 21.] *De tradendo in ballium.*—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod secundum consuetudinem civitatis Lond', per sacramentum proborum et legalium hominum in presencia coronatorum Lond', diligenter inquiri faciant utrum Willelmus le Sweyn et Adam le Gardiner, capti et detenti in prisona regis London' pro morte Ricardi le Vineter, culpabiles sint de morte illa vel non ; et si per inquisicionem illam invenerint quod prefati Willelmus et Adam de morte illa culpabiles non sint, et ipsi invenerint eis xij. legales homines de predicta civitate vel forinsecis comitatibus extra civitatem predictam qui eos manucapiant habere coram justiciariis ad prima placita corone regis apud Turrim Lond' ad standum inde recto etc. tunc eos tradat etc.

Pro abbate Cestr'.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestr', quod faciat habere abbati Cestr' decimum denarium exituum ville Cestr' et piscarie et molendinorum ejusdem ville sicut habere consuevit temporibus comitis Cestr' et tempore regis postquam comitatus Cestr' devenit in manum regis ; omnes etiam elemosinas per ipsos comites statutas in eadem villa et extra in comitatu Cestr' reddi faciat sicut reddi solent temporibus predictis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Ricardo de Grey lviij. solidos et vj. denarios qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de arreragiis comitatuum Essex' et Hertford' de tempore quo fuit vicecomes eorundem comitatuum, et rex perdonavit ei[s]dem Ricardo et Johanni de Grey x. marcas que ab eo exiguntur per summonicionem ejusdem Scaccarii de prestito : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste rege apud Westm' ix. die Januarii.

De tradendo in ballium.—Agnes que fuit uxor (Simonis prepositi, et Walterus filius Hugonis, appellati de morte *cancelled*) Gerardi de Lindes', Willelmus de Skerningeham, Willelmus le Screve, Ricardus Becke et Simon Ketal, capti et detenti in prisona regis Norht' pro morte Simonis prepositi, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Norht', quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Willelmus filius Herberti et Robertus Lewemer, capti et detenti in prisona regis Warr' pro morte Willelmi filii Avicie, unde rettati sunt, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Warr', quia rettati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro comitissa Leyc'.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod talem seisinam habere faciat A. comitisse Leyc' de terris quas ipsa tenuit in dotem in Twyford, et quas cepit in manum regis occasione mortis W. Marescalli quondam comitis Penbrok, qualem inde habuit quando eas cepit in manum regis ; ita quod ipsa eas pacifice teneat donec heredes prefati comitis de hereditate sua plenarie seisinam habuerint

1246.

versus quos ipsa dotem suam plenius debebit recuperare. Teste rege apud Westm' xij. die Januarii.

Pro Ricardo de Wrotham.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod averia Ricardi de Wrotham, que Alanus la Zuch' cepit et injuste detinet, ut dicitur, occasione cujusdam contentionis inter eos mote de quodam dominico regis infra forestam de Exemor', deliberari faciat usque ad proximum adventum justiciariorum ad placita foreste in comitatu illo, ita quod interim non permittat quod idem Alanus ipsum Ricardum distringat capiendo averia sua occasione predicta. Teste ut supra, per R. Passelewe.

Pro burgensibus Cestr'.—Rex concessit burgensibus Cestr' quod c. marce, quas regi debent de tallagio super eos assiso ad opus regis, allocentur eis in parte solucionis cc. marcarum quas ipsi mutuo dederunt per preceptum regis J. Extraneo dum fuit justiciarius Cestr', ad negocia regis expedienda, et in partem solutionis denariorum quos rex eis debet pro blado, baconibus et alia warnestura ab eis emptis ad opus regis pro exercitu de Gannok', et residuum debitorum que rex eis debet eis reddi faciet ad Pascham anno etc. xxx. cum rex de quantitate illius residui fuerit certificatus : et mandatum est J. de Grey, justiciario Cestr', quod illas c. marcas ab eis de cetero non exigat. Teste ut supra.

Pro Nicholao filio Martini.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod per visum Nicholai de Mol' vel Roberti Waleram' vel certorum nunciorum suorum permittat Nicholaum filium Martini vel homines suos emere apud Brug' Walteri vel alibi in balliva sua centum quarteria frumenti carianda sine impedimento usque castrum ipsius Nicholai de Novo Burgo ad castrum illud muniendum. Teste rege apud Westm' xv. die Januarii.

Pro Emerico de Rupella.—Rex dedit Emerico de Rupella unum denarium quem Radulfus le Venur percipere consuevit singulis diebus per manus ballivorum Winton' de elemosina regis constituta, percipiendum tota vita ipsius Emerici singulis diebus per manus ballivorum Wint' ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod elemosinam illam una cum arreragiis que inde debentur a tempore mortis ejusdem Radulfi eidem Emerico habere faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod rex bene acceptat capcionem vj. damarum quas W. de Cantil' cepit in balliva sua unde rex ei litteras suas transmittit. Teste rege ibidem xvii. die Januarii.

Hybernia. De providencia facienda.—Mandatum est J. filio Galfridi justiciario Hybernie quod ad opus regis emi faciat ccc. (tria milia *cancelled*) dolia vini, tria milia quarteria frumenti, duo milia quarteria avene et j. mille baconum et v. milia quarteria calcis, et calcem precipue statim fieri vel alio modo queri faciat, et aliam warnesturam ita festinanter queri faciat quod prompta sit ad ultimum a die Pasche in unum mensem, ut rex eam ad mandatum suum habere possit. Teste ut supra.

1246.

De quercu data.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in foresta de Gautris faciat habere Roberto de Stopham unam quercum, de dono regis, in auxilio ad constr[u]endum quandam capellam in curia sua de Neuton' quam construere proposuit in honore Beati Edwardi. Teste ut supra.

De maeremio.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in forinseco bosco foreste regis de Havering' faciat habere ballivis regis Havering' maeremium ad reparacionem magne coquine regis et stabuli regis in predicto manerio per talliam inter ipsum et viridarium regis predicte foreste confectam de numero quercuum. Teste ut supra.

Pro abbate de Bruera.—Rex concessit abbati et monachis de Briwer' quod, non obstante transgressione quam idem abbas et predecessores sui, abbates de Briwer', fecerunt de vasto et assarto in dominico bosco regis de Wychewud, habeant duas carettas itinerantes singulis diebus ad mortuum boscum et ramos in foresta regis de Wichewud' secundum purportum cartarum quas habent de dono Henrici regis avi domini regis, et R. regis avunculi domini regis, et mandatum est Willelmo de Langel', forestario de Wychewud', quod ipsos abbatem et monachos illas duas carettas itinerantes in predicto bosco regis habere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Johanne Mautravers.—Rex concessit Johanni Mautravers, qui profectus est in servicium regis in West Wall', quod de debitis in quibus tenetur Salomoni de Merleberg' et Lumbard' filio ejus, Judeis, non currant usure citra festum Sancte Trinitatis anno etc. tricesimo : et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic teneri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex pro centum marcis ad quas abbas de Pippewell' amerciatus fuit pro transgressione foreste regis et quas idem abbas reddidit ad Scaccarium regis, perdonavit ei quadraginta et octo solidos qui ab eo exiguntur pro bladura cujusdam assarti, et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis quadraginta et viij. solidis ipsum abbatem quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro M. que fuit uxor Anselmi Mares'.—Mandatum est J. filio Galfridi quod sine dilacione assignari faciat Matillidi que fuit uxor Anselmi Marescall' sexaginta libratas terre in loco competenti in Hybernia in tenanciam ad sustentacionem suam, donec rex ei fecerit assignari racionabilem dotem suam que eam contingit de omnibus terris que fuerunt predicti Anselmi. Teste rege apud Westm' xix. die Januarii.

Mandatum est similiter vicecomiti Glouc' quod ei faciat habere manerium de Aure cum pertinenciis in tenanciam ad sustentacionem suam donec rex etc. ut prius. Teste ut supra.

Pro abbate Westm'.—Rex concessit abbati Westm' centum quarteria de ordeo regis de Kenyton' de prestito usque ad quindenam Nativitatis Beati Johannis Baptiste anno etc. xxx. ita quod tunc reddat regi

1246.

precium pro quo nunc vendi possent racionabiliter illa c. quarteria ordei, et mandatum est Ricardo de Ponte, servienti regis de Keninton', quod predicta c. quarteria ordei ei habere faciat sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Sinago.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod habere faciat Willelmo de Synago scutagium suum de feodis militum que de rege tenet in capite in balliva sua, scilicet de scuto xl. solidorum, de dono regis. Teste rege apud Westm' xxj. die Januarii.

Eodem modo scribitur pro eo vicecomiti Essex'. Teste ut supra.

Pro comite de Bigorr'.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod omnes exitus manerii de Pettewurth' quos percepit dum idem manerium fuit in manu regis, antequam rex precepit seisinam ejusdem manerii liberari Stephano de Ireton, vadletto comitis Bigorr', ad opus ipsius comitis, reddat eidem Stephano ad opus ejusdem domini sui, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Petro de Geneve.—Mandatum est vicecomiti Salop quod faciat habere Petro de Geneve scutagium suum adeo bene de feodis militum que assignata sunt Margerie de Lacy in dotem suam sicut et de aliis feodis militum que idem Petrus tenuit de rege in capite in balliva sua, scilicet de scuto xl. solidorum pro excercitu regis de Gannoc, in quo fuit cum rege. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Hereford' pro eodem Petro. Teste ut supra.

De domibus sustentandis et terris excolendis.—Mandatum est custodi episcopatus Cycestr' quod omnes domos episcopatus Cycestr' que sunt in custodia sua sustineat et emendet ita quod non corruant vel deteriorentur et terras dominicas ejusdem episcopatus excoli faciat et seminari sicut debent et solent, taliter vos habentes in hac parte ne ad vos nos graviter capere debeamus. Et certum quod ad hoc posueritis per visum et testamentum legalium hominum faciemus ei allocari. Teste ut supra.

Eodem modo et per eadem verba mandatum est custodi episcopatus Coventr' et Lich'. Et certum etc. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod, in pleno comitatu suo et per assensum tocius comitatus, loco Roberti de Anvers, quondam coronatoris regis predicti comitatus, eligi faciat alium coronatorem qui, praestito sacramento sicut fieri solet, extunc faciat et conservat ea que ad coronam regis pertinent una cum sociis suis coronatoribus regis in comitatu predicto, et talem eum ad hoc eligi faciat qui ad hoc melius sciat et velit intendere, et nomen ejus regem scire faciat. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est W. de Haverhull, camerario suo, quod habere faciat Magistro Alexandro, thesaurario Sancti Pauli Lond', unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

1246.
[m. 20.]

Pro Johanne de Gratton.—Mandatum est vicecomiti Dereb' quod uthlagariam que debuit promulgari in Johannem de Gratton pro morte Thome Bacun, unde rettatus est, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post Clausum Pasche anno etc. xxx. Teste rege apud Westm' xxiij. die Januarii.

Pro abbate Cluniacensi.—Rex reddidit abbati et conventui Cluniacens' manerium de Ledecumb' cum pertinenciis quod rex commiserat priori de Theford ad firmam : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum priorem pro firma predicti manerii decetero non distringant. Teste ut supra.

Pro priore de Luffeld et aliis.—Rex intuitu Dei et pro salute anime sue concessit priori et monachis de Luffeld quod habeant et teneant in pace xvij. acras terre quas assartari fecerunt apud Northon' infra forestam suam sine waranto, et duas acras et dimidiam rodam quas habent de dono Henrici de Pery et quas idem Henricus assartavit infra eandem forestam in comitatu Norht', et tres rodas et quintam decimam partem unius rode terre in Luffeld in comitatu Buk' : concessit etiam monialibus de Cateby quod habeant et teneant in pace x. acras terre et dimidiam quas habent de dono Radulfi Harang' et quas idem Radulfus assartari fecit in Westbir' in comitatu Buk' : concessit etiam priorisse et sanctimonialibus de Litlemor' quod habeant et teneant in pace tres rodas terre quas Mattheus de Bikestorp assartavit apud Sawe in comitatu Oxon' ; concessit etiam priori et canonicis de Finesheved quod habeant et teneant in pace ad totam vitam Elye Briton' xvij. acras terre et dimidiam et unam perticam in latitudine et vj. perticas in longitudine quas dictus Elyas assartari fecit apud Hale, et quas ei concessit quamdiu vixerit ; ita quod assartum illud revertatur in manum nostram post mortem ipsius Elye : concessit etiam Galfrido de Bathon', coco suo, quod habeat et teneat in pace duas acras prati et dimidiam acram terre quas occupavit in dominico bosco regis de Odyham ; concessit etiam Hugoni de Chastilon quod habeat et teneat duas acras de assarto suo in Lockamsted in comitatu Buk' sine aliquo redditu annuo inde reddendo, salvo regi regardo suo sicut fieri solet et debet de omnibus assartis predictis ; et mandatum est R. Passelewe, G. de Langel' et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod predictam concessionem regis inrotulari et firmiter stare permittant sicut predictum est. Teste ut supra.

[Rex concessit Matheo de Coudray omnes terras que *cancelled.*]

Pro Johanne filio Nigelli.—Quia bene constat regi quod Johannes filius Nigelli, forestarius regis de Bernewode, de voluntate et licentia regis fecit quoddam assartum in villa de Burstall', et barones de Scaccario exigunt ab eo xlij. solidos et vj. denarios, mandatum est ipsis baronibus quod de ipsis denariis ipsum Johannem quietum esse faciant. Teste ut supra.

Wasconia.—Mandatum est Willelmo de Buell', senescallo regis Wasconie, quod xl. solidos annuos quos Galfridus Martell' et Robertus de Sabdolio dederunt in elemosinam hospitali Sancti Jacobi Burdeg' de terris suis insule Oleronis in manu regis existentibus, priori ejusdem

1246. hospitalis reddat, quia rex non vult quod elemosina illa ei subtrahatur dum terre predicte fuerint in manu regis. Teste rege apud Westm' xxv. die. Januarii.

Pro Morgano de Karliun.—Mandatum est ballivo de Netherwent' quod si Morganus de Karliun necesse habuit homines suos et animalia sua receptari in balliva vestra, rex vult quod illud sustineat propter incursus inimicorum regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Adam Cheder, captus et imprisonatus apud Salop' pro morte Willelmi le Lomb, unde rettatus fuit, habet breve vicecomiti Salop' quod ponatur per ballium etc. Teste ut supra.

Pro abbate de Natel' et aliis.—Rex concessit pro salute anime sue abbati et conventui de Natel' Loci Sancti Eadwardi quod habeant et in pace teneant xij. acras et dimidiam et dimidiam perticam, quas abbas de Leicestr' et Rogerus de Bray assartaverunt in Welowe in comitatu Suht' et quas predicti abbas et conventus habent de dono predictorum abbatis et Rogeri, et unam perticatam quam abbas de Natel' assartavit apud Nortleg' in comitatu Oxon' in foresta regis ; concessit etiam abbati et conventui de Waverl' quod habeant et in pace teneant ix. acras et dimidiam quas assartaverunt apud Nettham, et iiij. acras et dimidiam quas assartaverunt apud Benyghate in comitatu Suht' infra forestam nostram sine aliquo redditu annuo inde reddendo, salvo regi regardo suo sicut fieri solet et debet de omnibus assartis predictis : et mandatum est R. Passel', G. de Langel' et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod predictam concessionem regis inrotulari et firmiter stare permittant, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro persona de Pecco.—Mandatum est J. de Grey, ballivo suo de Pecco, quod Ade persone ecclesie de Pecco reddat decimum denarium de herbagio vendito in parochia sua quamdiu habuit custodiam castri regis de Pecco, sicut Warnerus Engayne et ipse ei reddere consueverunt per preceptum regis. Teste ut supra.

Pro abbate Westm'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Scias (*sic*) quod abbas Westm' finem fecit nobiscum pro eo quod nec fuit nec eciam servicium suum nobis debitum habuit in excercitu nostro de Gannoc' per quadraginta marcas quas assignavimus solvendas per manus ejusdem abbatis custodibus operacionum ecclesie Westm', medietatem scilicet ad Pascham anno regis nunc xxx. et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis anno eodem ad easdem operaciones faciendas : et concessimas eidem abbati quod colligi faciat scutagium suum per manus suas, scilicet de tresdecim feodis militum que de nobis tenet in capite, triginta et novem marcas quas eciam assignavimus solvendas per manus ejusdem abbatis custodibus earundem operacionum ad terminos predictos, medietatem scilicet ad unum terminum et aliam medietatem ad alium, ad easdem operaciones faciendas, de dono nostro, et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste xxviij. die Januarii apud Westm'

1246.

Et mandatum est vicecomitibus Wigorn', Glouc', Oxon', Buking', Surr', Middelsex', Essexe, Hertford et Warrewic' quod permittant eundem abbatem colligere scutagium suum in ballivis suis per manum suam.

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de Whichewude quod in eadem foresta faciat [habere] Magistro Petro Russmew v. robora cum excaetis suis, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Willelmus filius Rogeri de Cotriton, captus et detentus in prisona regis Salop' pro morte Willelmi Cnibbe, unde rettatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Salop', quia rettatus est de morte illa odio et atia etc.

De perdonacione.—Rex perdonavit Roberto Passelewe, archidiacono Lewens', xxxiij. libras vj. solidos viij. denarios quas regi debuit de exitibus manerii de Awelton (pluribus debitis et *cancelled*), que ab eo exiguntur per suummonicionem Scaccarii, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Dionisia que fuit uxor Walteri de Tatham.—Rex Roberto de Crepping', salutem. Precipimus tibi quod de terris et tenementis que fuerunt Walteri de Tatham assignari facias Dionisie que fuit uxor predicti Walteri racionabilem dotem suam, accepta ab ea securitate quod non maritabit se sine licencia et voluntate nostra. Teste ut supra.

Pro Emma que fuit uxor Rades de Duffeld.—Rex Roberto de Crepping', salutem. Scias quod commisimus Emme que fuit uxor Rades de Duffeud terram illam quam predicti Rades et Emma tenuerunt de nobis in capite de soka de Sneiht et quam nobis reddiderunt pro quadam transgressione que eis inponebatur : ita quod predicta Emma tota vita sua teneat terram predictam et post decessum ipsius Emme ad nos et heredes nostros quieta revertatur ; et ideo tibi precipimus quod de predicta terra predicte Emme plenam saisinam habere facias. Teste ut supra.

Rex perdonavit Olivero de Espervill' xij. libras et xij. solidos qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro inbladamento quorundam assartorum ipsius Oliveri in Dudinton ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia solute fuerunt ad Scaccarium et factum fuit in breve de Liberate.*

De perdonacione.—Rex perdonavit N. Dunelmensi episcopo l. marcas ad quas ammerciatus fuit coram rege pro venacione : et mandatum est baronibus de Scaccario quod faciant ipsum episcopum inde esse quietum. Teste ut supra.

Pro pluribus de Dunewiz'.—Rex maiori et probis hominibus suis de Dunewyz, [salutem]. Sciatis quod de centum et iij. libris uno solido et x. denariis in quibus nobis te[ne]mini, assignavimus Johanni filio Willelmi, Andree filio Augustini et Gerardo filio Roberti sexaginta libras

1246.

pro dampnis suis que incurrerunt de iij. navibus suis fractis in mari prope Gannok in servicio nostro dum ibi eramus cum excercitu nostro, et ideo vobis mandamus quod predictis Johanni, Andree et Gerardo predictas sexaginta libras habere faciatis pro dampnis suis recuperandis, sicut predictum est, providentes quod per visum proborum et legalium hominum singulis eorum pars illorum denariorum assignetur secundum dampnum quod unusquisque incurrit majus et minus. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Emme que fuit uxor Rades de Duffeld xx. libras per quas finem fecerunt coram Willelmo de Sancto Edmundo et Johanne Gumbaud, justiciariis assignatis ad gaiolam Ebor' deliberandam pro quadam transgressione que eis inponebatur, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam de illis xx. libris quietam esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Ebor' quod ipsam inde quietam esse et siquid inde captum fuerit ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Mariscis.—Rex Johanni filio Gaufridi, justiciario suo Hibernie. Monstravit nobis dilectus et fidelis noster Willelmus de Mariscis quod cum Jordanus de Mariscis pater suus occasione guerre mote inter nos et Ricardum Marescallum, quondam comitem Penbrok', in Hibernia de manerio suo de Crakeduffeny cum pertinenciis esset disseisitus ut dicitur, mandavimus dilecto et fideli nostro Mauricio filio Geraldi, tunc justiciario nostro Hibernie, quod si idem Jordanus a predicto manerio occasione predicta fuit disseisitus, predicto Willelmo tamquam filio et heredi ipsius Jordani de eodem manerio plenam seisinam habere faceret, et ideo vobis mandamus quod si inveneritis quod predictus Jordanus de predicta terra sua predicta occasione fuit disseisitus, et quod predictus justiciarius predictum mandatum nostrum non fuerit executus, tunc eidem Willelmo de predicto manerio plenam seisinam habere faciatis. Teste rege apud Westm' xxviij. die Januarii anno regni nostri xxx., et capiatis securitatem a predicto Willelmo de decem marcis ad opus nostrum pro hoc brevi.

Pro pluribus.—Rex reddidit Beatrici Murdac', Radulfo Hareng' et Alicie uxori ejus, Ern' de Bosco et Johanne uxori ejus, et Jollano filio Jollani de Nevill' totam terram quam Eva de Grey tenuit in comitatu Oxon' de B. quondam comite Devon', cujus heres est in custodia regis, et que ipsos Beatricem, Aliciam, Johannam et Jollanum hereditarie contingit, et predicta Beatrix, que esneciam habere debet de terra predicta, fidelitatem inde regi fecit pro se et heredibus predictis, et mandatum est vicecomiti Oxon' quod de tota terra quam predicta Eva tenuit de predicto comite in balliva sua et de qua seisita fuit ut de feodo die quo obiit, ipsis plenam seisinam habere faciat, salva ipsi Beatrici esnecia de terra predicta. Teste ut supra.

Pro Johanne le Fraunceis.—Rex Roberto de Creppinges, salutem. Scias quod concessimus dilecto clerico nostro Johanni le Franceys custodiam terrarum que fuerunt Walteri de Tatham, qui de nobis tenuit in capite in comitatu Lancastr', habendam usque ad legittimam etatem heredis predicti Walteri, salva Dionisie que fuit uxor ejusdem

1246.

Walteri racionabili dote sua que [e]am contingit de terris predictis, et ideo tibi precipimus quod eidem Johanni de omnibus predictis terris de quibus idem Walterus seisitus fuit ut de feodo die quo obiit plenam seisinam habere faciatis (*sic*), sicut predictum est. Teste ut supra.

Et subtrahentur ei xx. marce per annum quamdiu custodia illa duraverit de feodo quod percipit ad Scaccarium.

[m. 19.] *Pro Ricardo de Grey et Willelmo fratre suo.*—Rex Johanni de Gray, justiciario suo et camerario suo Cestr', salutem. Mandamus vobis quod Ricardum de Gray se quarto militum et Willelmo de Gray se altero militum faciatis habere vadia sua quamdiu fuerint in partibus Cestr' per preceptum nostrum, et arreragia vadiorum suorum que eis debentur de tempore quo steterunt in obsequio nostro in partibus predictis eis similiter habere faciatis, computato eis in arreragiis illis hoc quod receperunt per manum Ricardi le Bus clerici nostri. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Thomas le Graunt et Johannes Pigate, capti et detenti in prisona Ebor' pro morte Laurencii le Porter, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Ebor', quia rettati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro Elicia que fuit uxor Reimundi de Luk'.—Mandatum est ballivo de Keninton, quod omnia catalla et omnes denarios et exitus manerii de Bedinton' qui inde provenerunt postquam extitit in manu regis liberet Elicie que fuit uxor Reimundi de Luk', et terciam partem ejusdem manerii assignet ipsi Elicie in dotem, et ij. partes ejusdem manerii ei committat custodire usque ad legitimam etatem heredis predicti Reimundi. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Bristoll' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Ricardo de Grey et Johanni fratri suo x. dolia, de dono regis. Teste rege apud Westm' xxix. die Januarii.

Pro burgensibus Oxon'.—Rex baronibus suis de Scaccario. Sciatis quod burgenses nostri Oxon' liberaverunt in garderobam nostram die Martis proxima ante Purificacionem Beate Marie apud Gildeford' P. Chaceporк, custodi ejusdem garderobe, centum marcas de ducentis marcis de tallagio ville sue, et quadraginta solidos pro uno dolio vini quod vinetarii ejusdem ville nobis promiserunt pro quodum brevi, et ideo vobis mandamus quod de predictis c. marcis et xl. solidis ipsos burgenses quietos esse faciant. Teste rege apud Geldeford xxx. die Januarii.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est Roberto de Mucegros quod in instanti festo Purificacionis Beate Marie pasci faciat dc. pauperes apud Wind' pro conservatione status regis et regine et liberorum suorum, ad quod faciendum rex mittit usque Wind' fratrem Robertum elemosinarium suum : et mandatum est eidem Roberto de Mucegros quod eidem fratri sustentationi sue necessaria inveniri faciat : pasci

1246.

etiam faciat singulis diebus quousque ad regem venerit c. pauperes per manum ejusdem Roberti. Teste ut supra.

De cindulis faciendis.—Mandatum est ballivo de Gillingeham quod in balliva sua faciat habere custodibus operationum de Clarendon maeremium ad x. milia cindularum facienda. Teste ut supra.

De lathis faciendis.—Mandatum est Ade Cok' quod faciat habere carpentariis de Clarendon' maeremium ad ij. milia latharum et ad ij. cameras in marescalcia regis Clarend' faciendas. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Sauser.—Willelmus le Sauser concessit domino regi pro se et heredibus suis, et pro x. marcis quas rex ei dedit, quandam aream apud Gudeford' quam rex includi fecit ad elargacionem curie sue, de qua area idem Willelmus regi reddere consuevit j. denarium per annum ad Scaccarium, et mandatum est baronibus de Scaccario quod de redditu illius denarii ipsum quietum esse, et sic fieri et inrotulari, faciant. Teste rege apud Gudeford', j. die Februarii.

De obolis de Musc' regi mittendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod sub festinatione regi mittat xxiiij. obolos de Musc', et cum rex precium eorum sciverit, illud reddi faciet. Teste rege apud Rading' ij. die Februarii.

Pro priore Bath'.—Rex dedit per cartam suam Galfrido de Bath' quandam domum cum pertinenciis in Bath', que fuit excaeta regis eo quod Robertus Parvus, qui illam tenuit de rege in capite, utlagatus fuit pro morte Edithe uxoris sue, et de qua prior Bath' ante concessionem istam regi reddere consuevit x. solidos per annum ad Scaccarium postquam domus illa devenit in manum regis, habendam et tenendam eidem Galfrido et heredibus suis de rege et heredibus suis, reddendo regi et heredibus suis j. denarium singulis annis ad Pascham per manus ballivorum regis Bath' pro omni servicio, sicut idem Robertus, antequam utlagatus esset, inde reddere consuevit : et mandatum est baronibus de Scaccario quod cartam illam inrotulari, et predictum priorem de predictis x. solidis annuis a tempore predicte concessionis quietum esse, faciant. Teste ut supra.

Pro Margareta que fuit uxor Roberti de Chauncy.—Mandatum est Roberto de Crepping' quod de terris que fuerunt Roberti de Chauncy et sunt in manu regis assignari faciat Margarete que fuit uxor predicti Roberti racionabilem dotem suam, accepta ab ea securitate quod non maritabit se sine licencia regis. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti Willelmi de Percy.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod permittat executores testamenti Willelmi de Percy liberam habere administrationem fenorum que fuerunt falcata et levata in maneriis que fuerunt ipsius Willelmi in balliva sua ante mortem suam, et maeremium inventum in eisdem maneriis, quod fuit ipsius Willelmi, per visum predictorum executorum tradat discretis et legalibus hominibus de comitatu suo custodiendum usque ad legitimam etatem heredis ipsius Willelmi. Teste ut supra.

1246.

Pro Fratribus Monoribus (sic).—Mandatum est vicecomiti Salop' quod de placiis illis quas emi fecimus in villa de Salop' ad usum Fratrum Minorum ibidem commorancium plenam saisinam capias et eandem postea eisdem fratribus habere faciat. Teste rege apud Rading' v. die Februarii.

Pro Johanne Kechel'.—Quia rex de voluntate sua reddidit Johanni Kechel terras suas, mandatum est vicecomiti Norhampt' quod de tota terra sua in Harewedon' plenam seisinam sine dilacione habere faciat. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Lincoln' (Johanni Gumbaud *cancelled*) quod de feodis militum que tenebantur de Ricardo de Percy in comitatu Linc' assignari faciat Agneti que fuit uxor predicti Ricardi racionabilem dotem suam nisi prius racionabilis ei inde fuerit assignata. Teste rege apud Rading' vj. die Februarii.

Pro Johanne filio Willelmi.—Quia Johannes filius Willelmi ostendit regi quod cum Bernardus de Sabaudia ipsum mitteret in seisinam per preceptum regis de custodia x. libratarum terre cum pertinenciis in Oddesak et Ullecot que capta fuit in manum regis, idem Bernardus ipsum postea a custodia illa illa (*sic*) ejecit et in manum regis cepit, mandatum est eidem Bernardo quod de custodia predicta ei plenam seisinam habere faciat cum omnibus catallis in ea inventis, et si quid de catallis illis distractum vel amotum fuerit, id ei restitui faciat. Teste ut supra

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Westm' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Waltero de Merk' unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De seisina terrarum facienda.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod de omnibus terris quas Beatrix de Fay tenuit in dotem in balliva sua de hereditate Matillidis de Cler' et Philippe de Nevill', et quas in manum regis capi preceperat, occasione contentionis que fuit de portione earundem terrarum inter Rogerum de Clere et predictam Matillidem uxorem ejus et Willelmum de Wintereshull' et Beatricem uxorem ejus, quibus predicta Philippa portionem suam que eam contingebat de predictis terris dedit in liberum maritagium, et que contentio jam sedata est, predictis Rogero et Matillidi, Willelmo et Beatrici talem seisinam habere faciat qualem inde habuerit antequam terre predicte capte essent in manum regis. Teste ut supra.

De venacione capienda.—Mandatum est Henrico de Farleg', custodi foreste regis in comitatu Suthamp', quod permittat Willelmum Luvel et Warnerum fratrem suum, Philippum de Candever et Ricardum de Candever, venatores quos rex mittit ad ballivam Avicie de Columbar', capere in eadem balliva xx. damas, x. capreolos et iiij. vel v. bissas ad opus regis. Teste rege apud Rading' vij. die Februarii.

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Pless' quod faciat habere Simoni et Bodekino, mercatoribus de Gutlaunde, duas robas

1246.

competentes consimiles illis quas dedimus servientibus nostris contra Natale Domini. Teste rege apud Rading' viij. die Februarii.

De quodam monili faciendo.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod faciat quoddam monile pulcrum et habile ad assidendum cuidam cape abbacie Westm' quam rex ad hoc eligere voluerit precii xv. marcarum, de quibus rex ei mittit per latorem litterarum regis x. marcas. Teste ut supra.

De j. casula data.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario regis, quod fieri faciat j. casulam de samitto rubeo vel purpureo cum pulcro aurifragio, et illam habere faciat priori de Caveresham, de dono regis, ad celebrandum in ea pro status regis conservatione divina. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod assignari faciat Isabelle que fuit uxor Henrici de Percy racionabilem dotem suam que eam contingit de terris que fuerunt predicti Henrici quondam viri sui in Heseth' et Sutton', et postquam ei dotem suam assignaverit, committat ei ij. partes dictarum terrarum custodiendas ut pote que ad eam pertinent, eo quod predictus Henricus terras illas tenuit in socagium usque ad legitimam etatem heredis predicti Henrici sicut fieri debet et consuevit de custodia socagii. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Lupo, senescallo foreste de Salceto, quod in bosco regis de Haneleg' faciat habere Paulino Peyver' vj. bonas quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Rading' xiij. die Februarii. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

[m. 18.] *Pro priorissa de Bromhal'.*—Rex intuitu dei et pro salute anime sue et antecessorum suorum dedit pro se et heredibus suis priorisse de Bromhal' et sanctimonialibus ibidem Deo servientibus quod in perpetuum habeant et in pace teneant illas iij. acras terre cum pertinenciis in Suningehull' quas Ricardus de Mora assartavit infra forestam regis de Wind' in dominico bosco regis sine aliquo annuo redditu regi aut heredibus suis reddendo. Et mandatum est Roberto Passelewe et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste in comitatu Berk' quod ipsam concessionem regis sic inrotulari et teneri faciant. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Rading' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Johanni de Frethorn' j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Geres.—Rex concessit Johanni de Geres manerium de Magna Paunton', quod fuit Thome de Augno, Normanni, habendum et tenendum tota vita ipsius Johannis. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predicto manerio cum pertinenciis eidem Johanni plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Noting' quod permittat Radulfum filium

1246.

Nicholai assidere tallagium super manerium suum de Dunham, quod aliquando fuit dominicum regis. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Galfridi.—Eodem modo scribitur vicecomiti Buk' pro Johanne filio Galfridi de manerio de Aylesbir'.

De damis capiendis.—Mandatum est B. de Sabaudia, constabulario de Wind', quod permittat Robertum de Mucegros, vel hos quos assignare voluerit, capere x. damas in foresta vel parco de Wind' ad opus regine. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto clerico nostro Magistro Radulfo de Neketon quadraginta marcas quas debuit nobis de pluribus debitis, et que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii nostri : et ideo vobis mandamus quod ipsum Radulfum de predictis quadraginta marcis quietum esse faciatis. Teste me ipso apud Radinges xv. die Februarii a[nno etc.].

Rex vicecomiti Suffolk', salutem. Scias quod perdonavimus dilecto clerico nostro Magistro Radulfo de Neketon triginta marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii nostri : et ideo tibi precipimus quod predictum Magistrum Radulfum quietum inde esse permittas. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Essex', salutem. Scias quod perdonavimus dilecto clerico nostro Magistro Radulfo de Neketon octo marcas et dimidiam quas nobis debet de pluribus debitis, et que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii nostri : et ideo tibi precipimus quod ipsum inde quietum ess permittas. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod faciat habere Rogero de Ros j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Johanni Maunsel centum marcas quas regi debet pro Felic' de Milors et xxix. libras pro Edmundo (Hamone *cancelled*) de Kemesek, et xx. marcas de debitis Judeorum pro Petro de Wynn et xx. libras de firma de Wepeham de annis etc. xxix. et xxx. ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Pless' quod faciat habere Reimundo Gars' j. robam de russetto, et Arnaldo Sanccii, armigero, aliam robam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod murum ville Salop' ire faciat juxta aquam subtus edificia Fratrum Predicatorum ejusdem ville, prout per ipsum et Galfridum de Bello Campo et alios de comitatu suo fuit provisum, et sicut idem vicecomes per litteras suas regi significavit. Teste ut supra.

Pro Fulcone de Castro Novo.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod inquirat si M. filius Geraldi (Galfridi *cancelled*) dum fuit justiciarius Hybernie fuit seisitus de iiij. villatis terre et

1246.

dimidia et de feodo dimidio in Kennennard, Manumrecham', Innesflafferthi, Monimorgan, Rahbochi, Conyn, Balihechun, Bolicolgon, Maislisine, Kilgorvi, tanquam pertinencia ad castrum de Achmakin, cujus custodia in manum regis devenit post mortem Walteri de Rideleford, et quam custodiam cum pertinenciis rex concessit Fulconi de Castro Novo, et [si] per inquisicionem illam invenerit quod predictus M. extitit seisitus nomine regis de predicta terra et feodo, tunc eidem Fulconi de eisdem sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Rading' xiij. die Februarii.

De Judaismo.—Rex assignavit Aaron de Ebor', Aaron filium Abraham, Aaron Blundum, Abraham de Berghamsted, Jacobum de Clar' et Urcellum de Colecestr', Judeos, ad assidendum super omnes Judeos Anglie quatuor milia marcarum nobis reddendas(*sic*) ad Scaccarium nostrum Pasche proximo futuri, ita quod quilibet Judeus tallietur secundum facultates suas et secundum quantitatem pecunie sue, ita quod nulli parcatur, neque majori neque minori neque seniori neque juniori, et cum vobis ostenderint rotulum secundum quod predictum tallagium predictarum quatnor mille marcarum per predictos Judeos fuerit assisum, vobis mandamus quod omnes Judeos distringatis, ita quod predicta pecunia nobis plenarie persolvatur ad predictum Scaccarium nostrum Pascha. Teste rege apud Rading' xv. die Februarii.

De lampredis et alos'.—Rex mittit Simonem Hurtaud ad partes Glouc' ad lampredas et alos' emendas et capiendas ad opus regis : et mandatum est vicecomiti Glouc' quod consilium et auxilium ad hoc ei inpendant et ipsos sicut inveniri poterunt acquietari et ad regem mitti faciat. Et cum rex custum sciverit, rex illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis Glouc'.

Pro Ricardo de Dovor'.—Mandatum est Willelmo Hardel quod de exitibus cambii regis mutuo concedat Ricardo de Dovor' usque ad festum Sancti Johannis Baptiste anno etc. xxx., xxx. marcas et cartam ipsius Ricardi de solutione regis ad eundem terminum factam capiat. Teste ut supra.

De pluribus faciendis apud Westm'.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod fieri faciat quendam caminum in camera capellanorum regis apud Westm' inferius et superius de petra vel plaustro, prout melius viderit expedire, et in camera inferiori unam cameram privatam, si quo modo fieri possit. Teste rege apud Winton' xviii. die Februarii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Hugoni de Butyun iij. quercus in foresta de Den' videlicet in balliva de Staunton', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Judeo.—Benedictus Creppin finem fecit cum rege pro xv. marcis, quas rex concessit operacioni ecclesie Westm', pro suspicione

1246.

de eo habita de mutatione quarundam cartarum de debitis que fuerunt Hamonis de Hereford', Judei, et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod catalla ipsius Benedicti, que ea occasione cepit (*sic*), ei deliberent. Teste ut supra.

Pro abbate Glaston'.—Quia abbas Glaston' habuit servicium suum cum rege in Wallia, rex concessit eidem abbati scutagium suum scilicet de scuto xl. solidorum, mandatum est vicecomitibus Sumers', Dors', Wilt' et Berk' quod permittant eundem abbatem colligere scutagium suum per manum suam sicut debet et solet, et unde dicit se esse in possessione de omnibus feodis militum que tenentur de eo, et ad hoc si necesse fuerit auxilium ei inpendat. Teste ut supra.

Pro Petro Chaceporc'.—Rex cepit in manum suam lx. libras quas Petrus Chaceporc debet Aaron le Blund, Aaron filio Abraham, et Elie le Evesk', et ipsas rex assignavit operationi ecclesie Westm', ita quod singulis annis quousque solvantur reddat custodibus operationis predicte x. libras videlicet c. solidos ad festum Sancti Michaelis et c. solidos ad Pascham, incipiente primo termino solucionis predicte ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxx. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri permittant. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Bello Campo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de illis xx. marcis quas Galfridus de Bello Campo soluisse debuerat Aaron de Ebor', Judeo, a die Pasche in unum mensem anno etc. xxvij. ipsum Galfridum quietum esse faciant non obstante eo quod idem Galfridus predictum terminum erga ipsum Judeum, propter servicium regis in Wascon' quo fuit cum rege per preceptum regis, non potuit servare, quia rex eas ei perdonavit in Wascon' circa festum beate Trinitatis anno eodem. Teste rege apud Winton' xxij. die Februarii.

De j. furca data.—Mandatum est Henrico de Farl', custodi foreste Suht', quod faciat habere Emerico de Sacy in balliva sua ubi commodius poterit quandam furcam ad quandam domum suam reparandam, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta de Pauncehal' faciat habere custodi hospitalis Sancti Johannis extra portam orientalem Oxon', x. quercus cum excaetis ad quoddam (*sic*) grangiam faciendam in predicto hospitali, de dono regis. Teste ut supra.

De casula et capis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod emi faciat ditiorem casulam quam invenire poterit ad vendendum, quia rex eam vult mittere usque abbaciam Fontis Ebroldi, ubi quidam predecessorum regis sunt humati, et ij. capas de samitto brudatas, quarum unam rex mittet usque eandem abbaciam, et aliam offeret in ecclesia Beati Petri Westm'. Teste ut supra.

1246.

De maeremio ad operaciones regis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere vicecomiti Norht' maeremium quantum necesse fuerit ad reparacionem domorum regis de Clive, Geitinton' et Brikestok', ubi commodius et ad minus nocumentum foreste capi poterit per talliam inter forestarios, qui maeremium ei liberabunt, et ipsum factam de numero quercuum. Teste rege apud Winton' xxiiij. die Februarii.

De tradendo in ballium.—Robertus filius Stephani Johannes le Bethin, Willelmus Gildenbeg', Rogerus filius Willelmi, et Adam King', capti et detenti in prisona regis Cycestr' pro morte Pagani Bercarii, unde appellati sunt, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Sussex', qui appellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est H. de Forleg', senescallo foreste Sutht', quod in bosco de la Bocholt' faciat habere Fulconi de Mungumery iij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Hyda.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod Avicia de Columbariis concessit nobis manerium suum de Colingeburn', quod tenuit de abbate de Hyda per servicium iij. militum, ut ipsam acquietemus versus ipsum abbatem de servicio j. militis, et concessimus predicto abbati quod de feodis militum que de nobis tenet in capite decidat ei et successoribus suis inperpetuum servicium feodi unius militis pro servicio unius militis in quo eidem abbati tenemur de predicto manerio de Colingeburn', racione concessionis predicte : et ideo vobis mandamus quod ipsum abbatem de predicto feodo quietum esse et predictam concessionem stare et inrotulari facias. Teste rege apud Winton' xxvj. die Februarii. Et habet inde litteras patentes.

De piscibus regi mittendis.—Mandatum est ballivis de Newenham quod omnes salmones lampredas et alias bonas pisces quos invenire poterit venales sicut inveniri poterunt emi, et ad regem usque Merleberg' vel alibi ubi rex fuerit cariari faciat : et cum rex custum sciverit, illud in firma ville sue faciet allocari. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Thome le Naper xx. solidos ad quos amerciatus fuit coram justiciariis qui ultimo itineraverunt ad placita foreste in comitatu Berk' : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De terris excolendis et seminandis.—Mandatum est Waleramo Teutonico quod omnes terras que fuerunt W. Mares', quondam comitis Penbrok', in Netherwent excoli et seminari faciat secundum quod melius viderit expedire, capiendo ab executoribus predicti defuncti blada et carucas ad predictas terras excolendas, et rex precium bladi et carucarum eis allocari faciet ad scaccarium in debito quod predictus defunctus regi debuit, nisi commodum regis alias melius facere poterit. Teste ut supra.

1246.

Pro Ricardo de Brug'.—Rex vicecomiti Salop', salutem. Scias quod Ricardus, frater et heres Willelmi de Brug', fidelitatem nobis fecit de duabus virgatis et una noca terre cum pertinenciis in Oppinton' quam idem Willelmus tenuit de nobis in capite, et ideo tibi precipimus quod salva uxori que fuit predicti Willelmi racionabili dote sua de terra predicta, eidem Ricardo plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Winton' xxix. die Februarii.

Pro Emerico de Sacy'.—Mandatum est Henrico de Ferl', senescallo foreste de Pember', quod permittat Emericum de Sacy singulis annis capere in predicta foresta xx. carcatas mortui bosci ad focum suum, sicut in ea capere consuevit, et si quid (in ea *cancelled*) ei aretro est de anno preterito, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

[m. 17.] *Ne capre intrent forestam regis.*—Mandatum est Avicie de Columbar' quod non permittat de cetero quod Eustachius de Tanelacr' vel aliquis alius habeat capras in boscis suis qui sunt infra motas foreste regis in balliva sine speciali precepto regis. Teste rege apud Lutegar' iij. die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod in foresta de Shireford faciat habere Willelmo de Grey vj. bonas quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De terris excolendis et seminandis.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestrie, quod provideat quod dominica regis comitatus Cestr' hoc anno excolantur et seminantur sicut melius poterit, ita quod rex inde non sit perdens. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Henrico de Farleg', senescallo foreste de la Bere, quod in bosco regis de la Bocholt' faciat habere Simoni de Bately duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Merleberg' iiij. die Marcii.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est Roberto de Mucegros quod nullatenus omittat quin hac instanti die Lune proxima ante festum Beati Gregorii pasci faciat apud Windes' dc. pauperes pro anima quondam sororis regis, regine Scocie. Teste ut supra.

Pro hominibus de Aundever'.—Quia homines de Andever' liberaverunt in garderobam regis P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, die Veneris proxima ante festum sanctarum Perpetue et Felicitatis apud Lutegares' xl. solidos, per quos finem fecerunt cum rege pro quibusdam transgressionibus mercati ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

Hybernia.—Intimatum est regi pro certo quod archiepiscopus Armacanus cessit archiepiscopatui suo et quod per cessionem suam vacans est : et mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod omnes terras et possessiones ejusdem archiepiscopatus in manum regis capiat et salvo custodiat donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste rege apud Merleberg' v. die Marcii.

1246.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est Edwardo de Westm' quod pasci faciat in festo Sancti Gregorii pasci faciat (*sic*) in magna aula Westm' tot pauperes quot in ea poterunt contineri, et [cum] rex custum sciverit, breve de Liberate ei rex habere faciet. Teste rege ibidem vij. die Marcii.

De utensilibus reparandis.—Rex mittit Lond' de utensilibus coquine ij. magnas chauderas, iij. ollas et iiij. magnas patellas eneas vetustate confractas, quas de novo fieri facit de bono et electo ere, ita quod prompte sint et parate ad Pascham : et cum rex custum sciverit, illud eis allocari faciet. Teste ut supra.

Pro ballivo de Havering'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod si Willelmus de Uplavering', ballivus regis de Havering, arestatus non fuerit coram eis alia occasione quam pro arreragiis firme regis debite tempore suo de manerio de Havering', tunc ipsum a prisona Marescalli de Scaccario deliberari faciant, quia arreragia illa rex assignavit ad domos regis de Havering' reparandos, de quarum reparacione coram eis adhuc non potest computare. Teste ut supra.

De quodam utlagato capiendo.—Quia regi datum est intelligi quod Nicholaus Thoche utlagatus fuit coram justiciariis qui ultimo itineraverunt in comitatu Dors', et idem Nicholaus post conversatus est in comitatu Surr', mandatum est vicecomiti Surr' quod ipsum capiat et in prisona regis salvo custodiat donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste rege apud Merleberg' x. die Marcii.

De quodam palefrido et quadam cuppa.—Mandatum est H. de Malo Lacu et W. de Exemuth' quod cuppam que fuit abbatis de Malmesbir' offerant ex parte regis ad magnum altare ecclesie ibidem ad inponendum capud Sancti Audoeni, de dono regis, et palefridum qui fuit ejusdem abbatis mittant post regem hac die Dominica usque Sanderford.

De j. feria tenenda apud Merleberg'.—Quia rex vult quod una feria decetero teneatur apud Merleberg' pro melioracione ejusdem ville in parochia Sancti Petri circa ecclesiam extra cimiterium et intra, singulis annis, duratura per iiij. dies, videlicet in vigilia et in die apostolorum Petri et Pauli et duobus diebus sequentibus : mandatum est vicecomiti Wilt' quod feriam illam per totam ballivam suam clamari et teneri faciat ut predictum est. Teste rege apud Merleberg' xj. die Marcii.

Pro Maria que fuit uxor Galfridi Esturmy.—Rex commisit Marie que fuit uxor Galfridi Esturmy manerium de Russoc cum pertinenciis, habendum in tenanciam nomine dotis que eam contingit de libero tenemento quod fuit predicti Galfridi quondam viri sui, ita quod si manerium illud non sufficiat ad racionabilem dotem suam, recuperare possit ad alias terras que fuerunt ipsius Galfridi, et si manerium illud valeat plus quam ad racionabilem dotem suam pertineat, tunc amensuretur dos predicta alias quando rex precipiet, et mandatum est vicecomiti Wigorn' quod de eodem manerio ei seisinam habere faciat nomine dotis ut predictum est. Teste ut supra.

1246.

De quadam vigilia prohibenda.—Quia datum est regi intelligi quod quedam vigilia que teneri consuevit apud manerium abbatis de Abbendon' de Wyleham in festo apostolorum Petri et Pauli, levata est ad nocumentum ferie regis quam rex teneri precepit in eodem festo apud Merleberg', mandatum est vicecomiti Berk' quod predictam vigiliam in eodem festo prohiberi faciat. Teste ut supra.

Pro reclusa de Bretford'.—Mandatum est Ade Cok' quod faciat habere Nicholae recluse de Bretford' vj. carectatas de seckelionibus in foresta de Clarendon' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De cheveronibus datis.—Mandatum est Roberto de Mucegros quod faciat habere Nicholao de Barbeflet vj. cheverones in foresta de Savernak ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est eidem quod faciat habere Alexandro Chevorel x. fusta in predicta foresta ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De cera ad opus regis querenda.—Mandatum est vicecomitibus London' quod sine dilacione queri et ad opus regis in civitate London' retineri faciant quinque miliaria cere, ita quod rex eam promptam habeat in proximo adventu suo usque Westm', et cum rex precium illius scere (*sic*) sciverit, illud eis allocari faciet. Teste rege apud Windes' xv. die Februarii.

De maeremio ad operaciones regis.—Mandatum est custodibus foreste de Savernak' quod in predicta foresta de Savernak faciant habere Roberto de Mucegros maeremium ad quandam coquinam faciendam ad opus regis in castro de Merleberg' cum omnibus excaetis provenientibus de eodem maeremio. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est R. Passelewe archidiacono Lewens' quod in foresta de Brehull' faciat habere Fratribus Minoribus Oxon' vj. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De maeremio ad operaciones regis.—Mandatum est Avicie de Columbariis (Henrico de Farleg' senescallo foreste regis de Sutht' shir' *cancelled*) quod in balliva sua ubi commodius fieri poterit, faciat habere Roberto de Mucegros' maeremium ad quendam porticum ante hostium aule regis de Lutegares' faciendum, et maeremium ad quendam gradum inter aulam et cameram regis ibidem faciendum. Teste rege apud Windes' xiiij. die Marcii.

De perdonacione.—Rex perdonavit monialibus de Bromhal' x. solidos qui ab eis exiguntur per summonicionem Scaccarii pro inbladamento trium acrarum cujusdam assarti facti in Sunigehull' quas rex eis dedit et per cartam suam confirmavit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsas de predictis x. solidis quietas esse faciant. Teste ut supra.

1246.

Pro monachis de Waverleg'.—Rex concessit abbati et monachis de Waverleg' quod vj. libras et x. solidos, quos regi debuerunt pro inbladamento cujusdam assarti, ponant in operacionibus ecclesie sue, de dono regis : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos pro eisdem vj. libris et x. solidis distringi non faciant. Teste rege apud Wind' xv. die Marcii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sutht'.

De fustis datis.—Rex Johanni de Pless', salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis dilecto et fideli nostro Stephano Lungesp' viginti fusta in foresta nostra de Chippenham ad meremium, de dono nostro. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in bosco regis de Hanleg' faciat habere Fratribus Minoribus Norht' vj. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Ricardus Scot et Ricardus Tail, capti et detenti in prisona regis de Eylesbir' pro morte Willelmi de Wivelesthorp', unde Hugo filius Willelmi de Burton' eos apellat, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Buk' quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc.

De terris excolendis et seminandis.—Mandatum est H. de Malo Lacu et W. de Axemuth, custodibus abbacie de Malmesbir', quod de tallagio assidendo super maneria predicte abbacie de bladis et instauris preter racionabilem estoverium conventus illius loci et familie sibi necessarie, et preter boves necessarios ad carucas comodum regi faciant : terras etiam ejusdem abbacie excoli et seminari, et palefridum quod fuit ipsius abbatis ad opus regis bene custodiri, faciant : redditum autem assisum ante terminos colligere non est necesse : rex etiam bene vult quod comes Cornubie percipiat xx. libras de villa de Malmesbir', sicut consuevit. Teste ut supra.

De quercu data.—Mandatum constabulario de Sancto Briavello quod habere faciat Willelmo le Clerc civi Bristoll' unam bonam quercum in foresta de Dene, de dono regis, ad unum mastum faciendum. Teste ut supra.

[m. 16.] *Pro Roberto le Norreis.*—Rex concessit Roberto le Norreys custodiam terre et heredum Roberti de Sancto Georgio usque ad etatem heredum predictorum una cum maritagio eorundem : et mandatum est custodi honoris de Lancastr' quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Roberti de Sancto Georgio in balliva tua (*sic*) et de quibus idem Robertus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, eidem Roberto le Norreis plenam seisinam habere faciat, salva Petronille, que fuit uxor predicti Roberti, racionabili dote sua que eam contingit de terris predictis quam predictus Robertus le Norreis per visum proborum et legalium hominum ei faciat assignari. Teste rege apud Westm' xviij. die Marcii.

Eodem modo scribitur Roberto de Crepping'.

1246.

De tradendo in ballium.—Johannes de Lond' Hugo le neveu le Abbe, Johannes de Rykelherst, Henricus de Givinton' Stephanus le Mainer, Ricardum (*sic*) de Bech', Rogerus le Palefreur, Robertus le Priur, Willelmus le Syre, Adam le Pestur, Bruninger Gubiny, Willelmus le Deveneys, Petrus Cuttut, Petrus filius Agnetis, Reginaldus le Forester, Radulfus le Neweman, Gilbertum (*sic*) Grun, Hugo de Elemos', Martinus filius Basil', Cok filius Alani le Venur', Robertus le Peet, Willelmum (*sic*) le Peet, Robertus le Baud, Godwinus de la Felde, Johannes de Talham, Vitalis filius Matillidis, Ricardus le Maltmakere (Malst *cancelled*) et Hugo le Sumeter, capti et detenti in prisona regis de Bello pro morte Roberti le Gardiner et Radulfi de Fraxino, unde Helewisa, que fuit uxor ipsius Roberti, et Elena, que fuit uxor ipsius Radulfi, eos appellant, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Sussex' quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro priore de Parco et aliis.—Quia constat regi per inquisicionem quod Willelmus de Percy in ligia potestate sua per duos annos ante obitum suum dedit Rogero Maudut xx. solidos redditus percipiendas per annum de molendinis de Tatecastr', et priori de Parco ij. marcatas redditus, et Thome le Lardener xvj. solidatas redditus, mandatum est Roberto de Crepping' quod ipsis Rogero priori et Thome talem seisinam habere faciat de redditibus predictis qualem inde habuerunt antequam redditus illos caperet in manum regis. Teste rege apud Westm' xix. die Marcii.

Pro Roberto de Villy.—Quia Robertus de Villy solvit in garderobam regis xvj. marcas residuas de xxxij. marcis per quas finem fecit cum rege pro libera warenna feria et mercato habendis in manerio suo de Thornor', videlicet videlicet (*sic*) [iiij.] marcas pro hujusmodi concessione et xij. marcas pro carta quam rex ei inde fieri fecit, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis xxxij. marcis quietum esse faciant. Teste ut ut (*sic*) supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Henrico de Farleg' quod in foresta de Axiholt' faciat habere Rogero de Wyvull' x. quercus ad se hospitandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Gorges.—Rex rogat Thomam rectorem scolarum Rading' quod Radulfum de Gorges, puerum regis, una cum filio Willelmi de Egremund admittat nutriendos et instruendos, et rex de sustentatione eorundem ei sufficienter providere simul et laborem suum condigne respiciet. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Johanni de Grey xx. marcas ad quas amerciatus fuit coram justiciariis regis qui ultimo itineraverunt ad placita foreste in comitatu Buk', et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westm' xxij. die Marcii.

Pro Johanne de Pless'.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Oxon' quod faciat habere Johanni de Pless'

tallagium de hominibus suis de manerio de Chaugrave, quod aliquando fuit dominicum regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wigorn' de hominibus de Kideministr' talliandis et vicecomiti Norf' de hominibus de Hengham et Bangham talliandis, et vicecomiti Warr' de hominibus de Warr' talliandis. Teste ut supra.

De petra et aliis.—Rex Petro le Blund, constabulario Turris Lond', salutem. Mandamus vobis quod de petra et cemento meremio et aliis liberandis magistro operacionum nostrarum Westm' secundum quod dilectus clericus noster E. filius Odonis de Westm' ex parte nostra vobis dicet faciatis, et pellem leene quam habetis in custodia vestra eidem E. liberetis, de dono nostro. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Aluredo de Suleny xl. solidos quos regi reddidisse [debuit] in festo Sancti Andree anno etc. xxx. de firma manerii de Sufflet', et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc'. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod faciat habere priori et canonicis de Shelford' xx. quercus in foresta de Shirewud' ad monasterium suum reedificandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro canonicis de Leg'.—Quia regi constat per inspeccionem carte quam rex fieri fecit priori et canonicis de Legh' de annuo redditu xij. marcarum, quod rex eis redditum illum concessit in liberam puram et perpetuam elemosinam, mandatum est vicecomiti Suff' quod ipsos non distringat ad scutagium regi reddendum de redditu predicto, et averia sua si qua ea occasione cepit deliberari faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Marcii.

Hybernia.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod assignet ex parte regis discretos et legales homines qui melius sciant extendere terras et tenementa et feoda militum que fuerunt W. Mares' quondam comitis Penbrok in Hybernia, et ea extendi faciat per eosdem, quantum valeant per extentores et similiter quos heredes predicti comitis ad hoc assignabunt, quos cum ad hoc faciendum ad eum venerint admittant, et postquam extenta illa facta fuerit eam regi mittat. Teste ut supra.

Pro Johanna que fuit uxor Reginaldi de Valle Torta.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestr', (eidem *cancelled*) quod de terris et tenementis que [fuerunt] Reginaldi de Valle Torta in balliva sua de hereditate Johanne uxoris sue, et que cepit in manum regis, eidem Johanne plenam seisinam rehabere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Say.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod non distringat milites Willelmi de Say vel liberos homines de eo tenentes per servicium militare in balliva sua pro scutagio excercitus regis de Gannok', quod prefati milites et libere tenentes ei solverunt per preceptum regis. Teste ut supra.

1246.

Pro abbate Cyrencestr'.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Glouc' quod faciat habere abbati de Cyrencestr' racionabile tallagium de hominibus suis ville Cycestr' (*sic*). Teste rege apud Westm' xxv. die Marcii.

Pro Hospitalariis.—Quia rex confirmavit priori Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' in Anglia serjanciam quam ei dedit Reginaldus Marc' per cartam suam quam rex nuper inspexit, quam quidem serjanciam idem Reginaldus aliquando de rege tenuit in Thurmodeston', et quam nuper cepit in manum per preceptum regis, et (*sic*) mandatum est Roberto de Crepping' quod eandem seisinam quam idem prior habuit de eadem serjancia antequam eam cepit in manum regis ei habere faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in foresta de Den' faciat habere comiti Ricardo lx. quercus ad maeremium faciendum ad operaciones abbacie de Hales, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis de Wauberg' faciat habere Magistro Rogero de Ravelingeham iij. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in foresta regis de Dene habere faciat Willelmo de Cantilup' juniori duas damas, de dono [regis]. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod habere faciat Willelmo Lingesp' (*sic*) xxx. et v. quercus in foresta regis de Clive, de dono [regis]. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta de Salceto faciat habere Fratribus de ordine Minorum Norht' x. quercus cum omnibus excaetis suis ad fabricam ecclesie sue et domorum suarum, de dono regis. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Suth' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Roberti de Ponte Arche in balliva sua, Constancie que fuit uxor ipsius Roberti racionabilem dotem assignari faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Dors', Wilt', Glouc' et Waleramo Teutonico.

De maeremio ad operaciones regis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod per visum forestariorum et viridariorum faciat habere constabulario castri de Rokingeham per talliam inter eos factam meremium quantum erit necesse ad reparacionem et emendacionem domorum regis ejusdem castri. Teste ut supra.

Pro abbate de Rading'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod non permittat quod abbas de Boxle vel aliquis alius habeat ingressum in feodo abbatis de Rading' quod habet in Howe, nisi de assensu et voluntate ipsius abbatis et conventus sui. Teste ut supra.

1246.
[m. 15.]

Pro Cestrensi episcopo.—Rex ex mera liberalitate et gracia sua concessit R. Coventr' et Lichefeld' episcopo omnia blada que rex habuit in grangia de anno preterito una cum bladis que rex seminari fecit in dominicis terris ejusdem episcopatus, et mandatum est Magistro S. de Wauton' quod eidem episcopo de omnibus bladis predictis de dono regis plenam seisinam habere faciat sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Drogone de Barentin.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Oxon' quod faciat habere Drogoni de Barentin racionabile tallagium de hominibus suis in manerio de Chalgrave, quod aliquando fuit dominicum predecessorum regis regum Anglie.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta de Blakemor' faciat habere Willelmo de Cantil' vj. damas et iij. damos vivos ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Westm' xxvj. die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe, senescallo foreste de Bernewod', quod in bosco regis de Pauncehal' faciat habere Galfrido de Langel viij. quercus ad maeremium faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro filio Willelmi de Percy.—Quia regi constat per inquisicionem quam fieri fecit quod Willelmus de Percy' per iij. annos ante mortem suam dedit in feodo Enger' de Percy, et Willelmo et Alano et Jocelino fratribus ejusdem Enger', filiis suis, manerium suum de Levinton' cum pertinenciis, et illud commisit abbati de Salleg' custodiendum ad opus eorundem filiorum suorum, ita quod idem Willelmus de Percy nichil percepit de exitibus ejusdem manerii per ipsos iij. annos predictos, mandatum est Roberto de Crepping' quod eisdem Enger' Alano Willelmo et Jocelino seisinam habere faciat de eodem manerio cum pertinenciis qualem inde habuerunt quando rex terras ejusdem Willelmi capi preceperit in manum suam, et siquid de manerio illo percepit a tempore predicto eis reddi faciat. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti comitis Mares'.—Quia Willelmus de Wilton', Simo de Kilkenn', Magister Ricardus de Averberg' et Willelmus de Horsendon', executores testamenti W. Mares' quondam comitis Penbrok', fecerunt regem securum de debitis in quibus idem comes regi tenebatur, regi solvendis ad terminos quos rex eisdem executoribus concessit, mandatum est vicecomiti Noting' quod ipsos executores, vel aliquem ex ipsis loco omnium, liberam permittat habere administracionem sine inpedimento de omnibus bonis et catallis que fuerunt ipsius comitis in balliva sua ad execucionem testamenti sui faciendam, et si quid de bonis vel catallis predictis distractum fuerit vel amotum, id sine dilacione reddi faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Hereford', Linc', Ebor', Dors', Wigorn', Norf', Lanc', Norht', Suff', Buk', Cantebr', Berk', Noting', Willelmo de Kemes', senescallo Lagen', Roberto Walerand', senescallo Penbrok, Waleramo Teutonico, senescallo Netherwent'.

Eodem modo scribitur Willelmo de Cheenay, custodi terrarum que fuerunt ejusdem comitis in Hybernia, per litteras patentes.

1246.

De maeremio ad operaciones regis.—Mandatum est Galfrido filio Warini et Roberto de Parco quod in foresta de Feckenham vel in parco regis ibidem, faciat habere Magistro Simone (*sic*) de Wauton' maeremium quantum necesse fuerit ad domos regis de Feckenham prout rex ei injunxit facere, per talliam inter eos factam de numero quercuum, quas ad hoc ei liberaverint. Teste rege apud Westm' xxviij. die Marcii.

Mandatum est Ade Cok' quod in balliva sua faciat habere custodibus operacionum regis de Clarendon' maeremium quantum necesse fuerit ad plachias nove camere et ad duas cameras in novo stabulo faciendas, et virgas ad cleias faciendas ad operaciones predictas per talliam inter eum et ipsos factam de numero quercuum quas ad hoc ei liberaverit. Teste ut supra.

Pro Paulino Peyver'.—Rex concessit Paulino Peyver' custodiam terre et heredum Radulfi de Sancto Amando quam prius rex commiserat Matheo de Coudray conservandam ad opus regis tenendam usque legitimam etatem eorundem heredum una cum maritagio eorundem. Et mandatum est eidem Matheo quod de omnibus terris quas habet in custodia de terris que fuerunt ipsius Radulfi simul cum carucis et toto instauro quod rex emi precepit ad easdem terras et de heredibus ipsius Radulfi eidem Paulino plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Oxon' et Berk' et Wilt' nulla facta mencione de heredibus predictis ; similiter et justiciario Hybernie.

Hybernia.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod diligentem faciat inquisicionem quas terras et que tenementa Galfridus de Marisc' tenuit de C. Imilicensi episcopo ante quam idem Galfridus esset utlagatus, et omnes terras et tenementa predicta que extiterunt in manu regis per unum annum et unam diem post utlagacionem predicti Galfridi restitui faciat ecclesie Imilicensi, et plenam eidem episcopo de omnibus terris et tenementis predictis cum pertinenciis seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Rex perdonavit eidem episcopo c. solidos ad quos amerciatus fuit coram justiciario regis ad assisas de Cassel' pro quadam disseiesina, et mandatum est eidem justiciario quod de predictis c. solidis ipsum quietum esse faciant, et si forte iidem c. solidi soluti sint ad scaccarium, rex dedit eidem episcopo ex habundanti [gracia] breve de Liberate per quod illos ei reddi faciat. Teste ut supra.

Rex thesaurario et camerariis scaccarii sui Dublin', salutem. Liberate de thesauro nostro eidem episcopo c. solidos quos solvit ad idem Scaccarium de amerciamento pro quadam nova disseisina et quos post ea eidem episcopo perdonavimus. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit W. de Ferar' comiti Der' vj. marcas de scutagio Ranulfi quondam comitis Cestr' et xl. solidos quos exigit ab eodem comite Der' de debito Stephani de Bello Campo. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

1246.

Pro comite Dereb'.—Mandatum est Roberto de Crepping' quod serjantias comitis Dereb' inter Rebbel et Mers', quas cepit in manum regis occasione precepti regis de serjantiis regis in manum regis capiendis eidem comiti et Agneti uxori ejus seisinam habere faciat, quia rex per cartam suam dedit R. quondam comiti Cestr' terram inter Ribbel et Mers' cum pertinenciis, quam comes Dereb' tenet de hereditate ejusdem Agnetis sororis predicti Ranulfi: et siquid ab eisdem serjantiis ceperit dum fuerunt in manum regis, id eis reddi faciat. Teste ut supra.

Pro priore de Hurl'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod non distringat tenentes prioris de Hurl' aut homines ipsorum tenencium pro amerciamentis factis coram justiciariis qui ultimo itineraverunt ad placita foreste in comitatu suo, unde idem prior amerciamenta illa habere debet per cartam regis quam rex ei inde fieri fecit. Teste ut supra.

Pro Reynero de Luk'.—Quia constat regi quod Reinerus de Luk', mercator arestatus in nundinis Stanford', non est usurarius, mandatum est Johanni Cumbald' et Willelmo de Plesset' quod sine dilacione deliberetur, et omnes mercandise sue sibi restituantur et quod libere possit mercandisam suam exercere. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta de Wichewod' faciat habere Willelmo de Ferariis, comiti Dereb', x. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto Passelewe quod in bosco regis de Hanleg' faciat habere Paulino Peyver' vj. bonas quercus cum excaetis suis ad maeremium de dono regis. Teste rege apud Westm' xxviij. die Marcii.

De perdonacione.—Rex perdonavit priori de Fineshed' cxj. solidos per quos finem fecit cum rege pro inbladamento quorundam assartorum factorum in foresta de Clive, et qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii; et mandatum est vicecomiti Norht' quod ipsum inde pacem habere permittat. Teste rege apud Westm' xxix. die Marcii.

Postea mandatum fuit idem baronibus de Scaccario anno xxxvij.

Pro Enger' de Wardham.—Quia per inspeccionem carte Enger' de Wardham rex intellexit quod j. carucata terre cum pertinenciis in Banburg' quam Robertus de Crepping' cepit in manum regis occasione inquisicionis facte de serjantiis regis alienatis in manum regis capiendis, non est de aliqua serjantiarum regis, mandatum est eidem Roberto quod talem seisinam ei habere faciat de eadem carucata terre qualem inde habuit quando eam cepit in manum regis occasione predicta. Teste ut supra.

Pro heredibus Hugonis Wak'.—Rex reddidit Aline Wak' et Johanne de Munber, heredibus Hugonis Wak', omnes terras que fuerunt ejusdem Hugonis in Banham et Boxleg', salvo tamen jure regis quod habet in eisdem terris quas rex dicit esse excaetam suam: et mandatum est vicecomiti Berk' quod eisdem Aline et Johanne de eisdem terris cum pertinenciis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

1246.

De venacione capienda.—Rex mittit Willelmum Luvel et Warnerum Luvel venatores ad capiendum vj. capreolos et x. damas in bruillis regis de Bedewind', et mandatum est Ricardo Esturmi quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Ade Cok, ballivo de Clarendon', quod admittat Philippum de Candever' et Ricardum de Candever' ad capiendum viij. bissas in foresta de Graveling'.

Pro Wintoniensi episcopo.—Rex bene vult quod W. Wintoniensis episcopus in reconpensacionem redditus v. solidorum quem percipere consuevit per annum de terra que fuit Walteri Ruffi quam de rege tenuit, et quem redditum consuevit percipere per manum Fratrum Predicatorum Wintoniensium, postquam prefatus W. terram illam ei commiserat, percipiat decetero de mesuagio, quod Thomas de Winton' clericus tenet in Bridelestret, et hoc eidem episcopo est significatum. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Langeleg'.—Rex dedit et concessit Galfrido de Langel' totam terram cum pertinenciis que est in manu regis in manerio de Stanfordeham de terris Normannorum, habendam et tenendam de rege et heredibus suis donec terre quas Johanna de Havill' tenet in Mulecot' super Avene, Molecot' super Sture et Dersinton' in comitatu Warr' deliberate sint per mortem ipsius Johanne, et quas post mortem suam rex dedit prefato G. et heredibus suis, et unde ipsa Johanna quoad vixerit reddit eidem G. duas marcas per annum, et extunc prefata terra de Stanfordeham ad regem et heredes suos revertetur; et mandatum est Roberto de Crepping' quod eidem G. de predicta terra de Stanfordham cum pertinenciis, excepta advocacione ecclesie, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et habet inde litteras patentes per omnia.

[m. 14.] *Pro Fratribus Minoribus.*—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestr', quod si cum indempnitate civitatis Cestr' fieri possit de consensu proborum hominum ejusdem civitatis, permittat Fratres ordinis Minorum penetrare murum ejusdem civitatis ad attractus petre et maeremii faciendos ad construccionem ecclesie sue et domorum suarum. Teste ut supra.

Pro archiepiscopo Ardmacensi.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod omnia bona que fuerunt archiepiscopi Ardmacensis ante tempus translacionis vel resignacionis [confirmacionis *cancelled*] sue, que in manum regis ea occasione seisita fuerunt, quod predictum archiepiscopatum in manum regis [racione custodie ad regem pertinentis tanquam vacantem rex capi fecit *cancelled*], certis ejusdem archiepiscopi procuratoribus reddi faciat. Teste rege apud Westm' xxix. die Marcii.

Pro abbate de Bruerr'.—Mandatum est Willelmo de Langel', forestario de Wichewud', quod permittat abbatem de Bruer' habere singulis diebus ij. carratas semel itinerantes in foresta predicta ad mortuum boscum et ad subboscum ad focum suum, sicut fieri poterit ad minus nocumentum ejusdem foreste donec eidem abbati et domui sue

1246.

rex assignari fecerit aliquam certam porcionem de boscis regis ejusdem foreste loco predictarum ij. carettarum ad predictum focum suum. Teste ut supra.

Pro abbate de Stanlawe.—Mandatum est Johanni de Pless' quod permittat abbatem de Stanlawe capere petram in quareris foreste regis de Chipenham ad fabricam ecclesie sue, si cum indempnitate foreste capi possit. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodi vinorum regis de Windes' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Petro de Wakering' ij. dolia vini ad opus Margarete filie regis et familie commorantis apud Windes'. Teste rege apud Wind' xxxj. die Marcii.

Pro Galfrido Gacelin.—Rex concessit Galfrido Gacelin custodiam terre et heredis Alexandri de Bradeford, habendam usque ad legitimam etatem heredis ipsius Alexandri una cum maritagio ejusdem heredis : et mandatum est Roberto de Crepping' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Alexandri et sunt in manu regis ei una cum herede predicto plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westm' j. die Aprilis.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex dedit et per cartam suam confirmavit Radulfi. (*sic*) filio Nicholai et heredibus suis manerium de Twiford cum pertinenciis habendum et tenendum de rege et heredibus suis per servicium feodi j. militis inperpetuum, et mandatum est vicecomiti Buk' quod de eodem manerio cum pertinenciis eidem Radulfo una cum firma ejusdem manerii de termino Annunciationis Dominice proximo transacto plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Johanni de Munnemuth' quatuordecim libras et duodecim solidos quos ei debuit pro quatuor doliis vini, viginti quarteriis frumenti, et viginti et sex baconibus, que ballivi sui ceperunt de warnestura de Kardigan ; et mandatum est Nicholao de Mol' quod ipsum inde pacem habere permittat.

Pro Johanne de Munemuth'.—Mandatum est N. de Mol' quod quendam prisonem vel ejus redempcionem, quem homines Johannis de Munemuth' ceperunt et quem homines regis de Kardigan ei detinent, sine dilacione predicto Johanni reddi, et vadia que homines ipsius Johannis inpignoraverunt ibidem pro iiij. libris, de quibus victualia empta fuerunt ad opus suum tempore quo fuerunt in municione castri regis de Kardigan deliberari faciat, quia alias solutionem predictarum iiij. librarum rex assignabit. Teste ut supra.

Pro comite de Bygorr'.—Mandatum est Roberto de Crepping' quod de terris et excaetis regis que sunt in custodia sua assignet B. comiti Bygorr' cclxxj. et dimidiam marcatas terre exceptis vj. denariis que ei adhuc restant assignande de ccl. libratis terre quas rex ei promisit ei in Anglia assignandas. Teste ut supra.

1246.

De quodam castro videndo.—Mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod mittat Eustach' de Laval', Rogerum Bertram, Ricardum Maltalent et Willelmum de Heton usque castrum de Banburg' ad videndum in quo statu Hugo de Bolebec liberavit idem castrum Rogero filio Radulfi cui rex illud comisit custodiendum quamdiu sibi placuerit, et quibus scilicet et cujusmodi armaturis et utensilibus in castro necessariis, et quod mittat eosdem milites usque Novum Castrum super Tinam ad videndum similiter in quo statu idem Hugo liberabit idem castrum Willelmo Herun, cui rex illud castrum comisit sicut predictum est, et quibus et cujusmodi armis et armaturis et utensilibus in castro necessariis, et statum eorundem castrorum in quo ea receperint predicti Rogerus et Willelmus sub sigillis eorundem militum regi venire faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Geres.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod faciat habere Johanni de Geres, cui rex concessit manerium de Paunton' tota vita sua tenendum, omnes redditus ejusdem manerii a tempore mortis Thome de Augno qui habuit manerium illud ad vitam suam de ballivo regis. Teste rege apud Westm' iiij. die Aprilis.

De venacione capienda.—Rex mittit Robertum de Mares et quosdam de vadlettis regis ad capiendum xxv. damas in foresta regis extra parcum suum de Havering' contra instans festum Pasche : et mandatum est Ricardo de Munfichet quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

Pro hominibus de Mungumery.—Quia datum est regi intelligi quod inventus est quidam locus juxta Mungumery ubi petra fodi poterit ad domos cooperiendas, mandatum est J. Extraneo, constabulario de Mungumery, quod si petra illa sine indempnitate regis et ad comodum proborum hominum de Mungumery capi poterit, tunc illos petram illam fodere et extrahere permittat. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Galfridi.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod ex quo ballivi Johannis filii Galfridi conpotum suum reddiderint de comitatu Glouc', de tempore quo idem Johannes habuerit custodiam ejusdem comitatus, allocari faciant eidem in firmis vel aliis debitis [predictis *cancelled*] suis id quod de comitatu predicto secundum conpotum predictum ei debebit allocari de tempore quo custodiam comitatus predicti habuerit : insimul etiam alia debita que rex ei perdonavit et non sunt ei ad Scaccarium regis allocata in firmis vel debitis predictis pro voluntate ipsius Johannis ei allocari faciant. Teste rege apud Westm' vj. die Aprilis.

Pro Paulino Peyver'.—Rex vicecomiti Noting' et Dereb', salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Paulino Peyvere custodiam terre et heredum Radulfi de Sancto Amando usque ad legittimam etatem eorundem heredum una cum maritagio eorundem : et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Radulfi in balliva tua una cum instauro et carucis earundem terraram eidem plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Westm' ix. die Aprilis.

1246.

De tradendo in ballium.—Willelmus filius Johannis de Henhirst et Hamo frater ejus, capti et detenti in prisona regis pro morte Alani Syward, unde appellati sunt, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Kanc', quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Et quercubus datis.—Mandatur constabulario Divis' quod faciat habere F. Londoniensi episcopo xxx. quercus, videlicet xx. in foresta de Chipenham et x. in foresta de Melkesham, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Ricardus Uppenhull', captus et detentus in prisona regis Winton' pro morte Thome Gladewin', unde rettatus est, et Robertus filius Ricardi et Johannes frater ejus, capti et detenti in eadem prisona pro eadem morte, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Sutht', quia idem Ricardus rettatus et predicti Robertus et Johannes apellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Hybernia.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod admittat Johannem de Lond' capellanum ad ministrandum in capella regis castri Dublin' et ei liberaciones suas de cetero habere faciat et similiter robas, eo modo quo capellanus qui in eadem capella ministravit habere consuevit, si eas habere consuevit. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Langel'.—Rex concessit Galfrido de Langel' totam terram cum pertinenciis que fuit in manu regis [nostra *cancelled*] in manerio de Stanfordeham de terris Normannorum, habendam et tenendam ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit: et mandatum est Roberto de Crepping' quod de eadem terra cum pertinenciis eidem Galfrido plenam seisinam habere faciat sicut predictum est. Teste rege apud Merton' xj. die Aprilis.

Pro abbate Bristoll'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod abbas Sancti Augustini Bristoll' liberavit in garderobam nostram Petro Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, die Dominica proxima ante festum Beati Johannis Baptiste anno etc. xxix. quinquaginta solidos de centum solidis quos nobis promisit in auxilio ad primogenitam filiam nostram maritandam, et ideo vobis mandamus quod de predictis quinquaginta soidlis quietum esse faciatis. Teste meipso apud Merton xj. die Aprilis.

De tradendo in ballium.—Reginaldus Faber de Frileford, captus et detentus in prisona regis apud Waling' pro morte Ade de Cleyndon', unde rettatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Berk', quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste rege ibidem xiij. die Aprilis.

Pro Willelmo de Bingeham.—Rex vicecomiti Sumerset', salutem. Precipimus tibi quod talem seisinam habere facias Willelmo de Bingeham de feodo unius militis cum pertinenciis in Suttun' qualem habuit die quo predictum feodum cepisti in manum nostram per

1246.

preceptum nostrum, salvo nobis jure nostro quod credimus habere in feodo memorato: et si quid inde occasione predicta cepisti ei sine dilacione restitui facias. Teste [apud Westm' *cancelled*] ut supra.

Pro hominibus de Templo.—Mandatum est Johanni le Poher et Willelmo de Wigorn', assignatis ad burgos et dominica regis in comitatibus Norht' et Linc' tallianda, quod nullum tallagium assideant super homines tenentes de magistro milicie Templi in dominicis regis aliter quam assideri consuevit temporibus predecessorum regis et suo, postquam homines predicti tenuerunt de domo Templi. Teste rege apud Merton' xiiii. die Aprilis.

Pro Aynon filio Owen.—Quia Aynon filius Oweni optulit regi servicium suum et ad morandum fideliter ad fidem regis, mandatum est J. Extraneo quod, accepta ab eo bona securitate de stando et perseverando fideliter in servicio regis, ipsum retineat ad solidum regis, ad xii. scilicet denarios per diem, a die Dominica Palmarum proximo preterita in antea quamdiu fideliter regi servierit. Teste ut supra.

Pro regina.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de melioribus et carioribus (*sic*) debitis que debentur quibusdam Judeis qui non satisfecerunt regine de auro debito ei ad terminos suos eis prefixos habere faciant eidem regine ad valenciam auri predicti quod ei restat solvendum, sicut J. le Franceis, receptor ejusdem auri, providerit de consilio ipsorum justiciariorum ut supra.

De tradendo in ballium.—Robertus de la Forde, captus et detentus in prisona regis de Ivelcestr' pro morte Willelmi le Gorz, unde rettatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Sumers', quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De baudekinis regi mittendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod regi mittat iij. vel iiij. baudekinos non de baudekinis regis set de hiis venalibus quos Lond' inveniet, ita quod rex eos apud Certes' habeat hac die Mercurii instanti. Teste rege apud Merton', xvj. die Aprilis.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Westm' quod faciat habere Magistro Patricio de Karleon', singulis diebus quamdiu moram fecerit ibidem pro infirmitate sua unum sextercium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Jacobo de Aldithel'.—Mandatur J. de Grey, justiciario Cestr', quod permittat Jacobo de Aldithel habere easdem advocaciones in manerio suo de Nova Aula quod habet de dono Henrici de Aldithel', patris sui, quas idem Henricus habuit antequam manerium illud ei dedisset, donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

Pro quibusdam collectoribus tricesime regis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod si per inspeccionem rotulorum

de Scaccario ei constiterit quod Robertus filius Willelmi, Simo de Berkl' et Ricardus filius Johannis, qui assignati erant ad tricesimam regis colligendam in comitatu Cornubie non habuerunt expensas suas de tempore quo fuerunt in servicio regis colligendo eandem tricesimam, tunc eis expensas suas sicut ceteris collectoribus ejusdem tricesime habere faciat, et cum rex sciverit summam pecunie quam eis liberaverit, breve de Liberate ei inde faciet rex habere. Teste rege apud Cert' xviij. die Aprilis.

Consimiles litteras habet Henricus de Bodrigan'.

Pro operacionibus Westm'.—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod omnes naves de balliva sua arestari faciat, ita quod nulla navis illarum que consueverunt deferre petram de balliva sua usque London' decetero petram aliquam ducant nisi ad operaciones regis Westm', et ex parte regis injungat omnibus petram in balliva sua vendentibus, quod nulli petram vendicioni exponant nisi ad operaciones predictas per visum eorum quos custodes operacionum predictarum ad hoc assignabunt, ita quod rex habeat ad operaciones illas citra Pentecostem cc. navatas petre, et scire faciat omnibus qui petram ad operaciones illas vendi vel illuc cariari faciant quod rex tam custum petre illius quam cariagium reddi faciat. Teste rege apud Wind' xx. die Aprilis.

[m. 13.] *Pro Johanne capellano.*—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod permittat Johannem capellanum de Middleham habere petram maeremium et plumbum que posuerat in quadam gaiola et capella ultra eandem gaiolam construendis apud Ebor', et que jam dirrute sunt occasione castri regis quod construi facit ibidem, et siquid inde amotum fuerit ei id reddi faciat. Teste rege apud Wind' ut supra.

Pro executoribus testamenti Enger' de Divull'.—Quia executores testamenti Enger' de Divull' testificati sunt coram rege quod Robertus le Sauvag' satisfecit eis de c. marcis in quibus tenebatur eidem Enger' pro quibus rex capi precepit in manum suam totam terram quam idem Robertus habuit in Shepeye donec de predictis c. marcis satisfecisset eidem, mandatum est vicecomiti Leic' quod de predicta terra cum pertinenciis eidem Roberto vel certo attornato suo seisinam habere faciat qualem inde habuit quando capta fuit in manum regis, simul et omnes proventus quos inde post capcionem illam proximus predecessor suus vicecomes Leyc' percepit, et si quos idem vicecomes qui nunc est inde percepit. Teste rege apud Wind' xviij. die Aprilis.

De perdonacione.—Rex perdonavit canonicis Sancte Marie de Merleberg' xvij. solidos et iiij. denarios qui ab eis exiguntur per summonicionem Scaccarii pro quibusdam litteris patentibus de proteccione, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

Rex perdonavit Ricardo de Grey x. marcas de xxx. marcis ad quas amerciatus fuit in comitatu Buk' pro transgressione foreste, de quibus xx. marcis rex ei prius perdonavit. Teste ut supra.

Rex perdonavit Johanni filio Galfridi xxx. libras de arreragiis suis de firma de Ailesbir', et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

1246.

De maeremio.—Memorandum quod breve j. directum Ricardo de Munfichet de maeremio inrotulatur in rotulo de Liberate.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod loco Roberti de Sancto Georgio, quondam coronatoris regis ejusdem comitatus, eligi faciat alium coronatorem etc.

De prisonibus custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod ij. feminas, inventas in societate latronum qui nuper interfecerunt servientem Thome Gresl' in manerio suo de Castreton', quas ballivi ejusdem Thome ei liberabunt ab eis recipiat et in prisona regis Norht' salvo custodiat, donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste rege apud Wind' xx. die Aprilis.

De tradendo in ballium.—Walterus de Madredon', captus et detentus in prisona regis de Corf' pro morte Willelmi de Esse, unde rettatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Dors', quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro Emerico de Chaunceus'.—Mandatum est R. de Clifford, constabulario Sancti Briavelli, quod faciat habere Emerico de Chaunceus redditus de Sancto Briavello de termino Pasche proximo preterito ut de tempore illo et de tempore quo habuit custodiam predicti castri plene regi respondere possit ad Scaccarium; et similiter omnia arreragia de tempore suo. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex baronibus suis de Scaccario. Sciatis quod perdonavimus Galfrido de Leuekenor viginti solidos ad quos amerciatus fuit pro pluribus coram dilecto et fideli nostro R. Passeleawe et sociis suis justiciariis ultimo itinerantibus ad placita foreste apud Norhampton'; et ideo vobis mandamus quod ipsum G. de predictis viginti solidis quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Pro monachis de Farleg'.—Quia regi constat per inspectionem cartarum predecessorum regis, regum Anglie, quod j. carucata terre cum pertinenciis in Foxangr' in manerio de Rudes' data fuit priori et monachis de Farleg' in puram et perpetuam elemosinam, mandatum est constabulario Divis' quod de tallagio nuper assiso super terram predictam predictos priorem et monachos quietos esse faciat, ita tamen quod regi plenarie solvatur tallagium super homines ejusdem ville ad opus regis nuper assisum. Teste ut supra.

De maeremio ad operaciones regis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in parco de Havering' faciat habere Reginaldo le Rus maeremium, ubi ad minus nocumentum ejusdem parci capi poterit, ad cindulam camere regis ibidem faciendam, per talliam inter ipsum Reginaldum et parcarium de numero quercuum factam. Teste rege apud Wind' xxj. die Aprilis.

De debitis Judeorum.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de omnibus debitis que fuerunt Hamonis Judei Hereford', de quibus Mokke de Hereford' filius et heres ipsius Hamonis finem fecit cum rege,

1246.

et que debita rex assignavit ad fabricam ecclesie Westm', nichil decetero ad Scaccarium recipiant et siquid inde ceperint, id ei in primis terminis solucionis sue faciant allocari. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Rading' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Johanne uxori Johannis de Frethorn' j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De Isabella que fuit uxor D. filii Lewel'.—Mandatum est abbati de Basingewerk' quod Isabellam que fuit uxor D. filii L. quondam principis Norwall', que est in castro de Dissard, quam Philippus le Bret' constabularius ejusdem castri ei liberabit per preceptum regis, ad eo recipiat et ipsam in propria persona sua salvo conduci faciat usque Godestowe perhendinaturam ibidem cum abbatissa ejusdem domus, donec de statu suo rex aliter providerit. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Isabelle quod ad partes illas in conductu ipsius abbatis se transferat. Teste ut supra.

Et mandatum est per litteras patentes eidem Philippo quod eam eidem abbati liberet. Teste ut supra.

Et rex rogat predictam abbatissam quod eam in abbacia sua admittat, et ei honorifice cum familia sua necessaria inveniat, donec de statu suo rex aliter ordinaverit. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Vallibus.—Significatum est Willelmo de Ferar' quod rex bene vult et concedit ei quod pacem faciat et amicabiliter componat cum Willelmo de Vallibus de transgressione quam fecit de Alienora filia sua sine assensu regis affidanda, salva tamen regis emendacione ad quam regi faciendam tenetur pro transgressione predicta. Teste ut supra.

Pro Judeo.—Rex assignavit Jacobum Judeum filium Flur' ad sedendum ad Scaccarium regis tanquam unum de clericis de scaccario Judeorum, quamdiu regi placuerit et bene et fideliter regi servierit : et mandatum est J. de Wivill' et Magistro R. de Gosebec, justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quod ipsum ad hoc admittat. Teste rege apud Wind' ut supra.

Pro monachis de Snelleshal'.—Rex concessit priori et monachis de Snelleshal' quod capiant per annum xxx. carettatas bosci ad focum suum in foresta de Whitlewude quamdiu regi placuerit : et mandatum est Roberto Passelewe quod predictas xxx. carratas bosci ipsos in eadem foresta capere permittat sicut predictum est. Teste rege apud Wind' xxix. die Aprilis.

Et habet inde litteras patentes.

De plumbo.—Mandatum est Alano de Farnham quod totum plumbum quod habet in castro regis Oxon', tam de veteri turri quam de aliis domibus prostratis in predicto castro, liberet vicecomiti Wiltes', deferendam (*sic*) usque Clarendon' ad cooperiendum ibidem camere (*sic*) regine, et alias domos que (*sic*) rex plumbo cooperiri precepit. Teste ut supra,

1246.

Pro hominibus de Stratton.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestr', quod permittat homines de manerio de Stratton, quod est in manu regis racione custodie terre et heredis J. quondam comitis Linc', habere aisiamenta in eodem manerio, ut in pasturis et aliis, dum steterint in custodia regis qualia tempore predicti comitis habere consueverunt. Teste ut supra.

Pro heremita Sancti Leonardi qui est in foresta de Wind'.—Rex concessit caritatis intuitu heremite Sancti Leonardi in foresta de Windes' illas iij. acras terre de assarto, quas quidam heremita predecessor ejus occupavit in predicta foresta et que capte fuerunt in manum regis racione inquisicionis facte per preceptum regis de purpresturis factis in eadem foresta ; et mandatum est Roberto Passelewe et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod de predictis iij. acris ipsi heremite plenam seisinam habere, et de iiij. solidis et sex denariis qui ab eo exiguntur pro vestura [purprestura *cancelled*] predictarum iij. acrarum terre, ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

De Judaismo.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod sigillum nostrum de scaccario Judeorum et rotulos nostros quos fidelis noster Thomas de Neuwerk, quem ab officio illo dimisimus, in custodia sua habuit, dilectis et fidelibus nostris Johanni de Wyvill' et Magistro Rogero de Gosebek, quos ad custodiam Judeorum justiciarios nostros constituimus, tradi faciatis. Teste me ipso apud Windes' xxiij. die Aprilis anno regni nostri xxx.

Pro Roberto de Valle.—Rex perdonavit Roberti (*sic*) de Valle militi Walteri Byset xij. marcas quas debuit Saleme Judee Lond' et quod debitum est in manu regis per mortem ipsius Saleme : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De prisone custodiendo.—Quia Willelmus de Sancto Owein', serviens regis de Wudestok', nullam habet gaiolam in qua poterit custodire malefactores, mandatum est vicecomiti Oxon' quod ij. homines captos pro malo retto, quos idem W. ei liberabit, ab eo recipiat et in prisona regis Oxon' custodiat. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex episcopo Ossoriensi, salutem. Bene recolimus sicut multociens didiscimus quod labores immensos odia non minima et contumelias propter agenda nostra, quibus indesinenter ac fideliter intendistis, sustinuistis, pro quo paternitati vestre non modicas set convenientes referimus gratiarum acciones, super eo vero quod nobis consuluistis ut Willelmo de Chaeney, senescallo nostro Lagen', daremus in mandatis, quod ad presens supersedeat de brevibus de cursu utendis et sigillandis et de assisis capiendis, vos certificamus quod id ei mandavimus et insuper sicut innotuit vobis per litteras nostras quod in Lagenia sit major copia vini et bladi quam alibi in Hybernia, eidem Willelmo sccripsimus (*sic*) quod vina ad opus nostrum capiat usque ad trescentum doliorum (*sic*) et bladum similiter de navibus etiam capiendis ad bladum et vina ad nos in Walliam defferendis, vobis mandamus quod

1246.

quamcito poteritis decem naves ad hoc arestari faciatis, ita quod ad ultimum prompte sint ad instans festum Pentecoste et possint, cum mandaverimus, vel cum dilecto (*sic*) et fidelis noster J. filius Galfridi, justiciarius noster Hybernie, vobis scire fecerit ex parte nostra versus nos iter maris arripere. Sciatis eciam quod suscepta peticione vestra de custodia manerii de Achebo quod W. Maresc', quondam comes Penbr', tenuit de predecessoribus vestris, et nos libenter eam exaudiremus nisi nobis in grave verti posset prejudicium, eo quod si custodiam illam vobis concederemus, nonnulli tam de rengno (*sic*) nostro Anglie quam de terra nostra Hybernie similes postularent custodias, et gratiam vobis inpetratam contra dingnitatem (*sic*) nostram usu Langeno obtentam traherent in consequenciam quod nullatenus nobis expedire : verumtamen paternitatis vestre benevolenciam rogamus attente quatinus eadem sollicitudine quam temporibus retroactis agendis et voluntatibus nostris vacastis, adhuc sollicite curetis intendere, et nos, annuente Domino, taliter paternitatem vestram respiciemus in aliis quod omnes labores et sumptus vestros negociis nostris inpensos salvos reputabitis, et insuper gratiam et favorem a nobis reportabitis optatum. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Willelmo quod a predictis ad presens desistat et omnem diligenciam apponat ad capienda vina et blada ad opus regis ad sustentacionem exercitus regis quem ducturus est in Walliam.

[m. 12.] *Pro Fratribus Minoribus.*—Significatum est probis hominibus Wigorn' quod rex bene vult quod Fratres Minores Wigorn' ingressum et egressum habeant per quandam posticum in muro ejusdem civitatis, quibus mandatum est quod posticum illam fieri permittant, nisi per posticum illam periculum possit imminere eidem civitati. Teste rege apud Wind' xxiiij. die Aprilis.

Rex, caritatis intuitu et pro paupertate Simonis Cupere, detenti in prisona apud Rading', remisit ei transgressionem quam fecit in parco de Windes' : et mandatum est abbati de Rading' quod acceptis xij. plegiis quod decetero in nullo transgredi presumet in aliquo parco vel foresta, ipsum a prisona deliberet. Teste ut supra.

Pro comitissa Warr'.—Rex commisit Ele comitisse Warr' manerium de Neweton cum pertinenciis quod fuit Roberti de Ponte Arch' quamdiu regi placuerit : et mandatum est vicecomiti Sutht' quod de predicto manerio eidem Ele plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est, salva uxori que fuit predicti Roberti racionabili dote sua de manerio predicto. Teste ut supra.

Pro Roberto Passelewe.—Rex dedit et concessit Roberto Passelewe, archidiacono Lewens', totam terram quam Ricardus filius Ricardi de Bella Fago tenuit in Pirie et Ledhal' de terris Normannorum, habendum et tenendum de rege et heredibus suis eidem Roberto et heredibus suis donec terra regis Anglie et terra Normannorum sint communes, et rex eam reddiderit rectis heredibus per voluntatem suam vel per pacem, faciendo inde regi et heredibus suis servicium inde debitum :

1246.

et mandatum est vicecomiti Oxon' quod de predicta terra cum pertinenciis eidem Roberto plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo Chubbe.—Rex dedit et concessit Willelmo Chubbe totam terram quam Ricardus filius Ricardi de Bella Fago tenuit in Stokes de terris etiam Normannorum etc. ut supra, et mandatum est vicecomiti Hereford' quod de predicta terra cum pertinenciis ei plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Alexandro filio Alexandri.—Mandatum est constabulario de Windes' quod talem seisinam habere faciat Alexandro filio Alexandri quondam parcarii de Wind' de custodia ejusdem parci cum omnibus libertatibus ad eundem parcum pertinentibus qualem idem Alexander pater suus inde habuit die quo obiit. Teste rege apud Wind' xxv. die Aprilis.

De cera et aliis ad opus regis capiendis.—Mandatum est ballivis de Lenn' quod de cera que applicuit in villa sua per justum precium capiant ad opus regis xx. milia, et de grisio opere xx. milia, et liberari faciant Willelmo de Pless' ad opus regis, vel certo nuncio suo, una cum cera quam serviens ipsius Willelmi ibidem cepit ad opus regis, et mercatores a quibus cera illa et grisium opus capta fuerint regi mittant, quibus eorum precia rex reddi faciet. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit R. de Monte Alto, senescallo Cestr', xix. libras que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro auxilio regi concesso ad primogenitam filiam regis maritandam : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Cantebr' quod in pleno comitatu suo et per assensum ejusdem comitatus eligi faciat duos coronatores, loco Philippi de Staunton et Radulfi de Saham quondam coronatorum eorundem comitatuum, qui prestito sacramento etc.

De perdonacione.—Rex perdonavit Henrico heremite de Sancto Leonardo in foresta de Windes' iiij. solidos et vj. denarios qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro vestura unius assarti in foresta de Wind' : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De foresta de Savernak' custodienda.—Mandatum est Ricardo Esturmi quod liberet Roberto de Mucegros ballivam foreste de Savernak que fuit Galfridi Esturmi, fratris sui, quam rex commisit eidem Roberto custodiendam cum herede ipsius Galfridi. Teste ut supra.

Pro Conversis.—Mandatum est custodi Conversorum Lond' quod Adam Page et Leticiam uxorem suam conversos qui jam redierunt de abbacia de Shaftesbir', ubi moram fecerunt, recipiat et ipsos exhibeat sicut alios ex conversis predictis. Teste rege apud Keniton' xxviij. die Aprilis.

1246.

De bremiis datis.—Mandatum est Reginaldo Ruffo quod de vivario regis de Havering' faciat habere S. de Everdon', archidiacono Cestr', xl. bremias ad vivarium suum de Aungre instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem per diversa brevia quod faciat habere Willelmo Hardel de eodem vivario xxx. bremias, Magistro Radulfo de Neketon' xxx. bremias, Petro de Sabaudia quater xx. bremias, Petro Chaceporc xl. bremias, de dono regis.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Alicia de Norhawe et Matillis filia ejus, capti et detenti in prisona regis apud Norwic' pro morte Johannis filii ipsius Alicie unde rettate sunt, rettate sunt de morte illa odio et atia etc, mandatum est vicecomiti Norf' quod eos tradat in ballium etc. Teste ut supra.

De plumbo.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod totum plumbum, quod per visum proborum hominum et per pondus recepit tam de veteri turri quam de aliis, quando rex ei castrum Oxon' commisit custodiendum, tradi faciat in presencia eorundem et per pondus vicecomiti Wilt' ad operaciones de Clarendon'. Teste (ut supra *cancelled*) rege apud Westm' j. die Maii.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Stafford' et Linc' quod de terris que fuerunt Galfridi Costentin et sunt in manu regis et in custodia sua assignet Nicholae, que fuit uxor ipsius Galfridi, racionabilem dotem suam. Teste ut supra.

Hybernia.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod permittat homines episcopi de Galawath', suffraganei Ebor' archiepiscopi, emere in partibus Hybernie vina et alia necessaria ad opus ipsius episcopi, et ij. navatas carcatas tam vino quam aliis victualibus et necessariis sine inpedimento per mare ducere usque Galawath' ad sustentacionem ipsius episcopi et familie sue. Teste ut supra.

De bremiis cariandis.—Rex mittit Willelmum piscatorem de London' usque Havering' cum vj. doliis ad cariandum in eis bremias usque London' ad vivaria regis instauranda ; et mandatum est Reginaldo le Rus quod bremias quales eligere voluerit, et tot quot sine dampno deferri poterunt, ei liberet cariandas per talliam inter eos de eorum numero factam. Teste ut supra.

Pro Henrico de Murweden'.—Quia Johannes de Murweden' recognovit coram rege quod pro quadam custodia quam Henricus de Murweden', frater ejus, ei dimisit, idem Johannes tenetur ipsum Henricum acquietare de c. libris quas idem Henricus debet Aaron de Ebor' Judeo, mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod cartam ipsius Henrici, quam idem Judeus inde habet, ab archa extrahi, et cartam ipsius Johannis loco ejusdem carte in predicta archa poni faciant. Teste ut supra.

1246.

De quercubus datis.—Mandatum est Waleramo Teutonico quod in foresta de Grosnund faciat habere priori de Lankeun vj. quercus, de dono regis. Teste rege apud Westm' ij. die Maii.

De prisone recipiendo.—Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod Adam le Paumer, quem Willelmus de Bernac arestari fecit in comitatu suo eo quod ipsum manuceperat habere ad comitatum Leyc' responsurum de morte Ricardi la Justise, unde appellatus fuit, ab eo recipiat et in prisona Norht' detineat donec aliud habuerit preceptum. Teste rege apud Westm' ij. die Maii.

Hybernia.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod quamcito continget ipsum applicare in Hybernia, provideat de warnestura regi mittenda una cum thesaurario regis Hybernie cui idem mandatum est, ad castra regis in marchia munienda, videlicet de ccc. doliis vini, iij. milibus quarteriorum frumenti, ij. milibus quarteriorum avene, et ij. milibus baconum, et de aliis warnesturis, ita quod omnia prompta sint et parata et in bonis navibus ducenda cum primo vento oportuno usque Cestr' ad municionem castrorum predictorum. Teste rege apud Westm' ij. die Maii.

Eodem modo scribitur Ossor' episcopo, thesaurario regis Hybernie.

De vinis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Rading' quod de vinis regis que sunt in custodia sua mittant duo dolia vini usque Wind' ad opus regine, et ea retari faciant. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in forinseco bosco de Havering' faciat habere Elene uxori Willelmi Dun, que fuit nutrix regis, iij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Engelfeld'.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Willelmus de Engelfeld' tenuit de comite Mares' feoda ij. militum et dimid' de honore Giffard' in villa de Shiplak in comitatu Oxon', et in villa de Etechot' in comitatu Buk' et in villa de Binetr' in comitatu Oxon', et quod feoda predicta semper solent acquietari in predicto comitatu de feodis militum que tenentur de predicto Willelmo, mandatum est vicecomiti Norf' quod pro scutagio regi reddendo de feodis predictis is eodem comitatu suo districcionem fieri faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomitibus Buk' et Oxon' quod ipsum Willelmum pro scutagio regi reddendo de feodis predictis decetero non distringant. Teste ut supra.

Pro hominibus Hereford'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de xx. marcis quas homines Hereford' liberaverunt Roberto Passel' de promissione regis facta contra transfretacionem suam in Wasconiam, et quas W. Ebor' archiepiscopus postea una cum alia thesaurario regis misit in Wasconiam, ipsos homines quietos esse faciant. Teste rege apud Westm' iiij. die Maii.

1246.

Pro Nicholao de Mol'.—Mandatum est vicecomiti Wigorn' quod non permittat executores testamenti Ade Rollandi habere administracionem de catallis suis ad execucionem testamenti sui faciendam, donec satisfecerint Nicholao de Mol' de xxvj. libris quas ei debuit de arreragiis dum fuit ballivus suus de terris que fuerunt comitum Lanc' et Warr' in comitatu Ebor'. Teste ut supra.

Quia Alanus Burnel' posuit per preceptum regis in expensis nunciorum ducis de Brunewiz' xl. solidos quos thesaurarius et camerarii ei liberaverunt, mandatum est baronibus de Scaccario thesaurario et camerariis quod ipsum Alanum inde quietum esse faciant. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia redditum fuit breve.*

[m. 11.] *De quodam mercato tenendo.*—Quia rex vult quod mercatum teneatur in villa de Hadleg' singulis diebus (*sic*) per diem Mercurii, et quod omnes qui ad predictum mercatum venerint ad emendum vel vendendum quieti sint de theloneo per iij. annos proximo futuros, mandatum est vicecomiti Essex', quod id per totum comitatum suum clamari et teneri faciat. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Willelmo de Lindon' xv. marcas que adhuc regi a retro sunt de c. marcis ad quas amerciatus fuit coram justiciariis itinerantibus ad placita foreste: et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis xv. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Westm' (Wind' *erased*) vij. die Maii.

Hybernia.—Rex Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, salutem. Mandamus vobis quod in presencia thesaurarii nostri et baronum de scaccario nostro Dublin' scrutari faciatis rotulos de eodem scaccario nostro, per quorum inspeccionem nobis scire faciatis, que, quot et quanta debita exigantur a Petro de Geneve ad idem scaccarium nostrum de debitis Walteri de Lacy, cujus alteram heredum idem Petrus duxit in uxorem, et ob quam causam eadem debita ab eodem Petro exigantur: interim autem eidem Petro de debitis predictis pacem habere permittatis donec aliud a nobis habueritis mandatum. Teste rege apud Westm' iiij. die Maii.

De grisio opere et aliis ad opus regis capiendis.—Rex ballivis de Sandwyc', salutem. Quia audivimus pro certo quod quedam navis carcata de de griso opere et de alio opere ponderis applicuit in portu de Sandwic', vobis precipimus quod non permittatis quod aliqua fiat vendicio vel distractio de rebus vendibilibus in predicta navi contentis donec capi fecerimus ad opus nostrum id quod de predictis mercandisis duxerimus capiendum. Teste ut supra.

De portubus custodiendis.—Rex Bertramo de Crioyll', constabulario suo Dover', salutem. Quia per pecuniam diversimode a regno nostro asportatam nimis depauperatur ad nostrum et omni regno nostro dispendium non modicum et gravamen, vobis mandamus firmiter injungentes quod singulis portubus qui sunt in custodia vestra bonam et salvam custodiam apponatis, ita quod nulla pecunia a regno nostro asportetur per mercatores vel per alios nisi pecunia

1246.

illa sit propria mercatorum sive virorum religiosorum de partibus transmarinis proveniens ex beneficiis et possessionibus eorum quas habent in regno nostro predicto, accepta bona securitate ab hiis qui pecuniam illam asportant quod est propria mercatorum vel predictorum virorum religiosorum de beneficiis et possessionibus suis predictis : tali igitur diligencia hoc negocium prosequamini quam debuimus specialiter commendare, et ne pro neggligencia ipsorum custodum ad ipsos capere graviter debeamus. Teste ut supra.

De falconibus.—Mandatum est Willelmo de Norht' quod eyriam falconum de Brikestok liberet Thome falconario vel homini suo custodiendam ad opus regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivo de Clarendon de eyriis falconum in balliva sua, et constabulario de Brug' de eyriis falconum de Brug', et constabulario de Corf' similiter, et constabulario castri de Bestan', et ballivo de Gillingeham de eyriis falconum de balliva sua, et Galfrido de Mortuo Mari de eyriis falconum de Waub' et de Clive.

De mutis reparandis.—Mandatum est Willelmo de Norht', custodi foreste de Brikestok et Geitinton', quod permittat vicecomitem Norht' capere virgas quando necesse fuerit in balliva sua ad reparacionem mutarum regis de Geitinton'. Teste ut supra.

Pro abbate de Flexleg'.—Quia regi constat per inspectionem carte Henrici regis avi regis, et confirmationem regis, quod abbas de Flexleg' debet habere quandam forgiam itinerantem in foresta de Den', mandatum est Ricardo de Clifford, constabulario de Sancto Briavello, quod permittat eundem abbatem habere talem seisinam in foresta predicta de predicta forgia qualem inde prius habuit antequam rex ei commisit custodiam predicte foreste. Teste ut supra.

Pro hominibus Linc'.—Quia rex vult quod homines manentes infra ballivam castri Linc', eo quod sunt in gilda mercatorum cum hominibus infra ipsam civitatem manentibus, participes sint de cetero cum hominibus ejusdem civitatis in omnibus tallagiis que fieri continget in eadem civitate pro negociis ipsius civitatis, mandatum est constabulario castri Linc' quod id fieri permittat. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est camerario regis London' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere magistro milicie Templi in Anglia ij. dolia vini ad festum capituli sui celebrandum, de dono regis. Teste rege apud Westm' viij. die Maii.

De perdonacione.—Rex perdonavit priori monachorum de Theford' v. marcas per quas finem fecit cum rege ut rex ipsum quietum clamaret de conpoto exituum episcopatus Norwic' de tempore quo habuit custodiam ejusdem episcopatus una cum abbate de Hulmo ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Philippo Basset'.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandant' (*sic*) est vicecomiti Buk' quod faciat habere Philippo Basset

1246.

racionabile tallagium de hominibus tenentibus de eo in Wycumb' quod aliquando fuit dominicum predecessorum regis regum Anglie. Teste ut supra.

Pro Godefrido de Gammag'.—Mandatum est Johanni de Munemuth quod restituat Godefrido de Gamages terram suam quam Walenses occuparunt, et castrum suum conbusserunt tempore hujus ultime gwerre inter regem et Walenses, et quam postea rex recuperavit super ipsos. Teste rege apud Croynden' viij. die Maii.

Pro Conversis.—Mandatur magistro Conversorum Lond' quod Willelmum conversum et Agnetem filiam suam in domo Conversorum recipiat et eis sicut ceteris conversis necessaria inveniat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Caukewell'.—Rex replegiavit Johanni de Caukewell' terram suam usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxx, quam rex capi fecit in manum suam ; et mandatum est vicecomiti Sutht' quod ei inde seisinam habere faciat ut predictum est. Teste ut supra.

De pavimento faciendo.—Walterus de Livet, maior Cestrie, Johannes filius Ulfletil, Ricardus le Clerk, et Ricardus Saracenus debent esse intendentes ad civitatem Cestr' pavandam : quibus mandatum est quod ad hoc intendant. Teste ut supra.

Et mandatum est probis hominibus Cestr' quod eam pavari faciant. Teste ut supra.

Pro Mabilia de Cantil'.—Mandatum est R. de Clifford, constabulario de Sancto Briavello, quod permittat Mabiliam de Cantil' habere forgiam suam itinerantem in foresta de Den' sicut habuit ante tempus suum. Teste ut supra.

Pro Hugone de Vivon'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod id quod de plano est allocandum Hugoni de Vivon' in compoto suo de tempore quo habuit custodiam Sumers' et Dors' et castrorum de Corf' et de Shireburn', ei allocari faciant, et si aliquid subsit dubietatis vel difficultatis quare plenam allocacionem ei non duxerint faciendam, illam dubietatem vel difficultatem regi scire facient. Teste ut supra.

De parco claudendo.—Mandatum est Ricardo de Ponte, servienti de Keniton', quod si xv. marcas quas rex ei liberari fecit ad claudendum spinetum de Keniton', et parcum inde faciendum, et ad caminum faciendum in camera regine ibidem non sufficiant ad continuandum easdem operationes quousque rex redierit a Kancia, tunc de exitibus ejusdem manerii quod ei defuerit capiat et continuo operari faciat in operationibus predictis : et custum quod posuerit in operationibus predictis per visum et testimonium legalium hominum rex ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro priore de Theford'.—Quia prior c[an]onicorum Theford' nichil tenet de rege in capite, mandatum est vicecomiti Norf' quod de

1246.

demanda quam ab eo exigit ad primogenitam filiam regis maritandam pacem ei habere permittat. Teste rege apud Otteford ix. die Maii.

De j. cervo capiendo.—Rex mittit venatores suos ad capiendum quendam cervum famosum in balliva Avicie de Columbariis, cui mandatum est quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De venatione capienda.—Eodem modo scribitur Enger' de Pratell' quod admittat eosdem venatores ad capiendum x. damos et iij. vel iiij. cervos in balliva sua ad opus regis. Teste ut supra.

Pro magistro milicie Templi.—Mandatum est Roberto Passelewe quod visa carta regis quam fieri fecit magistro milicie Templi de x. bestiis habendis in foresta regis ad capitulum suum tenendum, provideat ubi ad minus nocumentum et detrimentum foreste illas habere possit, et eas hac vice ei habere faciat. Teste ut supra.

De navibus.—Mandatum est Bertramo de Cryoyl' quod non permittat aliquam navem de v. Portibus vendi alicui de potestate regis Francie, vel aliquod maeremium, de quo navis aliqua construi possit, deferri ad partes transmarinas sine licencia regis, et hoc per totam ballivam suam firmiter teneri et clamari faciat. Teste rege apud Cant' xij. die Maii.

De apellacione pro rege facienda.—Mandatum est Roberto Passelewe, archidiacono Lewens', quod si contingat priorissam et conventum de Shaftesbir' procedere ad eleccionem abbatisse ejusdem domus, publice appellari faciat pro rege ne, aliquo ducte spiritu, presumant sibi eligere in abbatissam Agnetem de la Ferere, precipue cum manifestum sit quod suscitata sit et producta de genere proditorum regis, et cum rex alias habeat excepciones validissimas, quibus propositis et probatis, ineligibilis erit penitus et repulsa. Teste rege apud Dovor' xiiij. die Maii.

Pro canonicis Rotomag'.—Rex concessit canonicis Rothomagens' propter sinceram affectionem quam erga eos habet de gracia sua redditum terrarum et pasture manerii de Whytlingleg' de termino Pasche proximo preterito anno etc. xxx. : et mandatum est Henrico de Farleg' quod predictum reditum de termino predicto plenarie eis vel nuncio suo habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Dovor' xv. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe, archidiacono Lewens', quod in foresta de Savernak faciat habere A. comitisse Leycestr' x. quercus, de dono regis. Teste rege apud Cantuar' xvj. die Maii.

De damis capiendis.—Rex mittit Robertum de Mares et Robertum de Stopham ad capiendum x. damos in parco de Havering' ad opus regis contra instans festum Pentecost'. Et mandatum est Ricardo de Munfichet quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

1246.

De blado et baconibus.—Mandatum est custodi manerii de Elham' quod Laurette comitisse et recluse de Hakinton' faciat habere de exitibus ejusdem manerii ij. quarteria frumenti, ij. ordei et j. avene et ij. bacones, sicut Alicia comitissa Augi ea ei dedit et reddere solet tempore quo manerium predictum fuerit in manu sua. Teste ut supra.

Rex custodi manerii de Elham', salutem. Scias quod inspeximus cartam per quam A. comitissa Aug' dedit Amicie nepti sue vj. summas frumenti vj. summas ordei annuatim percipiendas ad festum Omnium Sanctorum in manerio de Elham per manus servientis ejusdem manerii, et ideo tibi precipimus quod vj. summas frumenti et vj. ordei ei habere faciatis de termino Omnium Sanctorum anno etc. xxx., et deinceps quamdiu manerium illud fuerit in manu regis et custodia sua. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Stephano Lungesp' lxv. libras, videlicet xxxv. libras de debitis que debebantur David Judeo Oxon', et xxx. libras de aliis debitis que regi debebat : et mandatum est baronibus de Scaccario quod, non obstante fine quem Licoricia que fuit uxor ipsius David fecit pro catallis et debitis que fuerunt ipsius David, ipsum Stephanum de predictis xxxv. libris et etiam de eisdem xxx. libris quietum esse faciant. Teste rege apud Westm' xxiij. die Maii.

[m. 10.] *Pro Ricardo de Whicheberg'.*—Rex cepit homagium Ricardi filii et heredis Elene de Whicheberg' de omnibus terris et tenementis que eadem Elena tenuit de rege in capite et unde se dimisit : et rex relevium suum ei inde perdonavit : et mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod de omnibus terris et tenementis predictis de quibus eadem Elena fuit seisita ut de feodo, de quibus se dimisit, ei plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Anselmo Wreng'.—Quia testificatum fuit coram rege apud Cantuar' per probos homines ejusdem ville quod Thomas filius Menner' non moriebatur occasione ictus quem Anselmus Wrench ei dederat in faciem cum palma cum, lodo precedente, rixarentur adinvicem, set solum per infirmitatem in quam cito postea decidit, nec occasione ictus predicti, et etiam dictus Thomas priusquam moreretur et tam pater quam mater ipsius Thome testificati sunt illud idem, mandatum est ballivis Cantuar' quod ipsum Anselmum, captum et detentum in prisona regis Cantuar' occasione mortis predicte, ab eadem prisona deliberari faciant quietum ex toto. Teste rege apud Westm' xxvj. die Maii.

De baconibus datis.—Mandatum est constabulario Noting' quod de baconibus regis quos habet in castro Noting' faciat habere canonicis de la Dale, xx. bacones ; canonicis de Flexleg', xv. ; monialibus de Langel', xx. ; leprosis de Alkmunton, xv. ; heremite de Bredeshal', vj. ; leprosis de Cesterfeld, xv ; hospitali Sancti Johannis Not', xv. ; leprosis de Dereb', xv. ; hospitali Sancte Elene de Dereb', xv. ; canonicis de Novo Loco in Swerdwud', xx. ; monachis de Ruford', xx. ;

1246.

et leprosis extra Totesbir', x. ; monialibus de Hinewude, xx. ; monialibus de Polewurth, xx. ; leprosis de Lichefeld, xv. ; et monialibus de Pillesleg', xv. ; bacones, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Gilberto de Segrave.—Rex vicecomiti Warwic', salutem. Quia talliari facimus dominica nostra, tibi precipimus quod facias habere dilecto et fideli nostro G. de Segrave racionabile tallagium de hominibus suis de manerio de Kynton', quod antiquitus fuit dominicum predecessorum nostrorum regum Anglie. Teste me ipso apud Westm' xxviij. die Maii, anno regni nostri xxx.

Pro Willelmo Lungesp'.—Consimile breve habet Willelmus Lungesp' de tallagio habendo de hominibus suis de manerio de Woxebrug' in comitatu Midd'.

Pro Judeo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod allocari faciant Aaron filio Abraham Judeo London' l. libras in debitis que idem Judeus regi debet, que tamen non fuit de tallagio regis, quia rex eas perdonavit Stephano Lungesp' de debitis que debebat predicto Judeo. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Henrico de Farleg' quod faciat habere Petro de Oriall' vj. quercus ad maeremium in foresta de Haxiholt' ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi possunt. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Kanc' quod de exitibus comitatus sui faciat habere canonicis Sancti Gregorii Cantuar' j. cuppam precii vj. marcarum ad eukaristiam inponendam, de dono regis. Et computatur, etc. Teste ut supra. [*Cancelled.*]

Pro Gwidone de Rochefort.—Quia lx. solidatas redditus, quas B. quondam comes Devon' percipere solet in villa de Dorcestr', extente sunt in sexcies xx. libratas terre quas rex assignavit Gwidoni de Rocheford' pro feodo suo de terris que fuerunt ipsius comitis, mandatum est ballivis Dorcestr' quod de redditu illo singulis annis eidem Gwidoni respondeant quamdiu predictas sexcies xx. libratas terre habuerit in manu sua. Teste ut supra.

De quodam prioratu custodiendo.—Mandatum est Roberto Walerand' quod talem fidelitatem recipiat a Johanne de Quisse, monacho de Ses, quem abbas de Ses mittit usque Penbrok ad custodiendum prioratum de Penbrok, qualem priores ejusdem loci facere consueverunt comiti Penbrok temporibus suis, et, recepta fidelitate predicta, eidem Johanni seisinam ejusdem prioratus et administracionem habere faciat. Teste ut supra.

Pro hominibus comitatus Devon'.—Quia regi constat per inspeccionem carte domini J. patris regis, quam fieri fecit hominibus comitatus Devon' quod predicti homines omnino deafforestati sunt et quieti de regardo et omnibus que ad forestam pertinent, mandatum est vicecomiti Devon' quod eos decetero pro hiis que ad forestam pertinent non distringat. Teste ut supra.

1246.

De capis faciendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod cum summa festinacione fieri faciat iij. capas de samitto, ij. scilicet ad capellam regis et unam ad capellam regine, et si non optimum poterit invenire samittum, fieri etiam faciat ij. paria tunicarum et dalmatarum, quas simul cum predictis capis regi mittat, ita quod eas habeat die sabbati in vigilia Sancte Trinitatis. Teste rege apud Wind' xxviij. die Maii.

De cereis faciendis.—Mandatum est Edwardo de Westm' quod de ccc. libris cere quas Willelmus de Pless' ei liberabit fieri faciat iij. cereos, quemlibet scilicet de c. libris cere, et eos poni faciat contra festum beate Trinitatis coram altari ubi visio accidit Beato Edwardo de rege Dacie submerso in mare. Teste ut supra.

Et mandatum est Willelmo de Pless' quod ceram illam ei habere faciat. Teste ut supra.

Pro abbate de la Dale.—Mandatum est Roberto de Crepping' quod talem seisinam habere faciat abbati de la Dale de bosco de Drizsco, quem cepit in manum regis occasione serjantiarum regis captarum in manum regis qualem prius habuit, et eam ipsi habere permittat donec aliud a rege habuerit mandatum. Teste ut supra.

Pro Avelina de Alfreton'.—Quia Avelina que fuit uxor Thome de Alfreton' per preceptum regis recepit dotem suam de dominicis que fuerunt ejusdem Thome quondam viri sui, et non de feodis militum que tenebantur de predicto Thoma, mandatum est vicecomiti Noting' et Dereb' quod eidem Aveline racionabilem dotem suam de omnibus feodis predictis, que de prefato Thoma tenebantur in balliva sua, habere faciat. Teste ut supra.

De capis [sic] *emendis.*—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario regis, quod praeter iiij. cuppas de quibus rex secum London' loquebatur, emi faciat ij. alias mittendas ecclesiis de Lillechirch', Strode, Ankerwik, Bromhal', Campese, et Garing', ad eukaristiam inponendam, de dono regis. Teste rege apud Wind' xxx. die Maii.

De damis datis.—Mandatum est custodi manerii regis de Elham quod in parco regis ibidem faciat habere Johanni Maunsel' vj. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Galfrido filio Warini, senescallo foreste de Kannok, quod vj. quercus quas rex dedit Osberto de Maidenestan', quondam capellano regis, in foresta de Kannok, et que prostrate fuerunt ante mortem ipsius Osberti, faciat habere nuncio executorum testamenti ipsius Osberti cum omnibus excaetis earundem quercuum, ad faciendum inde preceptum ipsorum executorum. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Langel'.—Mandatum est Galfrido filio Warini, senescallo foreste de Feckeham, quod permittat Galfridum de Langel' prosternere et extrahere sine inpedimento vj. quercus in bosco Elye Giffard, et vj. quercus in bosco Roberti de Bagendon', quas ipsi ei dederunt ad quandam grangiam construendam apud Melecot'. Teste ut supra.

1246.

Pro Johanna Briwer'.—Mandatum est vicecomiti Derb' quod habere faciat Johanne Briwer' tallagium suum de hominibus suis de Cestrefeud', quia dominus rex talliare facit dominica sua in Anglia. Teste, ij. die Junii.

Pro infantibus Galfridi Esturmi.—Quia rex dedit scutagium Galfridi Esturmy liberis ipsius Galfridi ad se vestiendos, mandatum est baronibus de Scaccario quod de scutagio quarte partis feodi j. militis quam idem Galfridus tenuit de feodo abbatis Certes' in Elvetham, ipsum abbatem quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Hugone de Vivon'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod allocari faciant Hugoni de Vivon' totum proficuum comitatuum Sumers' et Dors' pro custodia castrorum regis de Corf' et de Shireburn' et eorundem comitatuum, a tempore quo rex commisit eidem Hugoni custodiam eorundem, sicut plenius continetur in litteris regis patentibus quas rex ei inde fieri fecit, eo non non (*sic*) obstante quod idem Hugo summam proficui comitatuum illorum de tempore illo ignogat (*sic*). Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Brehull' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Waltero de Morton' j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priorissa de Campeise.—Mandatum est Roberto Passelewe quod permittat priorissam de Campeise capere xxx. quercus in bosco suo de Diham ad reparacionem domorum suarum que corruerunt: eo non obstante quod boscus ille est infra metas foreste regis. Teste ut supra.

Pro priorissa de Scapeia.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod priorisse et monialibus de Scapeia habere faciant xx. solidatas annui redditus de terra que fuit Willelmi Barbatoris in civitate Lond', que devenit in manum regis per feloniam quam idem Willelmus fecit, sicut idem Willelmus eis redditum illum reddere consuevit antequam fugisset a terra regis pro felonia predicta. Teste ut supra.

Pro Judeo.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod de lx. marcis quas rex liberari precepit Thome de Pulton' pro domibus quas rex emit ab eo ad opus Magistri Henrici cementarii, solvat ad Scaccarium regis xxiij. libras et dimidium marce quas idem Thomas debet Mosseo Crespin Judeo in parte solucionis debitorum que idem Judeus regi reddere tenebatur ad Pascha proximo praeteritum de portione tallagii lx. milium marcarum eundem Judeum contingente. Teste rege apud Wind' iiij. die Junii.

Pro episcopo Exoniensi.—Quia R. Exoniensis episcopus liberavit in garderobam regis apud Westm' die Dominica in Media Quadragesima anno etc. xxx., vj. marcas et dimidiam quas rex militibus suis mutuo liberari fecit in expedicione exercitus regis de Gannok, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

1246.

Pro Matillide que fuit uxor Roberti de Remy.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod loquelam que est coram eis inter regem et Matillidem que fuit uxor Roberti de Reynny de custodia terre que fuit ipsius Roberti in Bagshet ponant in respectum usque ad quindenam Sancti Michaelis anno etc. xxx., et interim eidem Matillidi de predicta terra plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra per Radulfum filium Nicholai.

De quadam via divertenda.—Mandatum est vicecomiti Cumberl' quod stratam regiam qua iter versus dominicum regis Karl' et per quam propter inundacionem aquarum vix transitus patet sine periculo manifesto, diverti et alias fieri faciat ubi competencius et commodius haberi possit usque dominicum regis predictum. Teste ut supra.

Pro fratribus hospitalis de Sandon'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit quod magister et fratres hospitalis de Sandon' recipere consueverunt in vita Willelmi de Percy annuum redditum xx. marcarum de manerio de Giseburn per manum abbatis de Salleg', mandatum est Roberto de Crepping' quod de eodem redditu talem seisinam habere faciat eisdem fratribus, qualem habere consueverunt tempore predicti Willelmi. Teste ut supra.

De victualibus emendis.—Quia Grffiinus filius Maddog de Brumfeld' debet esse intendens in servicio regis J. de Gray, justiciario Cestrie, mandatum est J. Extraneo quod homines suos semel in septimana emere victualia permittat apud Salop', accepta ab eis securitate quod nichil cadet in usus inimicorum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem justiciario quod permittat eos emere victualia apud Cestriam.

[m. 9.] *Pro Ada le Vineter.*—Mandatum est custodibus vinorum regis Westm' quod faciant habere Ade le Vineter Windes' j. dolium vini pro j. dolio vini quod rex ab eo mutuo (*sic*) apud Wind'. Teste ut supra.

De cervis capiendis.—Rex mittit Philippum [le P. *cancelled*] de Candever' venatorem ad capiendum ad regem ij. cervos in Digerl' et Finkel', mandatum est Avicie de Columbar' quod ipsum ad hoc admittat. Teste rege apud Rading' vj. die Junii.

Eodem modo scribitur ballivo foreste de Savernak quod admittat eundem Philippum ad capiendum j. cervum in bosco de Bocholt' ad opus regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Bella Landa.—Quia abbas de Bella Landa non habuit confirmacionem regis de quibusdam terris suis pro qua habenda ipse optulit regi l. marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii, mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro pueris regis.—Mandatum est Willelmo de Pless' quod unum centenarium cere, piper, cuminum et alias species ad salsas faciendas

1246.

mitti faciat usque Wind' ad opus liberorum regis ibidem commorancium, ita quod eis sufficere possint usque ad festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Salop' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Johanni de Grey, justiciario Cestr', iiij. dolia vini, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe, archidiacono Lewens', quod faciat habere fratribus manentibus in foresta de Salceto v. quercus ad construccionem capelle sue cum omnibus excaetis earundem quercuum, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis ad opus puerorum regis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Wind' quod faciant habere Petro de Wakering' iiij. dolia vini ad opus puerorum regis ibidem. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum regis de Keniton' quod j. dolium vini quod remansit cum rex ultimo esset apud Keniton' faciant habere pueris commorantibus apud Wind'. Teste ut supra.

De vinis.—Mandatum est maiori Cestr' quod vina regis que remanserunt apud Cestr' post recessum regis, vel precium eorum vinorum faciat habere Willelmo de Axemuth' ad faciendum inde quod rex ei injuxit (*sic*). Teste ut supra.

De compoto audiendo.—Mandatum est Magistro Alexandro de Swereford, thesaurario Sancti Pauli London', quod citra Nativitatem Sancti Johannis Baptiste, quando melius vacare poterunt, audiant (*sic*) compotum de garderoba regine a Roberto clerico Gwidonis de Palude, custodis ejusdem garderobe, loco ipsius Gwidonis, et Waltero de Bradel' custodiente contrarotulum ejusdem garderobe in garderoba camere de Scaccario regis, ita quod, si hii omnes ad hoc vacare non poterunt, aliqui eorum conpotum illum audiant, sicut predictum est. Teste [ut supra *cancelled*] rege apud Winton' x. die Junii.

De tradendo in ballium.—Galfridus Fot, captus et detentus in prisona regis Oxon' pro tonsura denariorum, unde rettatus fuit, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Oxon' quia inde non est culpabilis, ut rex accepit per inquisicionem etc. Teste ut supra.

De victualibus emendis.—Rex vicecomiti Sumerset', salutem. Precipimus tibi quod permittas fratres et homines abbatis de Morgan emere et extrahere victualia de bailliva tua ad opus suum proprium, accepta ab eis securitate quod nichil inde veniet ad usum inimicorum nostrorum. Teste rege apud Winton' x. die Junii.

De tradendo in ballium.—Ricardus clericus de Rolleston', captus et detentus in prisona regis Noting' pro morte Willelmi filii Willelmi de Finicham, unde rettatus est, traditur [in ballium], quia de morte illa non est culpabilis. Teste ut supra.

1246.

De venacione capienda.—Rex mittit Warinum Luvel' ad capiendum iiij. damos et ij. capreolos ad opus regis in balliva Avicie de Columbariis, cui mandatum est quod ipsum ad hoc admittat. Teste ut supra.

Pro Henrico de Chelmereford'.—Rex concessit Henrico de Chelmereford' liberacionem iij. obolorum in die quam Matheus Bledifer percipere consuevit per manus ballivorum regis Glouc', habendum ipsi Henrico tota vita sua, sicut idem Matheus eam percipere consuevit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod liberacionem illam eidem Henrico habere faciat sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Thoma de Pulton'.—Rex Edwardo filio Odonis, salutem. Sciatis quod Thomas de Polton' finem fecit cum Mosseo Crespin Judeo per centum solidos pro debitis in quibus eidem Judeo tenebatur, quos eidem Thome perdonavimus : et ideo vobis mandamus quod totam pecuniam quam debemus ipsi Thome pro domibus suis occasione predictorum debitorum arrestatam, ei sine dilacione liberari faciatis. Teste rege, Winton' xv. die Junii.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Thomam de dictis c. solidis quietum esse faciant. Teste ut supra.

De pampilionibus faciendis.—Mandatum est Willelmo de Pless' quod emat ad opus regis pannos de lino et lana, secundum quod ei dicet Mansel scissor, ad faciendum inde quandem curtinam et quendam papilionem, et eos mittat usque Westm', ut ibi possit ex eis operari. Teste ut supra.

Rex Edwardo de Westm', salutem. Mandamus vobis quod ex quo Willelmus de Plesset' miserit ad vos pannos de lino et lana, quos ei emere precepimus, ad opus nostrum, ad quandam curtinam et quendam papilionem inde faciendos, quantum necesse fuerit de pannis illis, liberetis Mansello scissori nostro de London', et que necessaria fuerint operacioni illi ei inveniatis, et nos ea faciemus acquietari. Teste rege apud Winton xv. die Junii.

Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere priori de Thorkeshete in foresta de Syrewud' sex quercus ad marremium inde faciendum, de dono regis. Teste rege apud Winton' ut supra.

[*Cancelled :*] *Quia aliter inferius.*

De victualibus emendis.—Quia blada, vina, et alia victualia cariora sunt in Hybernia quam rex credebat pro quo castra regis Wall' de victualibus Hybernie, ea qua rex mandaverat maturitate non poterunt muniri, mandatum est Willelmo de Axemuth' quod preter cc. quarteria frumenti, que emet per preceptum regis ad muniendum castra regis de Dissard et Gannok, c. quarteria frumenti ad eorum municionem emi et cum predictis cc. quarteriis frumenti cariari faciat. Teste rege apud Bellum Locum Regis xvij. die Junii.

Pro Willelmo de Vallibus.—Quia Willelmus de Vallibus submisit se ex toto voluntati et in misericordia regis de eo quod duxerit in uxorem Alienoram filiam Willelmi de Ferar' sine licencia regis, et erit coram rege in quindenam Sancti Johannis Baptiste ad sciendum de voluntate

1246.

regis et de emenda quam rex ab eo recipere voluerit pro transgressione predicta, mandatum est Willelmo de Ferar' quod predictam Alienoram, uxorem suam, quam rex ei commisit custodiendam, ei liberari faciat. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto nobis in Christo abbati de Waverleh' centum solidos ad quos amerciatus fuit coram justiciariis nostris ad placita foreste assignatis apud Gueldeford', ita quod predicti centum solidi convertantur in usus fabrice [predicte *cancelled*] ecclesie sue, et ideo vobis mandamus quod ipsum de predictis centum solidis quietum esse faciatis. Teste rege apud Bellum Locum ut supra.

Pro Johanne de Gizors.—Rex concessit Johanni de Gyzors quod de vinis suis que hac vice London' venient nulla capiantur ad opus regis : et mandatum est camerariis regis Lond' quod de vinis suis ad opus regis nulla ad presens capiant. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex Willelmo de Cheeny', senescallo suo Lagen', salutem. Sciatis quod volumus quod in regno nostro Hibernie unus sit justiciarius noster capitalis quem statuimus, unus thesaurarius noster, unus cancellarius noster, et ex sigillo nostro, quem (*sic*) ipse deferet, omnia exeant brevia que currant per totum regnum tam per totam ballivam vestram quam alibi, et quod unum sit scaccarium nostrum nec alibi sedeat quam Dublinie ad quod volumus et mandamus vobis firmiter injungentes quod respondeatis de omnimodis receptis et exitibus tocius ballive vestre, similiter et vicecomites sub vobis constituti, sicut et vicecomites nostri faciunt, et vobis firmiter inhibemus ne vos de aliquibus brevibus dandis per sigillum nostrum que ad regalia nostra pertineant, vel iidem vicecomites nostri de eisdem brevibus nostris exequendis, sive de aliquo officio regali, vos intromittatis, neque assisas aliquas teneatis, set brevia nostra exeuncia de predicta cancellaria nostra per totam ballivam vestram currere, et justiciarios nostros itinerare, permittatis sicut fieri consuevit priusquam quondam comites marescalli libertates regias sibi usurparant ; aliter enim fieri de cetero non sustinebimus ullo modo : volumus eciam et vobis mandamus, injungentes in fide qua nobis tenemini et sicut honorem nostram diligitis, [quod] omnia blada que fuerunt in maneriis W. quondam marescalli nobis mittatis usque Cestr' cum alia garnestura nostra sub quanta fieri poterit festinacione, in solucionem debitorum que idem marescallus nobis debuit, ad castra nostra Norwallie munienda, quibus pro defectu victualium nobis possit iminere periculum quod absit. Teste me ipso apud Bellum Locum xviij. die Junii.

Istud idem significatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod decetero aliter fieri non permittat, cui mandatum est quod tam de bladis inventis in Lagen' quam alibi provideat quod perficiatur numerus iij. milium quarteriorum frumenti, ij. milium quarteriorum avene, et de vinis ccc. doliorum, et ij. milium baconum, et v. milium quarteriorum calcis.

Eodem modo scribitur Ossor' episcopo, thesaurario regis. Teste ut supra.

1246.

Wasconia.—Mandatum est Willelmo de Boell', senescallo Wasconie, quod de consuetudinibus Burdeg' de quibus rex assignavit soluciones fieri stipendiorum militum qui steterunt in servicio regis in gwerra regis contra regem Navar', faciat habere Galfrido Ridel de Blavia juniori arreragia stipendiorum suorum de tempore quo stetit in servicio regis predicto, nisi ea ei prius habere fecerint (*sic*), et si forte ea ei solvere non possit de consuetudine illa, id regi significet, et quantum ei restat restat (*sic*) reddendum de stipendiis illis, et rex ea ei reddi faciet in Anglia. Teste ut supra.

De cervis ad opus regis capiendis.—Rex mittit Philippum de Candever' et Ricardum de Candever' venatores ad capiendum iij. cervos in foresta de Graveling', et mandatum est Ade Cok quod illos ad hoc admittat. Teste rege apud Clarendon' xx. die Junii.

De perdonacione.—Rex perdonavit Thome de Pulton viij. libras quas idem Thomas debet Mosseo Crespin Judeo una cum omnibus usuris que inde provenerunt postquam eas ab eodem Judeo mutuavit : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Thomam inde quietum esse, et cartam suam pro predicto debito inpignoratam eidem Judeo ei deliberari, faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est Edwardo filio Odonis quod totam pecuniam suam quam rex eidem Thome debet pro domibus suis occasione predicti debiti arestatam, ei deliberari faciat.

De Judaismo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod Judeos et Judeas rettatos de retonsura denariorum venire faciant coram justiciariis de Banco, ita quod sint ibi in octabis Sancti Johannis Baptiste ad justiciam de ipsis faciendam quam mandatum est justiciariis illis quod una cum eis ad hoc intendant. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Bolevill'.—Rex vicecomiti Sumer', salutem. Precipimus tibi quod si dilectus et fidelis noster Nicholaus de Bolevill' solverit Nicholao filio Martini terciam partem scutagii per quod baronia cujus terciam partem idem Nicholaus de Bolevill' tenet in dotem Avicie de Toriton', uxoris sue, erga nos se deffendit, tunc averia sua que cepisti occasione superplusagii tercie partis scutagii quod nobis de eadem baronia debetur ei deliberari, et si quid ab eodem Nicholao cepisti preter terciam partem scutagii per quod baronia illa erga nos se deffendit, ei reddi facias. Teste me ipso apud Clarendon' ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Devon'.

Pro Henrico de Hasting'.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Salop' quod faciat habere Henrico de Hasting', racionabile tallagium de hominibus suis manerii de Cunedever', quod aliquando fuit dominicum regis. Teste ut supra.

De prisonibus custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod Johannem de Certes', Johannem de Folevill', Robertum de Hamme et Nicholaum de Mersham, quos homines abbatis de Abbendon' in fuga ceperunt tanquam malefactores in parco ipsius abbatis prope Oxon' cum exirent eundem parcum, recipi faciat apud Abbendon' et in

1246.

prisona regis Oxon' salvo custodiri, donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste rege apud Clarendon' xxj. die Junii.

De j. cuppa data.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod faciat habere, de dono regis, priori et canonicis Sancte Trinitatis London' decentiorem cuppam quam inveniri poterit Lond' vendendam circiter valorem vj. marcarum ad eukaristiam in ea recondendam ad majus altare ecclesie sue, et rex eam faciet acquietari. Teste ut supra.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est eidem thesaurario et Edwardo filio Odonis quod magnam aulam Westm' in festo Apostolorum Petri et Pauli pauperibus inpleri et eos pasci faciant, et rex custum quod ad hoc posuerint, cum rex illud sciverit, reddi faciet. Teste ut supra.

De j. capa et j. casula facienda.—Mandatum est eidem Edwardo quod de samitto quem rex ei mittit fieri faciat j. capam et j. casulam ponendas in ecclesia Beati Petri Westm', ad quas ornandas London' aurifragium emi faciat, et rex precium illius aurifragii, cum illud sciverit, reddi faciet [Teste ut supra *cancelled*], et quia volumus quod singulis annis in festo Translacionis Beati Thome martyris in dicta casula missa celebretur, mandatum est eidem quod casulam illam in modum pallii ornari faciat.

Hybernia.—Cum Waleramo de Wylylee provisum sit in xx. libratas terre sicut rex precepit, mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, thesaurario et baronibus de scaccario Hybernie, quod xxv. libras quas percepit de annuo censu ad scaccarium Hybernie ad se sustentandum in servicio regis ipsi decetero non solvant donec aliud a rege habuerint mandatum. Teste ut supra.

[m. 8.] *Pro Johanne de Munemuth'.*—Rex Ricardo de Clifford, constabulario de Sancto Briavello, salutem. Mandamus vobis quod boscum dilecti et fidelis nostri Johannis de Munemut' de Huwaldefield, quem in manum nostram cepisti pro wasto quod in eo invenistis eidem Johanni replegietis usque ad adventum justiciariorum nostrorum de foresta ad partes illas et homines suos quos pro eodem wasto posuistis per plevinam, in pace permittatis per eamdem plevinam usque ad adventum justiciariorum predictorum: de marremio autem quod idem Johannes in prefato bosco secari fecerat permittatis eidem suam facere voluntatem. Teste rege apud Clarendon' xxij. die Junii.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod in adventu Henrici de Wingeham ad partes suas, una cum ipso assignari faciat Johanne que fuit uxor Henrici de Merton racionabilem dotem suam tam de omnibus terris de quibus idem Henricus fuit seisitus in dominico die quo obiit quam de feodis de quorum serviciis seisitus fuit die eodem. Teste ut supra.

De coronatoribus eligendis.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod eligi faciat ij. coronatores loco Roberti Morin defuncti et Gilberti de Shipton', qui languidus est. Teste ut supra.

1246.

De perdonacione.—Rex perdonavit monialibus Cestr' firmam x. marcarum de ij. annis scilicet tam de anno etc. xxx. quam de anno etc. xxxj., quam quidem firmam regi reddere tenebantur per annum ad scaccarium Cestr' pro quadam terra quam de rege tenent in comitatu Cestr' per eandem firmam : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsas de predicta firma illorum ij annorum quietas esse faciat (*sic*). Teste rege apud Clarendon' xxiiij. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Aundeli quod in foresta de Gillingeham faciat habere comiti Ricardo xlij. quercus ad maeremium ad grangias suas de Mere faciendas. Teste ut supra.

Mandatum est custodi bosci de Haya quod faciat habere archidiacono Landaf' unum robur ad focum suum in eodem bosco. Teste ut supra.

Pro Karleolensi episcopo.—Quia W. Karleolensis episcopus liberavit in garderobam regis per preceptum suum Willelmo Hardel, clerico ejusdem garderobe, x. libras pro l. quarteriis frumenti quas recepit in castro regis Karleolensi quando rex ei custodiam ejusdem castri comisit, mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis l. quarteriis frumenti quietum esse faciant. Teste ut supra.

De quadam camera privata facienda.—Rex Edwardo filio Odonis, salutem. Quia camera privata de gardaroba nostra London' in loco indebito et inhonesto sita est eo quod male fetet, vobis mandamus in fide et amore quibus nobis tenemini quod nullatenus omittatis quin aliam cameram privatam in predicta gardaroba fieri faciatis in loco conpetentiori et honestiori quem perpendere poteritis ibidem, licet custare debeat centum libras, ita quod facta sit citra festum Translacionis Sancti Edwardi priusquam illic veniamus. Hoc autem discrecioni vestre relinquimus perpetrandum. Teste ut supra.

Pro Roes' de Dovor'.—Rex vicecomiti Kanc'. Scias quod cepimus homagium dilecte nobis Roes' de Dovor' de omnibus terris que Ricardus filius regis quondam vir ipsius Roes' tenuit de nobis in capite de hereditate ipsius Roes' : et ideo tibi precipimus quod predictam Roes' predictam hereditatem suam pacifice tenere permittas. Teste apud Clarend' ut supra.

Pro abbatissa de Tarent'.—Mandatum est Roberto Passelewe quod de amerciamentis hujus itineris sui ad placita foreste in comitatu Wilt' faciat habere abbatisse de Tarent' xx. marcas ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Clarendon' xxvij. die Junii. [*Cancelled.*] *Quia factum fuit in breve de computabitur.*

De dote assignanda.—Rex Waleran' Theutonico, ballivo de Nedrewent', salutem. Mandamus vobis quod Alicie que fuit uxor Philippi Denebot assignari faciatis racionabilem dotem suam que eam contingit de terris que fuerunt ipsius Philippi in Nedrewent', et si quid de catallis predicte Alicie alienatum fuerit, ei sine dilacione reddi faciatis. Teste me ipso apud Clarendon', xxvij. die Junii.

Rex vicecomiti Sumer', salutem. Precipimus tibi quod assignari facias Alicie que fuit uxor Philippi Denebot racionabilem dotem suam

1246.

que eam contingit de terris que fuerunt predicti Philippi, quondam viri sui, in bailliva tua. Teste ut supra.

Rex cepit homagium Rogeri filii et heredis Rogeri Bertram de omnibus terris et tenementis que idem Rogerus tenuit de rege in capite : et mandatum est Roberto de Crepping' quod de omnibus terris et tenementis que ipsum jure contingunt hereditario, et que sunt in custodia ipsius Roberti, eidem Rogero sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Clarendon' xxvij. die Junii. [*Cancelled.*] *Quia aliter in rotulo finium.*

De tradendo in ballium.—Hugo filius Rogeri, captus et detentus in prisona regis Warr' pro morte Radulfi filii Hastin' filii Petri de Overgat', unde idem Hastin' eum appellat, traditur in ballium quia apellatur (*sic*) est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro Rogero Bertram.—Quia rex reddidit Rogero filio et heredi Rogeri Bertram omnes terras et tenementa de quibus ipse fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, et que eundem Rogerum jure contingunt hereditario, et rex homagium suum inde cepit, mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod de manerio de Gretham cum pertinenciis eidem Rogero plenam seisinam habere faciat, non obstante libertate Dunholm' episcopi, licet idem manerium sit infra libertatem ipsius episcopi. Teste rege apud Clarendon' xxviij. die Junii.

Et mandatum est S. de Monte Forti, comiti Leic', quod de omnibus terris et tenementis que idem Rogerus tenere debet de herede Gilberti de Umfraunvill', et que sunt in manu sua occasione custodie terrarum que fuerunt ipsius Gilberti in manu ipsius comitis existentis, eidem Rogero sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Rogerus scissor, captus et detentus in prisona regis apud Melton pro morte Roberti filii Roberti Mansor, unde rettatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Suff', quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De quercubus.—Mandatum est Godefrido de Lyston, ballivo foreste de Windes', quod faciat habere Ricardo ballivo de Keniton' x. quercus vel robora in foresta de Windes' ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi possunt, ad palos inde faciendos ad parcum de Keniton' claudendum. Teste ut supra.

De walliis faciendis.—Significatum est Bertramo de Cryoyl quod ubi necesse fuerit, reparari faciat wallias circa villas de Rye et de Wincheles', et quod provideat de custode ad easdem villas custodiendas quem ad hoc credat utilem et fidelem, cui necessaria inveniat donec colloquium cum rege habuerit, et de custo quem ad predictas wallias reparandas apposuerit rex ei faciet allocari. Teste ut supra apud Clarendon' xxx. die Junii.

De herede Johannis de Nevill' regi mittendo.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod filium et heredem Johannis de Nevill' mitti faciat usque Windes', commoraturum ibidem cum aliis infantibus qui sunt in custodia regis.

1246.

Et mandatum est constabulario ejusdem castri quod illum nutriendum cum infantibus regis ibidem admittat. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit priorisse de Aumbresbir' v. marcas que ab ea exiguntur per summonicionem Scaccarii de auxilio regi concesso ad primogenitam filiam regis maritandam, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam inde quietam esse faciant. Teste rege apud Clarendon ij. die Julii.

Pro Petro de Geneve.—Quia rex accepit per inquisicionem quod quod (*sic*) manerium de Stok Lacy, quod Ricardus de Bella Fago tenuit de Petro de Geneve, non est de terris Normannorum, sicut datum fuit regi intelligi, mandatum est vicecomiti Hereford' quod de custodia ejusdem manerii talem seisinam eidem Petro habere faciat qualem idem habuit quando captum fuit in manum regis. Teste rege apud Clarendon' iij. die Julii.

Pro Radulfo Russel.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod reddi faciat Radulfo Russel custodiam terre quam Hunfridus de Dun de eo tenuit in balliva sua, et quam cepit in manum regis simul cum alia terra quam idem Hunfridus tenuit de Rogero filio Pagany, occasione custodie terre et heredis ipsius Rogeri in manu regis existentis. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est Galfrido filio Warini, senescallo foreste regis in comitatu Wigorn', quod, non obstante eo quod terras que fuerunt Ricardi de Munvirun, quondam forestarii regis de feodo, in manum regis cepit, Leticie que fuit uxor ipsius Ricardi de terris predictis in comitatu predicto racionabilem dotem assignari faciat. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Rex [mittit] Johannem de Pratell' et Robertum de Mares ad capiendum x. damos in foresta de Gillingeham, et mandatum est ballivo de Gillingeham quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit probis hominibus Veteris Sar' v. marcas quas regi debent de tallagio nuper super eos assiso ad opus regis : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos de predictis v. marcis quietos esse faciant. Teste rege apud Clarendon' iiij. die Junii.

De j. feria tenenda.—Quia rex vult quod una feria singulis annis teneatur in villa juxta castrum regis Sar' per iij. dies, in vigilia scilicet et in die et in crastino Sancti Petri in Cathedra, mandatum est vicecomiti Wilt' quod feriam illam per totam ballivam suam clamari et ibidem teneri faciat. Teste ut supra.

Pro operacionibus Westm'.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod omnibus aliis negociis omissis inveniri faciant (*sic*) sufficientes expensas ad operaciones ecclesie Beati Petri Westm', domorum regis ibidem, et ad operaciones Sancti Eustachii faciendas. Teste ut supra.

1246.

De tradendo in ballium.—Mauricius de Dedeness' et Alicia uxor ejus, capti et detenti in prisona regis Gipewiz pro morte Ricardi le Fever', unde rettati sunt, traduntur in ballium quia rettati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De j. rogo faciendo.—Mandatum est Ade Cok quod in foresta de Graveling' faciat habere vicecomiti Wilt' robora ad unam (*sic*) rogum faciendum in castro regis Sar.' Teste rege apud Clarendon' v. die Junii.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod de omnibus terris et tenementis que Robertus de Novo Burgo tenuit de rege in capite, et de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, Lucie que fuit uxor ipsius Roberti racionabilem dotem assignari faciat. Teste ut supra.

Pro custode hospitalis Oxon'.—Rex concessit custodi hospitalis extra portam orientalem Oxon fontem in fossato ejusdem ville que vocatur Crowell' ad ducendum inde aquam usque ad predictum hospitale per aque ductum : et mandatum est vicecomiti Oxon' quod predictum custodem ad id faciendum a nemine perturbari permittat. Teste ut supra.

Pro Hawisia de Nevill'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod permittat Hawisiam que fuit uxor Johannis de Nevill' morari in domibus ubi idem Johannes mortuus fuit apud Werefeud per xl. dies, et per idem tempus permittat eam sustentari de bonis que fuerunt ejusdem Johannis ibidem. Teste rege apud Winton' viij. die Junii.

Pro Isabella que fuit uxor Roberti de Everingeham.—Rex cepit homagium Isabelle que fuit uxor Roberti de Everingeham de omnibus terris et tenementis que idem Robertus tenuit de rege in capite de hereditate ipsius Isabelle : et mandatum est vicecomiti Noting' quod de omnibus terris et tenementis que cepit in manum regis occasione mortis ipsius Roberti de hereditate ipsius Isabelle ei plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Winton' x. die Julii.

Et mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod de forestaria de Shirwod' quam idem R. de Everingeham tenuit de hereditate ipsius Isabelle ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Roberto des Mares ij pellicias de grisio quas regi debet de tempore quo habuit custodiam terre et heredis Laurencii [Martini *cancelled*] de Sancto Michaele : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Stephano de Salinis.—Rex concessit Stephano de Salinis totam terram cum pertinenciis in Farham que fuit Radulfi Haket ; et mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' quod de eadem terra eidem Stephano plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De prisone custodiendo.—Mandatum est probis hominibus de Kingeston' quod Petrum de Norbeton' prisonem, quem ceperunt pro

1246.

morte hominis, liberent custodi gaiole de Newegat', cui mandatum est quod illum recipiat et salvo custodiat donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste rege apud Winton xj. die Julii.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod de omnibus terris et tenementis de quibus Robertus de Novo Burgo fuit seisitus in dominico ut de feodo die quo obiit, tam scilicet de terris et tenementis que idem Robertus tenuit de rege in capite quam de aliis terris et tenementis que non tenuit de rege in capite, Lucie que fuit uxor ipsius Roberti racionabilem dotem assignari faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Radulfus le Kasier, captus et detentus in prisona R. comitis Cornub' apud Walingeford' pro morte Hamonis filii Swan', unde rettatus fuit, traditur in ballium per literas directas vicecomiti Buk', quia [rettatus est *cancelled*] non est culpabilis de morte illa. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Rex mittit Willelmum Luvel et Warnerum fratrem ejus ad capiendum x. damos ad opus regis in foresta de Porecestr', et mandatum est custodi ejusdem foreste quod ipsos ad hoc admittat. Teste rege apud Winton' xiij. die Julii.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Passelewe quod in bosco de Pauncehal' faciat habere Radulfo filio Nicholai iiij. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Isabelle de Everingeham quod in foresta de Shirewude faciat habere Willelmo de Grey vj. bonas quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod si Henricus de Huggenhal et Johannes filius Stephani de Slipton, capti et detenti in prisona nostra Norht' pro transgressione foreste nostre, invenerint ei vj. legales homines qui manucapiant pro eis quod decetero non forisfacient in foresta regis, tunc eos per plevinam illorum vj. a prisona regis deliberari faciat. Teste ut supra.

De fustis ad unum rogum faciendum.—Mandatum est Ade Cok' quod faciat habere custodibus operacionum regis Clarendon' xxx. fusta in parco de Milsett', et l. in bosco de Graveling' ad quendam rogum ibidem faciendum ad opus regis. Teste ut supra.

De cindulis faciendis.—Mandatum est Roberto de Aundely quod in foresta de Gillingeham fieri faciat x. milia cindularum ad domos regis Clarendon' cooperiendas. Teste ut supra.

De perdonacione transgressionis.—Rex perdonavit abbatisse de Wilton transgressionem quam fecit assartando xix. acras terre et j. perticatam terre in foresta de Savernak, et rex eas ei reddidit : et mandatum est Roberto Passelewe et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod de assarto illo eidem abbatisse plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

1246.

Pro Fratribus Predicatoribus.—Rex concessit Fratribus Predicatoribus qui comorari debent in villa Hereford', quod salvo recipere possint et retinere quandam placeam a quocumque illam habere poterunt de empto seu de dono ad ampliandum placiam suam quam habent de dono Agnetis Byset ad ecclesiam et edificia sua ibidem construenda. Et mandatum est maiori et ballivis Hereford' quod sic fieri permittant. Teste ut supra.

Pro Sibilla de Berkleg'.—Quia Sibilla que fuit uxor Johannis de Bercleg' fidelitatem regi fecit quod se non maritabit sine licencia regis, mandatum est vicecomiti Glouc' quod averia sua ea occasione capta ei deliberet. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere W. de Ebor', preposito Beverl', iij. damos in foresta de Wauberg', de dono regis. Teste rege apud Winton' xiij. die Julii.

De roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere Roberto Passelewe vj. robora ad focum suum in bosco de Havering', de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Robertus Faber, captus et detentus in prisona regis Oxon' pro morte Johannis de Wallope, unde appellatus est, traditur in ballium, quia appellatus est de morte illa odio et atia etc.

Pro Fratribus Predicatoribus.—Mandatum est Henrico de Farl' quod faciat habere Fratribus Predicatoribus Wint' l. carratas bosci et subbosci ad focum suum in balliva sua, de dono regis. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod de terra que fuit Willelmi de Nevill' in Harnham, Albrede que fuit uxor ipsius Willelmi racionabilem dotem assignari faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Isabelle de Everingeham quod in foresta de Shirewud' faciat habere priori de Torkes' vj. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 7.] *Pro custode hospitalis de Ludelawe.*—Mandatum est vicecomiti Salop' quod non permittat quod Mokke de Hereford' Judeus distringat custodem hospitalis Sancte Marie de Ludelawe pro debito in quo Walterus de Lacy tenebatur Hamoni de Hereford', Judeo, patri ipsius Mok', per terram quam predictus custos habet per confirmacionem predicti Walteri in liberam elemosinam, set predictus Judeus capiat se de debito illo ad heredes ïpsius Walteri. Teste rege apud Sandef' xiiij. die Julii, per W. de Ebor.'

Pro Petro Braunch'.—Quia Petrum Braunch', quem rex nuper ammoverat de familia sua, iterato retinuit in servicio suo, mandatum thesaurario et camerariis quod arreragia feodi sui de termino Pasche proximo preterito ei habere faciat. Teste rege apud Britewell' xv. die Julii.

1246.

Pro Henrico de Hasting'.—Mandatum est assesoribus tallagii super dominica regis in comitatibus Stafford' et Salop' quod, licet ipsi assignati fuerint ad dominica regis in eisdem comitatibus tallianda, nullum tallagium assideant in maneriis que sunt in manu Henrici de Hasting' in excambium, que quondam fuerunt dominica regis. Teste rege apud Oxon' xix. die Julii.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Brehull' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere A. comitisse Leycestr', sorori regis, j. dolium vini de prestito regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Robertus de Whiteleg', captus et detentus in prisona regis Sar' pro morte Michaelis de Deverel, unde appellatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Wilt', quia appellatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De tallagio dato.—Rex dedit Matillidi que fuit uxor Anselmi Marescalli tallagium quod nunc ultimo rex assideri fecit super manerium de Aurre, quod aliquando fuit dominicum regis, et quod eidem Matillidi assignatum est in tenanciam, donec ei plenaria dos assignaretur de terris et tenementis que fuerunt ipsius Anselmi quondam viri sui : et mandatum est vicecomiti Glouc' quod tallagium illud ei habere faciat de dono regis. Teste ut supra.

De j. feria tenenda.—Quia rex vult quod quedam feria singulis annis teneatur apud Westm' in festo Translationis Sancti Edwardi quod est in quindena Sancti Michaelis, videlicet in vigilia et in die ejusdem festi et per iij. dies subsequentes, mandatum est vicecomiti Oxon' quod feriam illam per totam ballivam suam clamari et teneri faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Kanc', Surr' et Sussex', Essex' et Hertford', Lond', Midd', Norht'.

Pro Johanne de Eston'.—Quia R. comes Cornub' remisit Johanni de Eston' transgressionem ei inpositam de parco ipsius comitis de Cosseham, et rex id quod ad eum pertinet ei remisit, mandatum est vicecomiti Sutht' quod ipsum, pro transgressione predicta in custodia sua carceri regis mancipatum, deliberari faciat. Teste rege apud Oxon' xx. die Julii.

Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod terras et catalla ipsius Johannis que occasione predicta in manum regis cepit, ei deliberari faciat. Teste ut supra.

De damis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod viij. damos quos rex concessit abbati et conventui Westm' singulis annis habendos, de dono regis, in festo Sancti Petri ad Vincula, provideat ubi ad minus dampnum foreste fieri possit, ad custum regis capi et usque Westm' cariari faciat, et rex custum quod in eis capiendis et cariandis posuerit, rex (*sic*) illud reddi faciet. Teste ut supra.

Pro Dionisia que fuit Ranulfi le Poher.—Quia in inquisicione quam vicecomes Noting' fieri fecit per preceptum regis non fuit plenarie

1246.

expressum utrum Dionisia que fuit uxor Ranulfi le Poher maritata sit, necne, mandatum est Roberto de Crepping' quod de omnibus terris et tenementis suis que cepit in manum regis eo quod dicebatur ipsam sine licencia regis esse maritatam, ei talem seisinam habere faciat qualem inde habuit quando ei cepit in manum regis occasione predicta. Teste ut supra.

Pro Cycestr' episcopo.—Rex custodi episcopatus Cycestr', salutem. Scias quod die Veneris in festo Beate Margarete virginis recepimus R. Cycestr' episcopum in gratiam nostram, et ei omnia temporalia ejusdem episcopatus reddidimus : et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris et tenementis ad eundem episcopatum spectantibus que exstiterunt in custodia nostra per vacacionem ejusdem episcopatus, eidem, episcopo sine dilacione plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Oxon,' xxj. die Julii.

Pro Rogero Spigurnel.—Quia Hugo de Verly, Walterus de Morton', Walterus de Eynefeld', Robertus de Chaundos, Willelmus de Bosco, Rogerus de Winbervill', Ricardus Spigurnel, Thomas Golafre, Petrus de Staunford', Hugo de Druvall', et Philippus de Whitefeld' manuceperunt coram rege Rogerum Spigurnel, captum et detentum in prisona regis Aylesbir' pro transgressione foreste, unde rettatus est, quod decetero non forisfaciet in foresta regis de viridi neque de venacione, nec aliquid attemptabit quod sit contra pacem regis, mandatum est vicecomiti Buk' quod ipsum a prisona regis deliberari faciat. Teste ut supra.

De quercubus ad operaciones regis.—Mandatum est Henrico de Farleg' quod in foresta de Axiholt faciat habere custodibus operacionum regis Windes' [Clarendon' *cancelled*] xxx. quercus ad operaciones capelle regis, et ad alias operaciones in eodem castro faciendas. Teste ut supra.

Mandatum est Godefrido de Liston', custodi foreste de Windes', quod in eadem foresta faciat habere custodibus operacionum regis Windes' maeremium quantum necesse fuerit ad operaciones domorum regis in parco de Windes' perficiendas, per talliam inter ipsum et predictos custodes de numero quercuum factam. Teste ut supra.

Pro Magistro Johanne de Exon'.—Rex concessit Magistro Johanni de Exon', fisico, quod licite extraere possit a foresta de Savernak' x. quercus si eas in eadem foresta perquirere valeat de dono vel empto : et mandatum est Roberto de Mucegros quod id fieri permittat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Haverhull'.—Rex concessit Willelmo de Haverhull', thesaurario regis, custodiam terre et heredis Roberti le Waleis, quatenus custodia illa ad regem pertinet. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod de eadem terra et de herede ipsius Roberti eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Oxon' xxij. die Julii.

Pro Ricardo Lungespee.—Rex perdonavit Ricardo Lungesp transgressionem quam fecit in foresta de Cypenham in qua cepit ij

1246.

bestias sine licencia regis quando Johannes Byset fuit justiciarius de foresta: et mandatum est justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod pro transgressione illa ipsum non occasionent. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Mandatum est Willelmo de Cantil' quod capiat ad opus regis x. damos in parco de Brigewalteri et eos regi mittat, et iij. ad opus suum, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Divis' quod in foresta de Cippenham faciat habere Willelmo de Cantil' vj. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta de Essex' faciat habere Willelmo de Say iij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro heredibus comitis Marescalli.—Rex reddidit M. comitisse Warenn', que habet esneciam hereditatis Walteri Mares' quondam comitis Penbrok, virgam marescalcie regis: et mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod id quod ad predictam virgam pertinet decetero ei habere faciant, et ipsum quem loco suo assignare voluerit ad sedendum pro ea ad Scaccarium, dummodo idoneus sit ad officium illud, sine difficultate ad hoc admittant. Teste ut supra.

Rex cepit homagia omnium heredum predicti comitis de omnibus terris et tenementis que idem comes tenuit de rege in capite, et que ipsos hereditarie contingunt, et mandatum est vicecomiti Sussex' quod de omnibus terris que fuerunt ipsius comitis in balliva sua, de quibus fuit seisitus in dominico ut de feodo die quo obiit, eisdem heredibus plenam seisinam habere faciat, salvis Margarete que fuit uxor predicti comitis omnibus catallis instauris et mobilibus suis que habet in terris predictis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Dors', Oxon', Wigorn', Berk', et Hertford'.

De quercubus ad reparacionem pontis Heref'.—Mandatum est custodi haie Hereford' quod in eadem haia faciat habere constabulario Hereford' xv. quercus ad reparacionem pontis turris in castro Heref' et ad alias operaciones in eodem castro faciendas. Teste ut supra.

Pro Henrico de Hauvill'.—Mandatum [est] Willelmo de Norht', custodi foreste regis in comitatu Norht', quod leporarios Henrici de Hauvill' qui inventi fuerunt super j. damum quem ceperunt in predicta foresta, ut dicitur, eidem Henrico reddi et homines suos ea occasione captos ei replegiari faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe et Willelmo de Norhampton' quod in foresta de Whitlewod' faciant habere Paulino Peyver' ij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne Maunsel'.—Rex dedit Johanni Maunsel illas c. acras terre cum pertinenciis in Polre, de quarum medietate placitum fuit

1246.

in curia regis apud Westm' inter Johannem filium Nicholai de Selling' et Saram de Polre, de quibus c. acris terre convictum fuit in eadem curia quod erant pura excaeta regis de terris Normannorum : et mandatum est vicecomiti Kancie quod eidem Johanni de predictis c. acris plenam seisinam habere faciat, salva racionabili dote ipsius Sare que ipsam inde contingit. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Warr' quod de terris que fuerunt Girardi de Lindes' in Longa Uchinton, de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, et que capte sunt in manum regis eo quod heres ipsius Girardi non venit ad regem ad faciendum regi id quod ei facere tenetur de terris predictis, Agnete que fuit uxor ipsius Girardi racionabilem dotem assignari faciat. Teste ut supra.

De mercato tenendo.—Quia rex vult quod singulis septimanis per diem Sabati teneatur mercatum in dominico regis de Meleburn' et singulis annis j. feria ibidem per iij. dies duratura, videlicet in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis ; et mandatum est vicecomiti Dereb' quod in pleno comitatu suo sic clamari et teneri faciat. Teste rege apud Merleb' xxv. die Julii.

Pro hominibus prioris Sancti Switini in Winton'.—Quia Winton' episcopus manucepit habere coram rege die quem rex ei assignavit de libertatibus suis quas petit a rege de foresta, scilicet a die Sancti Michaelis in xv. dies ubicumque rex tunc fuerit in Anglia, David de Hechton' et Willelmus le Fevere, homines prioris Sancti Switini Winton', captos pro transgressione foreste et in prisona regis detentos, mandatum est Ade Cok' quod ipsos eidem episcopo liberet. Teste ut supra.

Pro Halingratto Balistario.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod homines Halingratti Balistarii pacem habere permittat de tallagio quod rex assideri fecit super eos apud Karleton' in Lindrik, quod aliquando fuit dominicum regis, quia rex illud tallagium eidem Halingratto dedit. Teste ut supra.

Pro Johanne la Warre.—Quia rex intellexit per inquisicionem quam fieri fecit quod illi v. solidi annui qui exiguntur a Johanne la Warr' per constabularium castri Bristoll' racione herbagii bosci sui in Britlecon' non sunt antiquitus debiti constabularie ejusdem castri, set per extorsionem ablati tempore quo Hugo de Vivon' fuit constabularius ejusdem castri, mandatum est constabulario Bristoll' quod ipsum Johannem inde decetero pacem habere permittat. Teste rege apud Merleberg' xxvj. die Julii.

Pro Mabilia Revel'.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod de tallagio quod Henricus de Wingeham' assideri fecit post mortem Walteri de Esseleg' super maneria que fuerunt ipsius Walteri in balliva sua dum Mabilia Revel, soror et heres ipsius Walteri, fuit in veniendo ad regem ad faciendum regi quod facere tenebatur pro hereditate sua, ipsam Mabiliam et homines suos pacem habere permittat, et redditum quem interim ab hominibus suis colligi fecit ad opus regis eis plenarie reddi faciat. Teste ut supra.

1246.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Edmundus de Eyss', Robertus Vincenc', Osbertus del Brok, Walterus le Chapelein, Thomas de Duniton', Robertus Clarion et Willelmus Soyllard, capti et detenti in prisona regis apud Gypewic' pro morte Johannis de Beauveys, unde appellati sunt, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Suff', quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro Magistro Willelmo Salsario.—Rex commisit Magistro Willelmo Salsario j. carucatam terre cum pertinenciis in Chelewurth' ad se sustentandum in servicio regis, quam Ricardus de Burton' tenuit de ballio domini J. regis, patris regis : et mandatum est vicecomiti Devon' quod de eadem carucata terre cum pertinenciis eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Merleberg' xxvij. die Julii.

Pro hospitali que est infra forestam.—Rex concessit intuitu Dei quod domus quas Stephanus de Harnhull' dedit hospitali Sancti Bartholomei Glouc' infra forestam de Braden' et que representate fuerunt coram justiciariis ad placita foreste fuisse ad nocumentum ejusdem foreste, eo non obstante stantes remaneant sicut prius : et mandatum est Ade de Periton quod domos ipsas et curiam ad eas pertinentem in pace stare permittat ad hospitalitatem pauperum infirmorum. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus.—Rex concessit Fratribus Minoribus Salop' quod murum ejusdem ville faciant exaltari prope situm edificiorum suorum, ita quod nullus pateat transitus nisi per portam quam rex eis concessit habendam in muro predicto : et mandatum est ballivis et probis hominibus Salop' quod id fieri permittant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Divis' quod in foresta de Cypenham faciat habere abbatisse de Lacok iiij. quercus ad stalla facienda in ecclesia sua, de dono regis. Teste rege apud Merleberg' xxviij. die Julii.

Pro servientibus regis.—Mandatum est Ricardo Ruffo quod de cc. marcis quas regi mutuo concessit Johannes de Gizorcio, maior London', mutuum faciat habere servientibus regis super vadia sua : et eos Lond' retineat donec rex aliud ei significaverit. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit abbatisse de Lacok' transgressionem quam fecit de eo quod non habuit coram justiciariis itinerantibus ad placita foreste in itinere suo de Wilton', Johannem de Wallop' et Edwardum Corbin, rettatos de transgressione foreste regis, quos manuceperat habere coram eisdem justiciariis, simul et misericordiam in quam ea occasione decidit : et mandatum est Roberto Passelewe et sociis suis justiciariis predictis quod tam de transgressione quam de misericordia ipsam quietam esse faciant. Teste ut supra

1246.

De balistis custodiendis.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod balistas quas rex emit ab executoribus testamenti W. Mares', quondam comitis Penbrok', videlicet iiij. balistas ligneas et viij. de cornu ad turnum, xiiij. de cornu ad ij. pedes, xiij. de cornu ad j. pedem, xiiij. de cornu sine telariis, una cum cc. quadrellis grossis, ij. arcubus Turkeys', et j. arcu ligneo ad tentorium, et ipso tentorio a vicecomiti Sutht' recipi, et in eadem Turri custodiri faciat, Picardo etiam atilliatori earundem balistarum rationabilia estoveria et id quod ei necessarium fuerit ad reparacionem earum inveniri faciat, et injungat atilliatori balistarum regis in eadem Turri quod ei sit in auxilium donec predicte baliste reparentur. Teste rege apud Merleberg xxix. die Julii.

Mandatum est vicecomiti Essex' quod ex quo executores testamenti Radulfi Haket satisfecerint ei de banco et herbagio que ipsi consumpserunt in terra quam idem Radulfus tenuit ad vitam suam de ballio regis in Farneham, que pertinet ad warectum instantis autumpni, permittat ipsos executores habere liberam administracionem de aliis bonis et catallis, que sua fuerunt, ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

De cereis faciendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, et Edwardo filio Odonis quod fieri faciant dc. cereos et ij. magnos cereos de cc. libris, et eos allocari faciant in ecclesia Westm' in festo Sancti Petri ad Vincula, et in eodem festo magnam aulam regis Westm' pauperibus inpleri et eos pasci faciant. Teste ut supra.

De perdonacione transgressionis.—Rex perdonavit Hugoni de Greneford' transgressionem quam fecit in foresta de Essex' capiendo in ea j. damam et j. bissam ad opus W. quondam Karleolensis episcopi, et mandatum est R. Passelewe et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod ipsum de transgressione illa quietum esse faciant. Teste ut supra.

[m. 6.] *De tradendo in ballium.*—Alanus filius Alani de Horn', captus et detentus in prisona regis de Pilton pro morte Willelmi le Charpenter, unde rettatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Rotel', quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De busca ad unum rogum faciendum.—Mandatum est Ade Cok quod in balliva sua faciat habere custodibus operacionum regis Clarendon' buscam ad quendam rogum faciendum ad easdem operaciones. Teste rege apud Merleberg' xxxj. die Julii.

Pro Radulfo de Gorges et Johanna uxori ejus.—Mandatum est Henrico de Wingeham quod loco xx. librarum quas Radulfus de Gorges et Johanna uxor [ejus] percipere consueverunt per annum de c. marcis quas Margeria que fuit uxor Rogeri filii Pagani reddere consuevit singulis annis pro custodia ij. parcium terre que fuit ejusdem Rogeri quondam viri sui, quas ij. partes rex reddi fecit heredi ipsius Rogeri, qui plene etatis est, assignet eisdem Radulfo et Johanne xx. libratas terre in loco conpetenti de terris que fuerunt Johannis de Nevill tenendas quamdiu regi placuerit. Teste ut supra.

1246.

Pro heredibus comitis Marescalli.—Mandatum est Waleramo Teutonico quod l. libratas et xxxviij. denaratas terre que retineri debent in manu regis ad opus ij. filiarum Willelmi de Ferar', que sunt in custodia regis, pro mesuagio et tota porcione que eas hereditarie contingunt de terris et tenementis que fuerunt W. Marescalli, quondam comitis Penbrok, in Wallia, integre retineat in Magor, et castrum de Karliun liberet Willelmo de Vescy pro mesuagio ipsum et uxorem ejus contingente, et alias terras quas adhuc retinuit in manu regis reddat ipsi Willelmo et aliis heredibus ipsius comitis dividendas inter se prout inter eos convenit. Teste ut supra.

Pro Radulfo Coco.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Johannes de Nevill' dedit Radulfo Coco custodiam tocius terre arabilis quam Willelmus de Nevill' de eodem Johanne tenuit in Harham, una cum pastura ad eandem terram pertinente, que capte erant in manum regis una cum aliis terris ipsius Johannis post mortem suam, mandatum est vicecomiti Wilt' et Alexandro Chaverel quod de eisdem terra et pastura eidem Radulfo plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Merleberg' j. die Augusti.

Pro hominibus regis Scocie.—Quia rex Scocie manucepit per nuncios suos quos regi destinavit, quod satisfaciet mercatoribus Burdeg' citra festum Sancti Michaelis de omnibus debitis que racionabiliter monstrare poterunt sibi deberi ab hominibus ipsius regis de Pert', mandatum est ballivis de Lenn' quod naves et mercandisas occasione debitorum illorum arestatas eisdem hominibus de Pert' deliberari faciant. Teste ut supra.

De judaismo.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis. Mandamus vobis quod sub quanta poteritis festinacione levari faciatis de debitis Samuel' filii Leon' de Ebor', contentis in cyrographis que Aaron de Ebor', Judeus, protulit coram vobis, ccxv. libras ad quas colligendas et levandas et ad distringendum pro ipsis assignatus fuit coram vobis ad reddendum eas nobis ad Pascham proximo preteritam de porcione tallagii lx. milium marcarum ipsum Samuelem contingente ad eundem terminum, et predictum Aaron Judeum, quem propter hoc cepistis et in prisona nostra detinetis, deliberari faciatis. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus.—Rex dedit Fratribus Minoribus Glouc' turellam muri regis Glouc' eis viciniorem, unde reddi regi consueverunt vj. denarii per annum, et viam que vocatur Scademan inter domos eorundem fratrum et ipsam turellam, de qua via similiter regi reddi consueverunt vj. denarii per annum, ad tenendum in eadem turella scolas de theologia, et mandatum est ballivis et probis hominibus Glouc' quod de predictis turella et via eis seisinam habere faciant, et rex illas xij. denaratas redditus eis in firma ville sue faciet allocari. Teste rege apud Merleberg' ij. die Augusti.

Et habent iidem fratres inde litteras patentes.

Pro Magistro de Sancto Martino.—Mandatum est Avicie de Columbar' quod in balliva sua faciat habere Magistro Laur' de Sancto

1246. Martino subboscum ad wadleuram domorum suarum de Aune ubi ad minus dampnum ejusdem foreste et majus commodum ipsius Magistri capi possit. Teste ut supra.

De uno cereo faciendo et pauperibus pascendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, et Edwardo filio Odonis quod in honore Beati Stephani j. magnum cereum de c. libris cere fieri et in capella regis Sancti Stephani Westm' poni, minorem etiam aulam regis Westm' pauperibus inpleri et eos pasci, faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Isabelle que fuit uxor Roberti de Everingeham quod in foresta regis de Sirewude faciat habere priori de Lentun' quindecim quercus ad operacionem ecclesie sue per visum constabularii Noting', de dono regis, ubi ad minus nocumentum foreste capi possunt et ad majus commodum ipsius prioris. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Ricardo de Balloyl x. libras ad quas amerciatus fuit coram justiciariis qui ultimo itineraverunt in comitatu Ebor', et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis x. libris ipsum Robertum (*sic*) quietum esse faciant. Teste rege apud Merleberg' iij. die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomiti Ebor.'

Rex dedit Johanni Talebot' et Gerardo fratri ejus tallagium quod rex nuper assideri fecit super homines manerii de Sneth, quod manerium ipsi habent de ballio regis ad se sustentandum in servicio regis, et mandatum est vicecomiti Ebor' quod tallagium illud eis habere faciat. Teste ut supra.

Pro priore de Wrocstan'.—Rex pro paupertate domus de Wrocstan reddidit priori ejusdem domus xviij. acras terre de assarto in Thorp' Belet, que capte fuerunt in manum regis eo quod assartate fuerunt infra metas foreste regis sine licencia regis, et rex perdonavit eidem priori transgressionem quam incurrere debuit coram rege pro predicto assarto: et mandatum est R. Passelewe et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod de eadem terra eandem qualem prius habuit seisinam ei habere faciant: et precium appositum super inbladaturam predicti assarti ei similiter remitti faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta de Rokingeham faciat habere Galfrido de Langel' iij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Langel'.—Galfridus de Langel' reddidit regi apud Merleberg' die Veneris proximo ante festum Beati Laurencii anno etc. xxx., j. spervarium sorum quem regi debet de redditu assiso per annum de terra quam tenet de dono regis in Mulecot' super Avene, Mulecot' super Esture et Dersinton': et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Merleberg' iiij. die Julii.

Pro canonicis de Monasterio Ederoso.—Rex pro salute anime Isabelle matris sue reddidit priori et canonicis de Monasterio Ederoso vij.

1246.

acras terre et dimidiam de assarto in Putte, que capte fuerunt in manum regis eo quod assartate fuerunt infra metas foreste sine licencia regis, et rex perdonavit eidem priori transgressionem que regi incurrere debuit pro predicto assarto; et mandatum est justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod eis de eadem terra talem seisinam qualem prius habuerunt habere faciant, et precium inpositum super inbladaturam illius assarti eis similiter remittant. Teste ut supra.

Pro Waltero de Munvirun.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit quod terra quam Ricardus de Munvirun habuit in comitatu Wigorn' non tenebatur de rege in capite, set de Willelmo de Bello Campo Wigorn', nec ballivam forestarie regis de Feckenham tenuit nisi ad voluntatem regis, pro quo nulla custodia terrarum suarum debebit ad regem pertinere, mandatum est vicecomiti Wigorn' quod Waltero filio et heredi ipsius Ricardi plenam seisinam habere faciat de tota terra quam idem Ricardus tenuit de predicto Willelmo in balliva sua, que capta est in manum regis occasione forestarie predicte. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Avicie de Columbar' quod faciat habere Magistro Herveo, quondam fisico Cycestr' episcopi, ij. bonas quercus in foresta de Chet, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in forinsecis bruilliis foreste de Huntendon' faciat habere comiti Winton' iij. damos, de dono regis. Teste rege apud Merleberg' v. die. Julii.

De quodam prisone liberando episcopo Sar'.—Quia Sar' episcopus decanum de Abbendon' cum litteris suis patentibus destinavit ad requirendum a rege et recipiendum Robertum de Hammes, clericum, captum et detentum in prisona regis Oxon', eo quod intravit parcum abbatis de Abbendon' et bestias in eo cepit sine licencia R. ipsius abbatis, et quosdam homines ipsius abbatis volentes ipsum arestare vulneravit contra pacem regis, ut dicitur, mandatum est vicecomiti Oxon' quod ipsum clericum liberet ipsi decano nomine ipsius episcopi, habendum super baroniam suam [accepta ab eo bona securitate, quod ipsum habebit *cancelled*] coram rege vel justiciariis suis quando rex preceperit ad standum recto de predicta transgressione, et habeat ibi hoc breve. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Willelmus filius Galfridi de Folnetheb', captus et detentus in prisona regis Linc' pro morte Rogeri de Welleton', unde rettatur, rettatus est de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Linc' quod tradat eum in ballium etc. Teste rege apud Merleberg' vij. die Augusti.

Pro Thoma Corbet.—Quia rex accepit per inquisicionem quod homines Thome Corbet de lingua Walensi qui sunt ad fidelitatem ipsius Thome de antiquo jure debent esse quieti de thelonio in villis de Mungumery et Salop', mandatum est vicecomiti Salop' quod nullum de predictis hominibus in predictis villis decetero thelonium capi permittat. Teste ut supra.

1246.

Et mandatum est hominibus Salop' et Mungumery quod nullum tallagium ab eis capiant.

Pro comitissa Kanc'.—Quia constat regi per cartam suam quod concessit H. de Burgo quondam comiti Kanc' et Margarete uxori ejus, quod ipsi et heredes et homines eorum de tallagio sunt quieti, mandatum est vicecomiti Kanc' quod non distringat nec a collectoribus tallagii regis in hundredo de Middelton' distringi permittat prefatam M. vel homines suos in predicto hundredo ad aliquid contribuendum ad tallagium predictum, et averia eorum ea occasione capta deliberari faciat. Teste rege apud Merleberg, viij. die Augusti.

Hybernia.—Significatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod rex salvam reputet provisionem factam G. quondam Lismorensi episcopo post cessionem suam de l. marcatis annui redditus et ij. carucatis terre de possessionibus ejusdem episcopatus ad mandatum domini pape per G. Ossor' episcopo (*sic*), cui etiam justiciario mandatum est quod predicto episcopo seisinam inde adeo plenam sicut inde habuit in adventu ejusdem justiciarii in Hybernia rehabere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Clifford' quod in foresta de Den' capiat x. damos, et eos habere faciat hominibus magistri milicie Templi in Anglia ad opus ejusdem magistri, de dono regis. Teste ut supra.

Pro W. episcopo quondam Karleolensi.—Mandatum est servienti de Meleburn' quod carucam, blada in terris, et catalla que cepit in manum regis in manerio de Barewe pertinente ad episcopatum Karleolensem, reddi faciat assignatis W. quondam Karleolensis episcopi, ad disponendum prout idem episcopus ordinavit antequam ingrederetur ordinem Fratrum Predicatorum. Teste ut supra.

Pro abbate de Becco.—Rex concessit abbati et conventui de Becco quod ipsi habeant unam feriam apud manerium suum de Edrecheston' singulis annis, duraturam per iij. dies, videlicet in vigilia et in die et in crastino Nativitatis Beate Marie, nisi feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum. Et mandatum est vicecomiti Warr' quod feriam illam per totam ballivam suam clamari et ibidem teneri faciat, ut predictum est. Teste rege apud Merleberg' x. die Augusti.

De castris custodiendis.—Ex quo Radulfus de Mortuo Mari diem clausit extremum, mandatum est Gladus' de Mortuo Mari et Henrico de Mortuo Mari quod castra que fuerunt ipsius Radulfi in Wallia liberent Waleramo Teutonico custodienda. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Waleramo quod ea recipiat et salvo custodiat donec aliud a rege habuerit mandatum. Teste ut supra.

De venacione capienda.—Rex mittit Ricardum de Candever' et Philippum fratrem suum ad capiendum ad opus regis ij. vel iij. cervos in balliva Avicie de Columbar', cui mandatum est quod eos ad hoc admittat et ad illos capiendos eis de hominibus suis auxilium inveniri faciat. Teste rege apud Merleberg' xij. die Augusti.

1246.
[m. 5.] *Pro Theobaldo de Englechevill'.*—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Devon' quod faciat habere Theobaldo de Englechevill' tallagium racionabile de hominibus suis de eo tenentibus in manerio de Depeford', quod aliquando fuit dominicum regis. Teste rege apud Merleberg' xiiij. die Augusti.

Pro Ada parcario.—Mandatum est custodi manerii de Elham quod Ade parcario de Elham faciat habere de exitibus ejusdem singulis annis iiij. summas ordei sicut Alicia quondam comitissa Augi eas ei dedit et reddere consuevit tempore quo manerium illud fuit in manu sua. Teste ut supra.

Pro abbate Gresten'.—Henricus Dei gratia etc. baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto nobis in Christo abbati Gresten' xx. libras ad quas ammerciatus fuit coram justiciariis nostris itinerantibus ad placita foreste in comitatu Sutht' de vasto bosco : et ideo vobis mandamus quod de predictis viginti libris ipsum quietum esse faciatis. Teste [ut supra *cancelled*] rege apud Walinford', xv. die Augusti.

Item pro eodem.—Henricus Dei gratia etc. vicecomiti Sutht', salutem. Scias quod perdonavimus dilecto nobis in Christo abbati Gresten' viginti libras ad quas ammerciatus fuit coram justiciariis nostris itinerantibus ad placita foreste in comitatu Sutht' de vasto bosco : et ideo tibi precipimus quod de predictis viginti libris ipsum pacem habere permittas. Teste ut supra.

De j. damo dato.—Mandatum est Henrico de Farleg' quod in foresta regis de Harewod' capiat j. damum, et illum habere faciat Emerico de Sacy, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Pipwell'.—Rex reddidit abbati et conventui de Pipwell' x. acras et j. rodam terre inassarto de Desburg', quas habuerunt de dono Baldewini de Veer, ad inveniendum j. capellanum divina celebrantem singulis diebus inperpetuum pro animabus antecessorum ipsius Baldewini, et viij. acras terre in assarto de Jungwode de feodo ipsorum monachorum, simul cum inbladatura que est in eisdem assartis suis, quietas inperpetuum ab omni redditu sicut eas prius tenuerunt, que capte fuerunt in manum regis eo quod assartate fuerunt infra forestam regis sine licencia regis : et mandatum est R. Passelewe et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod de predictis xviij. acris et j. roda terre talem seisinam habere faciant qualem habuerunt quando capte fuerunt in manum regis occasione predicta. Teste ut supra.

Et habent inde litteras patentes.

Pro abbate de Oseneia.—Henricus Dei gratia etc. Roberto Passelawe et sociis suis, salutem. Sciatis quod reddidimus abbati et conventui de Oseneya quatuordecim acras terre de assartis in comitatu Buk' et duas acras et duas acras et dimidiam de assartis in comitatu Oxonie cum inbladura que est in eisdem assartis (in comitatu Oxon' *cancelled*) quietas in perpetuum ab omni redditu sicut eas prius tenuerunt, que

1246.

capte fuerunt in manum nostram, eo quod assartate fuerunt infra forestam nostram sine licencia nostra : et ideo vobis mandamus quod de predictis sexdecim acris et dimidia talem seisinam eis habere faciatis qualem inde habuerunt quando eas capi fecistis in manum nostram occasione predicta. Teste ut supra.

Et habent inde litteras patentes.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Aundel', custodi foreste de Gillingeham, quod in eadem foresta faciat habere Roberto de Mucegros vij. bonas quercus ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste rege apud Wudestok xviij. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere H. Eliensi episcopo x. damos de dono regis in foresta de Huntendon' extra Wauberg'. Teste ut supra.

De gistis capiendis.—Mandatum est eidem quod permittat Godefridum de Craucumb' capere xv. gistas in bosco suo qui est infra metas foreste de Bernewod' ad quoddam solarium faciendum in domo monialium de Stodleg'. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta de Rokingeham faciat [habere] A. comitisse Leyc', sorori regis vij. damos, de dono regis. Teste rege apud Abbendon, xvij. die Augusti.

De perdonacione.—Rex perdonavit Mariot' que fuit uxor Willelm, de Ryseb' et Johanni de Ryseb' x. marcas quas regi promiserunt pro habendo quodam brevi de inquisitione, et mandatum est vicecomiti Norf' quod ipsos de predictis x. marcis quietos esse faciat. Teste ut supra.

Pro Isabella de Cresy.—Rex cepit homagium Isabelle que fuit uxor Rogeri de Cresy de omnibus terris et tenementis que idem Rogerus tenuit de rege in capite de hereditate ipsius Isabelle, et capta erant in manum regis occasione mortis ipsius Rogeri, et mandatum est vicecomiti Linc' quod de omnibus terris et tenementis predictis eidem Isabelle plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norf'.

De damis datis.—Mandatum est Isabelle que fuit uxor Roberti de Everingeham quod in foresta de Shirewod' faciat habere Waltero Byset iiij. damos, de dono regis. Teste rege apud Wudestok xix. die Augusti.

Pro Henrico de Novo Burgo.—Quia Henricus filius et heres Roberti de Novo Burgo fecit regi fidelitatem de manerio de Almer' quod idem Henricus tenere debet de abbatissa de Shaftesbir', mandatum est custodi ejusdem abbacie quod de eodem manerio cum pertinenciis eidem Henrico plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Gladusa de Mortuo Mari.—Rex commisit Gladuse que fuit uxor Radulfi de Mortuo Mari maneria de Stretfeld et Chaumers' cum

1246.

rationabili estoverio suo de blado, catallis et aliis que sunt in eisdem maneriis, habenda in tenanciam quousque plenariam dotem rex ei assignari fecerit, et mandatum est Henrico de Wingeham' et co-excaetatoribus suis in comitatibus Berk', Sutht' et Salop' quod de eisdem maneriis eidem Gladuse plenam seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Hereford' quod de omnibus terris et tenementis que Radulfus de Mortuo Mari et Gladusa uxor ejus tenuerunt in dote ipsius Gladuse de dono Reginaldi de Braus' quondam viri sui, que cepit in manum regis occasione mortis ipsius Radulfi, eidem Gladuse plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne Stol'.—Mandatum est constabulario de Wind' quod ad mandatum Godefridi de Liston, forestarii de Windes', Johannem Stol', venatorem Wintoniensis episcopi, quem cepit, a prisona regis deliberet. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Godefrido quod antequam a prisona deliberetur capiat ab ipso plegium quod erit coram justiciariis regis ad primam assisam etc. responsurus de transgressione foreste.

Pro priorissa de Catesb'.—Mandatum est Roberto Passelewe quod permittat priorissam et conventum de Catesb' claudere haia et fossato assartum suum de Weibur' quod habent ex dono Radulfi Harang', ita quod bestie regis ingredi possint assartum illud et egredi. Teste rege apud Wudestok xx. die Maii.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Novo (*sic*) Foresta quod faciat habere A. comitisse de Insula viij. damos in eadem foresta extra angulos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro operacionibus Westm'.—Rex thesaurario et camerariis. Mandamus vobis quod illas c. libras, que remanserunt de d. marcis quas habuimus de exitibus itineris justiciariorum nostrorum in comitatu Ebor', liberari faciatis custodibus operacionum ecclesie Westm' ad easdem operaciones. Teste ut supra.

Hybernia.—R. Johanni filio Galfridi, justiciario suo Hybernie, salutem. Quia sicut per litteras vestras quibusdam de consilio nostro significastis, ex quorundam relacione didicistis quod Hugo de Lascy, quomdam comes Ulton', disseisivit Thomam de Petrapont' quomdam virum Margerie, latricis presentium, de duabus carrucatis terre de hereditate ipsius Margerie, et dedit eis in excambium quamdam carrucatam terre quam alius per judicium versus ipsos recuperavit ita quod neque excambium illud habet predicta mulier neque propriam hereditatem ; vobis mandamus quod, tam per milites quam per alios discretos et legales homines de partibus illis, qui melius inde sciant et velint dicere veritatem, diligentem inde fieri faciatis inquisitionem : et si sic esse inveneritis prout predictum est, tunc prefate mulieri de predicta hereditate sua plenam seisinam habere faciatis, et si quis aliquid inde versus eam loqui voluerit, plenam utrique parti exibeatis (*sic*) justiciam. Teste rege xxj. die Augusti apud Wudestok'.

1246.

Pro Johanne de Hulmo.—Rex vicecomiti Lancastr', salutem. Scias quod assignavimus Johannem de Hulmo servientem nostrum ad pacem nostram in comitatu tuo custodiendam; et ideo tibi precipimus quod ipsum Johannem sine dilacione ad hoc recipias. Teste ut supra.

De cindulis.—Mandatum est Galfrido filio Warini, senescallo haiarum regis in comitatu Stafford', quod in haia regis de Tudeslegh' faciat habere Magistro Symoni de Wauton' ligna per numerum et per talliam ad cindulas faciendas ad domos regis de Fecham' cooperiendas. Teste rege apud Wudestok' xxij. die Augusti.

Hybernia.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, Justiciario Hybernie, quod sine dilatione habere faciat certo attornato Paulini Peyvre, cui rex concessit custodiam terre et heredum Radulfi de Sancto Amando, una cum maritagio eorundem heredum, omnes proventus et exitus et quicquid receptum fuerit de terris que fuerunt ipsius Radulfi in Hybernia, a tempore quo rex ei dimisit custodiam predictam, videlicet a vigilia Annunciacionis Sancte Marie, anno regni nostri tricesimo; et siquid ad scaccarium Hybernie inde receptum fuerit eidem reddi faciat. Teste rege ut supra.

De dote assignanda.—Rex assignavit Hawisie que fuit uxor Johannis de Nevill' in dotem maneria de Halinguebir', de Toteham, et de Leyngham' cum pertinenciis, que fuerunt ipsius Johannis quomdam viri sui, et præterea providit septem libratas et unam marcatam terre in residuis terris que fuerunt ipsius Johannis ei ubi eschaetores providebunt assignandas: et mandatum est Henrico de Wyngham et Simoni de Stanford' eschaetoribus in comitatu Essex quod de predictis maneriis cum pertinenciis eidem Hawisie plenam seisinam habere, et [sex *cancelled*] septem libratas et unam marcatam terre ei assignari faciant. Teste rege ut supra.

Pro Wasconibus.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod si Galfridus de Hulle, burgensis de Tieford, in conspectu suo cognoverit se debere Bidaldo et Willelmo Ernaldi de Regula undecim libras et sexdecim solidos, tunc de bladis averiis et aliis bonis ipsius Galfridi, ubicunque inventa fuerint in balliva sua, vendere faciat ad valenciam predictorum denariorum, et debitum predictum prefatis Bidaldo et Willelmo reddi faciat. Teste ut supra.

De civitate London' capienda in manu regis.—Mandatum est Willelmo Haverhull', thesaurario regis, quod civitatem London' capiat in manum regis, quod cives ejusdem civitatis non levaverunt hutagium et clamorem pro morte Magistri Guidonis de Arrecio et aliorum interfectorum, secundum legem et consuetudinem regni. Teste ut supra.

Pro comite Norf'.—Mandatum est thesaurario et baronibus suis de Scaccario quod, cum Matillis comitissa Norf' et Warenn', que habet esneciam hereditatis Walteri Marescalli quondam comitis Penbroch', cui rex ea racione commiserat virgam marescalcie, eandem

1246.
virgam marescalcie commiserit de licencia regis Rogero le Bigod, comiti Norf', filio et heredi suo, et rex homagium ejusdem comitis inde cepit, id quod ad predictam virgam pertinet decetero eidem comiti habere faciant, et ipsum quem loco suo assignare voluerit ad sedendum pro eo ad Scaccarium regis, dummodo idoneus sit ad officium illud, sine dilatione ad hoc admittant. Teste rege apud Wudestok' xxvj. die Augusti.

De cervis ad opus regis capiendis.—Mandatum est Thome de Muleton quod sub festinatione capiat ad opus regis centum cervos in foresta de Englewud', et quod eos liberet vicecomiti Cumberl' saliandos et cariandos usque Noting' etc. Mandatum est Willelmo de Yreby quod sit ei in auxilium ad cervos illos capiendos. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Noting' quod centum cervos quos ei liberabit vicecomes Cumberl' per preceptum regis recipiat et salvo custodiat donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

Pro Odone de Grimsted.—Rex dedit licenciam Odoni de Grimsted vendendi ipsi regi sexaginta quercus in bosco suo qui est infra metas foreste ad reparacionem castri Sar', et mandatum est Ade Coc, servienti regis de Clarendon', quod ipsum Odonem illas quercus regi vendere permittat. Teste rege ibidem xxvij. die Augusti.

Pro priore de Lantonay.—Rex concessit priori de Launtonay totam inbladaturam et omnes fructus provenientes de terra de Wulfrichestr' quam habuit ad firmam de Roberto de Pundelarch defuncto, usque ad festum Sancti Michaelis ; et mandatum est Henrico de Wingeham et choeschaetori suo in comitatu Glouc' quod predictam inbladaturam cum aliis fructibus habere permittant usque ad terminum predictum. Teste rege apud Wudestok' xxv. die Augusti.

De j. palefrido dato.—Mandatum est [Ricardo Marescallo regis *cancelled*] W. de Haverhull, thesaurario, quod emi faciat unum decentem palefridum ad opus Guidonis de Russillon, et illum ei liberari de dono regis ; et cum rex sciverit custum, illud reddi faciet. Teste rege ibidem xxviij. die Augusti.

[m. 4] *Pro excaetatoribus regis.*—Rex vicecomiti Devon', salutem. Precipimus tibi quod quamdiu Willelmus de la Pombraye fuerit eschaetor noster in comitatu tuo una cum dilecto clerico nostro Henrico de Wyngham, ipsum non ponas in juratis, assisis vel recognitionibus. Teste me ipso apud Woudestok' xxvij. die Augusti anno regni nostri xxx.

Eodem modo vicecomiti Berk' pro Willelmo de Englefield'.
Eodem modo vicecomiti Gloyern' pro Stephano de Harnhull'.
Eodem modo vicecomiti Sussex' pro Andrea Pevrel.
Eodem modo vicecomiti Kanc' pro Alfredo de Dene.
Eodem modo vicecomiti Leycestr' pro Willelmo Burdet.
Eodem modo vicecomiti Surr' pro Roberto de Micleham.
Eodem modo vicecomiti Northampt' pro Petro de Godington'.
Eodem modo vicecomiti Suthampt' pro Hamone de Basing'.
Eodem modo vicecomiti Oxon' pro Guidone filio Roberti.
Eodem modo vicecomiti Lincoln' pro Johanne filio Hugonis de Reppingehal' eschaetore in Kesteven'.

1246.

Eodem modo eidem vicecomiti pro Roberto filio Willelmi de Welleby eschaetore in Lindes'.

Eodem modo vicecomiti Stafford' pro Roberto de Grendon'.

Eodem modo vicecomiti Sumers' pro Johanne de Alre.

Eodem modo vicecomiti Wygorn' pro Rogero le Poher, hoc addito quod rex precipit predicto vicecomiti quod alium militem capiat loco Willelmi de Englefield' ad recognitionem foreste de Fecham.

Eodem modo vicecomiti Midelsex' pro Henrico Dairel.

Eodem modo vicecomiti Essex' pro Simone de Stamford'.

Eodem modo vicecomiti Suff' pro Galfrido de Badelee.

Eodem modo vicecomiti Huntind' pro Waltero de Wasingel'.

Eodem modo vicecomiti Cantebrig' pro Willelmo filio Henrici de Bokeswrth'.

Eodem modo vicecomiti Norf' pro Willelmo Rusteng.

Eodem modo vicecomiti Wilt' pro Alexandro de Chevrel.

Eodem modo vicecomiti Bok' pro Thoma Mansel.

Eodem modo vicecomiti Bedef' pro Ricardo de Percehal'.

Eodem modo vicecomiti Salop' pro Willelmo Hunaud.

Eodem modo vicecomiti Hertef' pro Simone de Furnell'.

Eodem modo vicecomiti Roteland pro Alano Basset.

Eodem modo vicecomiti Warr' pro Roberto le Meygre.

Eodem modo vicecomiti Dors' pro Rogero de Cotelee.

Eodem modo vicecomiti Hereford' pro Hugone de Croftes.

Pro comite Glouc' et abbate de Theokesbir'.—Rex Henrico de Wingeham escaetori suo, salutem. Mandamus vobis quod si dilectus et fidelis noster R. de Clar' comes Glouc' et dilectus nobis in Christo abbas de Theokesbir emerunt a Radulfo de Mortuo Mari in vita sua quandam partem maeremii, buscam et scindulam que prosterni fecerunt dum idem Radulfus superstes fuit in bosco ipsius Radulfi de Wyre, tunc ipsos permittatis sine inpedimento maeremium illud buscam et scindulam a bosco illo extrahere et ducere quo voluerint. Teste ut supra.

Pro W. episcopo quondam Karl'.—Mandatum est Thome de Staunford', custodi episcopatus Karleolensis quod, quia in litteris regis quas concessit W. quondam Karleolensi episcopo de testamento suo condendo continetur quod bene licuit ei testamentum condere tam de bladis existentibus in maneriis predicti episcopatus quam de bladis ecclesiarum annexarum eidem episcopatui, permittat executores testamenti ipsius episcopi liberam habere administracionem tam de bladis seminatis in terris maneriorum predicti episcopatus quam de bladis decimarum de ecclesiis annexis eidem episcopatui ad execucionem testamenti sui faciendam et inde pro voluntate sua disponere, deductis tamen racionabilibus expensis factis et faciendis ad predictos fructus colligendos. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Johanni de Scrutevill', custodi manerii de Meleburn', quod executores testamenti ipsius Karleolensis episcopi liberam administracionem habere permittat de omnibus bladis spectantibus ad ecclesiam de Meleburn', deductis etc. ut prius. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Henrico de Wingeham et coexcaetori suo in comitatu Linc' de bladis manerii de Hornecastr'.

1246.

De prisonibus Wallie.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod Tuderum filium Edynavet et Jon Vaghel, qui sunt in prisona regis in predicta Turri, liberet Johanni Maunsell' ducendos quo rex ei injunxit. Teste ut supra.

Pro Roberto de Curton.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod quia Robertus de Curton non est convictus super eo quod ei inponebatur equos et hernesium que Michael Tony et Nicholaus Batte arrestaverunt in civitate Lond' per preceptum regis, eidem Roberto sine dilacione reddi faciant. Teste ut supra.

Pro comite Leic'.—Mandatum est vicecomiti Bercshir' quod quocienscunque ballivi S. de Monte Forti comitis Leyrc' (*sic*) prisones aliquos ei liberabunt, quos ceperint in balliva ipsius vicecomitis, ipsos sine difficultate recipiat et in prisona regis salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege ibidem xxviij. die Augusti.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Salop' quod faciant habere uxori Johannis Extranei duo dolia vini de vinis regis que sunt in custodia sua, de dono regis. Teste [rege] ibidem xxix. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere Radulfo, filio Nicholai, in balliva sua vel in foresta de Havering' vel de Hathfeld sex damos, de dono regis. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Galfrido filio Warini quod faciat habere Johanni Extraneo in foresta de Salop duos cervos de dono nostro (*sic*). Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestr', quod de vinis regis apud Cestr' capiat ad opus suum decem dolia vini, de dono regis. Teste ut supra.

De prisonibus custodiendis.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod duos filios Tuderi filii Edenevet quos idem Tuderus ei liberabit obsides pro deliberatione sua salvo custodiat extra prisonam et eis necessaria honeste inveniat. Teste ut supra.

Wascon'.—Mandatum est Willelmo de Boeles, senescallo Wascon', quod de exitibus prepositurarum et consuetudinum civitatum Burdeg' et Baion' faciat habere Waltero de Arundell' servienti regis decem marcas ad expensas suas, de dono regis. Teste rege ibidem xxx. die Augusti.

Mandatum est vicecomiti Sussex' quod ponat in respectum demandam quam facit Petro de Hotaut. [*Cancelled.*]

Pro abbate Evesham'.—Mandatum est vicecomiti Wigorn' quod, quia rex concessit per cartam suam abbati et conventui Evesham' quietanciam secte faciende ad comitatum et hundredum, pro quo non debent participare ad amerciamenta praestanda pro falso judicio unde comitatus Wigorn' amerciatus est, non distringat ipsum abbatem vel

1246.

homines suos in balliva sua ad contributionem faciendam ad amerciamentum predictum, set illi tantum contribuant ad acquietandum amerciamentum illud qui sectam debent ad comitatum et hundredum, et judicia faciunt. Teste ut supra.

Pro Johanne de Folevill'.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod Johannem de Folevill', clericum, captum et detentum in prisona regis Oxon' eo quod cum quibusdam aliis parcum abbatis de Abbendon' pro venacione capienda fuerat ingressus et in eo interceptus, liberet archidiacono Oxon' nomine Linc' episcopi, quia idem episcopus id petiit. Teste ut supra.

Pro Johanne de Certes'.—Mandatum est [constabulario et *cancelled*] vicecomiti Oxon' quod, si Johannes de Certes', captus et detentus in prisona regis Oxon' eo quod ingressus fuit parcum abbatis de Abbendon' contra pacem regis, invenerit ei vj. legales homines quod stabit inde recto coram rege cum voluerit, vel coram justiciariis regis quando rex preceperit, tunc ipsum per plevinam illam a prisona regis dimittat. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Godefrido de Crowecumb' j. marcam ad quam amerciatus fuit pro transgressione foreste in comitatu Buk'; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Wudestok xxxj. die Augusti.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Mucegros quod faciat habere A. comitisse Penbrok' et Leic' in foresta de Savernak xx. quercus ad capellam suam de Everesleg' re-edificandam, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Avicie de Columbariis quod faciat ei habere xx. quercus in foresta de Chet.

Pro hominibus de Chiltham.—Quia Adam Esturmi terram suam in manerio de Chiltham tenet de rege libere per cartam regis, mandatum est vicecomiti Glouc' quod non sustineat aliquem partem tallagii regis ultimo assisi super idem manerium assideri super terram ipsius Ade ejusdem manerii, set totum tallagium reddant ceteri homines ejusdem manerii. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Pesemer'.—Quia regi constat per inquisicionem quod Johannes de Sunigehull' tenuit terram suam in Sunigehull' de rege in socagium, reddendo inde regi denarium per annum, et quod terram suam de Whitham tenuit de Ricardo de Pesemer' per servicium militare, mandatum est vicecomiti Berk' quod de custodia terre quam tenuit de predicto Ricardo in Whitham eidem Ricardo plenam seisinam habere faciat, habendam usque ad legitimam etatem heredis predicti Johannis, eo non obstante quod custodiam terre predicte cepit in manum regis occasione socagii predicti. Teste rege apud Wudestok j. die Septembris.

De perdonacione.—Rex perdonavit Johanni de Benneng' vj. marcas quas regi debet de quinta regis que ad regem pertinet in

1246.

recompensationem cujusdem equi quem amisit in servicio regis: et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia Willelmus le Poter, Hugo Brun, Ricardus prepositus, Hugo de Blofeld, Robertus de Stundesfeld, Stephanus in la Hagh', Martinus Binetherlegh', Willelmus Sprot', Alanus de Bladen', Simon de Hesfeld, Johannes de Bladen' et Walterus Stille, liberi homines de comitatu Oxon', manuceperunt coram rege habendi Wiburgiam, nutricem, que capta est et inprisonata apud Norht' pro morte hominis, coram justiciariis ad primam assisam etc., mandatum est vicecomiti Norhampton' quod per ballium predictorum ipsam a prisona deliberet. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Bristoll' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Magistro Ricardo, cytharede regis, j. dolium boni vini ad festum purificationis uxoris sue tenendum, de dono regis. Teste rege apud Wudestok iij. die Septembris.

Mandatum est custodibus vinorum regis Suht' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Godefrido de Crowecumb' j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi manerii de Keninton' quod de x. libris que regi debentur in manerio de Keninton de tallagio regis acquietari faciat x. libras que debentur operariis pro claustrura parci regis ibidem, et rex illas ei faciet allocari. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Thurstanus de Stykel', captus et detentus in prisona regis Oxon' pro morte Johannis de Wallop', unde Ricardus de Wallop' eum appellat, traditur in ballium quia appellatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum regis Westm' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Fulconi de Castro Novo iij. dolia vini, de dono regis. Teste rege apud Wudestok v. die Septembris. [*Cancelled.*]

De vinis datis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod in villa London' emi faciat iij. dolia boni vini et illa liberari Fulconi de Castro Novo de dono regis, et cum rex custum sciverit, breve de Liberate ei habere faciet. Teste ut supra.

Pro Silvestro de Bingeham.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ex quo vicecomes Noting' ei scire fecerit extentam terre Silvestri de Bingeham que est vadium Deodati, Jocei, Abraham, Benedicti et Benedicti, Judeorum de Noting', et Deulecresse filie Isaac Judei London, et Deodati filii Jacob' Judei Norht', quam idem vicecomes eis habere faciet per preceptum regis, tunc ipsi Silvestro de debitis que debet ipsis Judeis racionabilem finem et racionabiles terminos habere faciant. Teste rege apud Westm' v. die Septembris per J. Maunsel'.

Et mandatum est vicecomiti Noting' quod extentam terrarum illarum faciat habere justiciariis predictis a die Sancti Michaelis in xv. dies.

1246.

De cereis.—Mandatum est W. de Haverhull, thesaurario regis. et Edwardo filio Odonis quod fieri faciant x. cereos contra festum Beati Edwardi, quemlibet scilicet ix. cereorum de c. libris cere et decimum de cc. libris cere ; et cum rex custum sciverit, breve de Liberate eis habere faciet. Teste rege apud Wudestok v. die Septembris.

De cervis datis.—Mandatum est Thome de Multon' quod preter c. cervos quos nuper rex capi precepit ad opus suum in foresta de Englewode, capiat iiij. cervos et eos habere faciat justiciariis proximo itineraturis in comitatu Cumb', de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta de Bernewode faciat habere vicecomiti Oxon' vj. quercus ad grossum maeremium ad coquinam familie regis quam rex apud Oxon' fieri precepit. Teste ut supra.

[m. 3.] *De perdonacione.*—Rex perdonavit Stephano de Rokeslund' et Alano fratri suo omnes usuras que debentur Copin' de Oxon' Judeo de x. marcis quas ipsi ab eo mutuaverunt ; et mandatum est vicecomiti Oxon' quod de predictis usuris ipsos quietos esse, et ex quo predictas x. marcas eidem Judeo persolverint, vadia sua que eidem Judeo sunt inpignorata ipsis deliberari, faciat. Teste rege apud Wudestok viij. die Septembris.

Pro Conversam (sic).—Mandatum est custodi Conversorum London' quod Christianam Conversam Hereford' recipiat, et illam exhibeat in necessariis in hospicio quasi unam Conversorum. Teste ut supra.

Pro Ricardo Folyot.—Mandatum est Henrico de Wingeham et coexcaetatori suo in comitatu Norht' quod decimam ecclesie de Whitefeld que pertinet ad abbatem de Evesham' et terram quam Ricardus Foliot et Anna uxor ejus tenent in dotem ipsius Anne in eadem villa que cepit in manum regis racione serjantie regis alienate, ipsis replegiari usque ad diem omnibus de serjantiis regis assignatum. Teste ut supra.

Pro Johanne de Ballol.—Mandatum est Henrico de Wingeham et coexcaetatori suo in comitatu Norht', quod non obstante eo quod medietas manerii de Foddring', que fuit comitis Albemarl' de hereditate uxoris sue que nuper in fata concessit, capta est in manum regis, permittat ballivos Johannis de Balloyl excolere et seminare terras dominicas spectantes ad medietatem predictam donec aliud habuerit mandatum a rege, et interim non permittat quod de boscis parcis vel aliis spectantibus ad medietatem predictam aliqui faciant vastum vel destructionem. Teste rege apud Wudestok x. die Septembris [Julii *cancelled*].

Pro Jon Voyl.—Rex mittit Johanni Extraneo Jon Voel Valensem moraturum in castro regis Salop' vel apud Mungumery sub salva custodia ut homines et parentes sui ad ipsum possint habere accessum ad finem faciendum pro redemptione sua : et mandatum est eidem Johanni quod redemptionem illam in quantum poterit

1246. exactet, et accepta ab eo securitate de redemptione sua regi reddenda et fideli servicio regi prestando, et quod a fidelitate regi decetero non recedet, ipsum a prisona deliberet, significando regi redemptionem illam et securitatem quam inde ceperit. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Kauwode'.—Rex ad instanciam Ebor' archiepiscopi perdonavit Ricardo de Kawud' servienti suo, sectam que ad regem pertineret pro morte cujusdam extranei interfecti in valle de Pikering et invento (*sic*) in fossato de Mukedich', de cujus morte idem Ricardus rettatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Ebor', ita quod stet inde recto, siquis versus eum inde loqui voluerit; et mandatum est vicecomiti Ebor' quod amplius eum interrogari non faciat in comitatu suo causa utlagandi eum, set firmam pacem regis ei inde habere permittat; ita etc. ut supra. Teste rege apud Brehull' xj. die Septembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Henrico de Farleg' quod in foresta de Porecestr' faciat habere Willelmo de Albiniaco, ij. bonas quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Dovor'.—Rex ad instanciam Roberti Passelewe reddidit Ricardo de Dovor' omnes terras cum pertinenciis quas Thomas filius Bern' ei tradidit ad firmam de serjancia regis tenendas usque ad finem termini sui: et mandatum est Henrico de Wingeham et co-excaetatori suo in comitatu Buk' quod eidem Ricardo de terra illa cum pertinenciis talem seisinam habere faciant qualem inde habuit quando capta fuit in manum regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Pipwell'.—Quia rex prefixit abbati de Pipwell' certum diem ad ostendendum coram rege munimenta que ipse habet de terris quas tenuit in comitatu Warr' de serjantia regis, et que capte sunt in manum regis eo quod dicebatur ipsas esse alienatas de serjantia regis; et mandatum [est] Henrico de Wingeham etc. [Teste] ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Divis' quod faciat habere abbati de Stanl' ij. quercus in foresta de Cippenham et ij. in foresta de Melkesham ad stalla ecclesie sue facienda, de dono regis. Teste ut supra.

Rex Roberto Passel'. Mandamus vobis quod in foresta nostra de Pauncehal' faciatis habere priori de Burencestr' decem quercus ad maeremium ad fabricam ecclesie sue, de dono nostro. Teste ut supra.

De damis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in parco de Norht' xij. damos capi et usque Westm' mitti faciat contra festum Sancti Edwardi. Teste rege apud Brehull' xij. die Septembris.

Pro Radulfo de Leic' et hominibus suis.—Rex vicecomiti Warewic' et Leyc', salutem. Precipimus tibi quod, occasione alicujus precepti nostri tibi directi vel dirigendi de excommunicatis capiendis ad Radulfum de Leycestr' vel homines suos aut aliquos alios quos Coventr'

1246.

et Lych' episcopus de facto excommunicavit occasione ecclesie Sancti Michaelis de Coventr' capiendos, nullam manum apponas. Teste ut supra.

De quercu data.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in [parco Suth' *cancelled*] foresta de Bernewode faciat habere Roberto Malet j. quercum, de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni filio Nigelli quod in foresta de Brehull' faciat habere Fratribus Predicatoribus Oxon' xij. robora et Fratribus Minoribus ejusdem ville x. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Johanni de Burgo illas xx. marcas quas habuit de prestito regis in Wascon', et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Messenden xiij. die Septembris.

De damis capiendis.—Rex mittit Warinum Luvel ad capiendum l. damos ad opus regis in foresta de Braden' : et mandatum est Ade de Periton' quod ipsum ad hoc admittat. Teste ut supra.

Pro Matheo vinetario de castro Dovor'.—Rex dedit Matheo, vinetario de castro Dovor', domum illam cum pertinenciis que fuit Vivardi Judei in Cantuar' que est excaeta regis, sicut rex significavit vicecomiti Kancie per inquisicionem quam inde fieri fecit : et mandatum est vicecomiti Kancie quod de predicta domo cum pertinenciis eidem Matheo seisinam habere faciat. Teste rege apud Windes' xv. die Septembris.

Pro Magistro Henrico de Caumpeden'.—Rex concessit Magistro Henrico, priori ecclesie Beati Petri de Winchecumb', quod elongare faciat cancellum ejusdem ecclesie per spacium xij. pedum versus orientem si via illa per quam itur et reditur ab abbacia de Winchecumb' remaneat latitudinis xxx. pedum, et etiam quod possit dilatare quandam alam inchoatam ex parte australi ejusdem ecclesie in longitudine xxx. pedum et latitudine xij. pedum, si strata regia communis remaneat latitudinis [xij. *cancelled*] xviij. pedum : et mandatum est vicecomiti Glouc' quod id fieri permittat. Teste rege apud Wind' xvij. die Septembris.

Hybernia.—Quia Fulco de Castro Novo non potest ad presens propter corporis sui infirmitatem in Hyberniam proficissi (*sic*), mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod Stephano de Hoyllak, socio ipsius Fulconis, de omnibus que ad ipsum Fulconem pertinent in Hybernia talem seisinam et administracionem habere faciat ad opus ipsius Fulconis qualem ipsi Fulconi habere faceret si personaliter illuc veniret. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Divis' quod faciat habere Magistro Waltero de Lench' iij. quercus in foresta de Çippenham, de dono regis. Teste ut supra.

1246.

De prisonibus custodiendis.—Mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod Alanum de Stonistratford, Willelmum le Waleis, Ricardum et Radulfum de Gudeford, prisones quos ei liberabit Robertus Blund', ab eo recipiat et salvo custodiat donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste rege apud Wind' xxj. die Septembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Shirewude faciat habere priori de Blye iiij. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Sutht' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Radulfo de Gorges j. dolium vini ad opus uxoris sue, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Grey.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Kancie, quod faciat habere Ricardo de Grey racionabile tallagium de hominibus suis de Eleford, quod aliquando fuit dominicum regis. Teste rege apud Wind' xxiij. die Septembris.

Rex perdonavit Ricardo de Grey scutagium quod regi debet pro exercitu de Gannok de feodis v. militum que Isolda de Grey, mater ipsius Ricardi, cujus heres ipse est, tenuit de rege in capite : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Noting' et Dereb'.

De perdonacione.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Emerico de Sacy scutagia que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii nostri pro excercitu nostro Pictav' et de Gannoc', in quibus fuit nobiscum per preceptum nostrum ; et ideo vobis mandamus quod eum de predictis scutagiis quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Suht' quod ipsum inde quietum esse permittat.

De damis datis.—Rex Roberto de Ros, justiciario suo foreste, salutem. Mandamus vobis quod in foresta nostra de Shirewod' faciatis habere dilecto et fideli nostro Ricardo de Grey quatuor damos et sex damas ad quendam parcum suum instaurandum, de dono nostro. Teste rege apud Wyndesor' xxv. die Septembris.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Cestr' quod de vinis regis habere faciant Ricardo de Grey tria dolia vini, de dono regis. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Pless' quod pueris regis de hospicio suo habere faciat robas suas de hoc anno eo modo quo de anno transacto, et insuper Rogero de Mortuo Mari se tercio, Galfrido filio Johannis se altero, et Engeramo de Percy se altero robas decetero. Teste ut supra.

Pro Juliana filia Johannis de Reyny.—Quia Alexander de Cheverel significavit regi quod Juliana filia Johannis de Reiny fuit in pacifica

1246.

possessione per iij. annos ante mortem ipsius Johannis de terra de Burebach' quam cepit in manum regis post mortem ipsius Johannis, mandatum est eidem Alexandro quod Alano de Wauton' et predicte Juliane uxori ejus de eadem terra talem seisinam qualem inde habuerunt ante mortem ipsius Johannis habere faciat, et siquid inde ceperit id eis reddat. Teste ut supra.

Pro magistro hospitalis.—Mandatum est servienti de Keninton quod de vij. cignis quos arestavit de covata cigni regis et cigni hospitalis Hampton' retineat ad opus regis iiij. et iij. liberet magistro ejusdem hospitalis donec discussum fuerit in curia regis utrum covata illa ad regem vel ad idem hospitale pertineat, vel una medietas ad regem et altera ad illud hospitale. Teste ut supra.

De fagis.—Mandatum est Ade Cok quod in bosco regis de Bocholt' faciat habere constabulario de Merleberg' iij. fagos ad faciendum inde mensas ad deicios in aula de Merleberg' et Lutgares'. Teste ut supra.

De claretto faciendo.—Rex custodibus vinorum suorum Westm', salutem. Precipimus vobis quod permittatis Magistrum Radulfum de Neketon', vel ipsum quem idem Radulfus mittet usque Westm', capere de melioribus vinis nostris ibidem quantum necesse fuerit ad faciendum sex sextercia claretti contra instans festum Sancti Edwardi. Teste rege apud Wind' xxvj. die Septembris.

De malefactoribus arestandis.—Mandatum est Roberto Passelewe et sociis suis quod diligentem faciant inquisicionem qui sunt illi qui equitaverunt in comitatu Essex' cum equis et armis ad perturbacionem pacis regis, et omnes illos quos inde invenerint culpabiles arestari per corpora sua : ita quod non deliberentur a prisona sine speciali precepto regis. Teste ut supra.

Mandatum est abbati de Rading' quod quendam falsarium monete et uxorem et pueros suos quos habet in prisona cariari faciat usque London', liberandos ibidem custodi gaiole de Neugat', cui mandatum est quod illos recipiat et salvo custodiat donec aliud habuerit preceptum. Teste ut supra.

Pro Fortunato de Luk'.—Mandatum est Willelmo de Pless' quod faciat habere Fortunato de Luk' unam robam, et ij. filiis Arn' Willelmi de Acri Monte ij. robas, sicut ceteris vadlettis regis. Teste rege apud Windes' xxix. die Septembris.

De bremiis et tench' datis.—Mandatum est Henrico de Bathon' vicecomiti Ebor', quod faciat habere Petro de Sabaud[ia] cc. bremias et cc. teng' in Fossa ad quandam maram in comitatu Richemund' instaurandam, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo de Ludham quod in parco de Ponte Fracto faciat habere eidem Petro xx. damas et x. damos ad quoddam (*sic*) parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

1246.

De vinis datis.—Mandatum est camerario regis London' quod faciat habere uxori Roberti de Cantuar' j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De vivario de Keniton' reparando.—Mandatum est Godefrido de Liston quod faciat habere custodi manerii de Kenyton' xl. blettrones de fago ad reparandum exclusas vivarii regis de Kenyton'. Teste rege apud Windles' primo die Octobris.

De tradendo in ballium.—Simon filius Rogeri, captus et detentus in prisona regis Oxon' pro morte Roberti de Pulten', traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Oxon', quia rettatus est de morte illius odio et atia etc. Teste ut supra.

De quadam venella obturanda.—Quia regi videtur sicut maiori et vicecomitibus London' quod obturatio venelle juxta domum Sancte Elene non est ad nocumentum civitatis regis, mandatum est eis maiori et vicecomitibus quod venellam illam obturari permittant. Teste ut supra.

De j. robam datam (sic).—Mandatum est Willelmo de Pless' quod faciat habere Elye Brise unam robam de dono regis sicut uni vadlettorum regis. Teste ut supra.

De pane.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod fieri faciant ad opus regis contra festum Beati Edwardi xx. libratas pannis (*sic*), ij. scilicet panes ad denarium de una medietate illarum xx. libratarum panis et iiij. panes ad denarium de alia medietate : et rex precium illius panis acquietari faciet. Teste rege apud Wind' iij. die Octobris.

Pro hominibus de Retford'.—Quia inventum est in rotulis de Cancellaria regis quod homines de dominico regis de Retford talliati sunt ad xxv. marcas et non ad xxxv. marcas, mandatum est baronibus de Scaccario quod de x. marcis quas ab eis exigunt per summonicionem Scaccarii de superplusagio ultra predictas xxv. marcas ipsos quietos esse faciant. Teste ut supra.

De orreis de Wind' reparandis.—Mandatum est Godefrido de Liston' quod in foresta de Windes' faciat habere Jacobo, preposito de Windes', cheverones, palos, et claustruram ad reparacionem orreorum regis Windles'. Teste ut supra.

De vinis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Windes' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Petro de Wakering' viij. dolia vini ad opus puerorum regis apud Windes' commorancium. Teste ut supra.

Pro fratribus hospitalis Wigorn'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit a vicecomite Salop' quod Robertus de Wodeton' in egritudine sua et in bona existens memoria dedit hospitali Sancti Wulstani Wigorn' circiter tres acras de bosco suo de Huggileg', et per ballivos suos posuit Willelmum capellanum custodem

1246.

ejusdem hospitalis in seisinam ejusdem bosci, ita quod idem custos fuit in plena seisina ejusdem bosci per quindecim dies ante mortem predicti Roberti, mandatum est Henrico de Wingeham et choeschaetori suo in comitatu Salop' quod eidem custodi talem inde seisinam rehabere faciant qualem inde habuit quando boscum illum simul cum terris que fuerunt predicti Roberti capi fecerunt in manum regis. Teste rege apud Westm' viij. die Octobris.

Pro Willelmo le Rus.—Quia Willelmus le Rus non habuit certificacionem cujusdam assise nove disseisine coram Rogero de Thurkelb' pro qua habenda finem fecerat cum rege pro x. marcis que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii, mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis x. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Rading' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Johanni de Frethorn' j. dolium boni vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro operacionibus Westm'.—Mandatum est Johanni de Wyvull' et Magistro Rogero de Gosebek, justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quod iiij. marcas auri quas habent de perquisitis liberent Edwardo filio Odonis ad operacionem feretri Beati Edwardi. Teste rege apud Westm' x. die Octobris.

Pro hominibus de Salop'.—Quia rex accepit per inquisicionem quod probi homines de Salop' tempore baronis de Bulers, antequam villa de Veteri Mungumery fuit excaeta predecessorum regis regum Anglie, libere consueverunt emere et vendere in eadem villa de Veteri Mungumery friscum et salatum et telas de lana et lino scindere et vendere et omnia alia mercimonia sine inpedimento predicti baronis et ballivorum suorum, mandatum est vicecomiti Salop' quod predictos homines de Salop' in seisinam mittat de emptione et venditione frisci et salati et omnium aliorum mercimoniorum et de scisione et de venditione telarum de lana et lino in predicta villa de Mungumery. Teste rege apud Westm' xj. die Octobris.

Pro persona ecclesie de Herebaldon'.—Quia rex accepit per inquisicionem quod non esset ad nocumentum communis vie Cantuar' nec viatorum per eandem viam transeuncium si rex concederet ecclesie Beati Michaelis de Herebaldon' in augmentum atrii ejusdem ecclesie vij. perticatas terre in longitudine et j. perticatam terre et dimidiam in latitudine de monte illo qui jacet juxta viam predictam et qui nominatur Herebaldon', mandatum est vicecomiti Kancie quod in augmentum atrii ejusdem ecclesie predicte vij. perticatas terre in longitudine et j. perticatam terre in latitudine capi permittat. Teste ut supra.

Pro rege Scocie.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod de medietate manerii de Fodring' quam W. de Fortibus, comes Albemarl', tenuit de A. rege Scocie de hereditate uxoris que fuit ipsius comitis, que

1246. fuit una heredum comitis Huntendon', certo nuncio ipsius regis ad opus predicti regis plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westm' xv. die Octobris.

Pro Ricardo de Bolebek.—Mandatum est eidem quod de medietate manerii de Tingden', excepto capitali mesuagio et advocacione ecclesie ejusdem ville, que fuit de hereditate Christiane que fuit uxor comitis Albemarl', et quam idem comes dedit Ricardo de Bolebec' in vita ipsius Christiane, et unde cyrografum factum fuit in curia regis, eidem Ricardo talem seisinam habere qualem inde habuit antequam capta esse[t] in manum regis occasione mortis ipsius Christiane, et siquid de firma vel de aliis bonis ejusdem medietatis ceperit, id ei reddi, faciat. Teste ut supra.

Pro Lauretta de Ballol.—Rex cepit homagium Laurette que fuit uxor Henrici de Balloyl de omnibus terris et tenementis que predictus Henricus tenuit de hereditate ipsius Laurette : et mandatum est Henrico de Wingeham et coexcaetoribus suis in comitatibus Essex', Hertford' et Norf' quod de terris predictis ei seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne de Baillol.—Eodem modo scribitur Henrico de Wingeham et coexcaetoribus suis in comitatibus Linc' et Norht' pro Johanne de Baillol de terris et tenementis que Dervorgoilam uxorem ipsius Johannis hereditarie contingunt de terris que fuerunt Christiane uxoris W. comitis Albemarl'.

Eodem modo scribitur Roberto de Crepping'.

Pro hominibus de Dereb'.—Quia inventum est in rotullis (*sic*) de Cancellaria regis quod homines de Dereb' talliati sunt ad l. marcas et non ad lv., mandatum est baronibus de Scaccario quod de v. marcis quas ab eis exigunt per summonicionem Scaccarii regis de superplusagio ultra predictas l. marcas ipsos quietos esse faciant. Teste ut supra.

De quadam villa facienda.—Rex assignavit Rogerum filium Radulfi, Adam Baret et Robertum de Crepping' ad ordinandum quandam villam novam ad portum de Warnet et ad deliberandum burgagium ejusdem ville una cum vicecomite Norhumbr', et rex dat eis in mandatis quod ad diem quem eis scire faciet idem vicecomes ad hoc secum intendant : et mandatum est eidem vicecomiti quod ipsos ad hoc convenire faciat quamcicius ad hoc vacare poterit : interim autem clamari faciat per totam ballivam suam quod omnes qui burgagium aliquod recipere voluerint ibidem illuc eidem vicecomiti et predictis fidelibus regis ad diem quem providerit eis statuendum. Teste ut supra.

Pro abbate de Cyrencestr'.—Quia abbas Cyrenc' finem fecit cum rege pro habenda seisina boscy (*sic*) sui capti in manum regis propter vastum in eo factum, mandatum est viridariis foreste de Braden' quod wudeward' quem idem abbas eis presentaverit ad custodiendum boscum suum cum sacramento debito de viridi et venatione et cum plegiis quos invenient de fideli servicio recipiant. Teste ut supra.

1246.

Pro Philippo de Kaleston'.—Rex deliberari fecit a prisona Philippum de Kaleston' quem rex capi fecerat eo quod dicebatur ipsum adhesisse inimicis regis : et mandatum est J. de Grey, justiciario Cestrie, quod eidem Philippo catalla et bona sua, ea occasione capta in manum regis, reddi faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suff' etc.

Pro Willelmo Lungesp'.—Quia Willelmus Lungesp' finem fecit cum rege pro bosco suo habendo in foresta de Windes', qui captus fuit in manum regis pro veteri vasto et novo, et mandatum est Godefrido de Liston quod de predicto bosco ei seisinam habere faciat, ita quod boscus ille custodiatur secundum consuetudinem foreste regis. Teste rege apud Westm' xvij. die Octobris.

Mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod loco Thome de Stratton et Willelmi de Bamburg', quondam coronatorum regis, quorum terre [*sic*] justiciarii nuper itinerantes in comitatu suo ceperunt in manum regis propter transgressionem suam, eligi faciat alios coronatores ad faciendum ea que ad coronam regis pertinent in eodem comitatu, donec ipsi de transgressione illa regi satisfecerint. Teste ut supra.

Pro marescallo et aliis.—Rex reddidit R. le Bigod' marescallo comiti Norf' et Waltero filio Roberti et Philippo de Columbariis custodias (*sic*) terrarum quas Willelmus le Bretun de eis tenuit et que capte sunt in manum regis eo quod idem Willelmus partem terre sue tenuit de rege in capite : et mandatum est Henrico de Wingeham excaetatori suo quod eis custodiam terrarum illarum liberet. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Waleramo le Tyeis x. marcas ad quas amerciatus fuit coram justiciariis ad placita foreste in comitatu Buk' pro transgressione foreste : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Magistro J. de Wichio.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod non permittat Wischard' de Charon, Magistrum J. de Wychio, vel ipsum magistrum prefato W. in ecclesia de Eilesham et ejus pertinenciis laicam vim inferre, set uterque eorum, si voluerit, jus suum super ecclesiam ipsam in foro ecclesiastico prosequatur, et blada dicti Magistri, que in manu regis cepit in terra abbatis de Begeham' reposita, ei deliberari faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Henricus prepositus de Thorp, Galfridus Bieston', Reinerus de Thorp, Alexander filius Agnetis vidue, Radulfus filius Gunnilde, Hugo Belle, Johannes le Bulur', Henricus Belle, Simon filius Lewin', Willelmus Bille, Willelmus de Westonra, Petrus filius Henrici, Ricardus de Leusebi, Nicholaus le Cunestable, Reginaldus filius Alexandri, Ricardus filius Galfridi, Galfridus le Hore, capti et detenti in prisona nostra de Piltona in comitatu Rotel' pro morte Thome filii Hugonis de Wythevill', traduntur in ballium eo quod appelati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Westm' xj. die Octobris.

1246.

De quercubus.—Mandatum est Willelmo de Norht', forestario de Bernewod', quod in bosco regis de Bernewod' faciat habere vicecomiti Buk' iij. quercus ad lathias et cindulam faciendas, ad operationes regis de Brehull'. Teste rege apud Westm' xix. die Octobris.

De bremiis et luciis datis.—Mandatum est Henrico de Farl' quod faciat habere Winton' episcopo x. bremias in mara de Wulvemar, et x. lucios si bremie ibi sint, et si non sint, tunc faciat ei habere xx. lucios ad vivarium suum de Fermersham instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Westm' ut supra.

De tradendo in ballium.—Walterus Bolle, captus et detentus in prisona regis Oxon' pro morte Johannis de Walhop', traditur in ballium quia appellatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Kadamo.—Rex reddidit abbatisse de Cadamo iij. acras terre et dimidiam cum pertinenciis in Fenested' in comitatu Essex, que capte sunt in manum regis eo quod assartate fuerunt in foresta regis sine licencia regis : et mandatum est R. Passelewe et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod ipsam terram inperpetuum ei quietam reddant. Teste ut supra.

[m. 1.] *De perdonacione.*—Rex perdonavit Emerico de Sacy viij. marcas quas regi debuit de arreragiis auxilii regi concessi ad [primogenitam filiam regis maritandam *cancelled*] passagium regis in Britanniam : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Waltero de Faucumberg' x. quercus ad maeremium in foresta de Selewud', de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled :*] *Quia habuit damos pro ipsis quercubus.*

Pro comite Leic'.—Quia rex concessit S. de Monte Forti, comiti Leic', quod habeat omnes excaetas de terris Norm' que sunt de feodo suo, et mandatum est baronibus de Scaccario quod Osbertum de Saunterdon, a tempore quo rex concessit eidem comiti predictam liberacionem de xl. solidis annuis que ab eo exiguntur per summonicionem de terra sua de Chalvel', et quos per preceptum regis reddidit eidem comiti, quietum esse faciant. Teste rege apud Westm' xxj. die Octobris.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere Willelmo de Medburn' vj. quercus ad maeremium in foresta de Gatesl', de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Cecilie que fuit uxor Martini Malherb' x. marcas per quas finem fecit cum rege pro habenda celeri justicia in appello quod fecit versus Johannem le Vadlet de morte predicti Martini quondam viri sui ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam inde quietam esse faciant. Teste rege apud Westm' xxij. die Octobris.

1246.

Pro Hugone le Bygod'.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Dereb' quod faciat habere Hugoni le Bigod' et Johanne uxore (*sic*) ejus racionabile tallagium de hominibus suis in manerio de Cestrefeld', quod aliquando fuit dominicum predecessorum regis, regum Anglie. Teste ut supra.

Pro comite Albemarl'.—Consimile breve habet comes Albemarl' de tallagio habendo ab hominibus suis de Derteford'.

[*De trade*]*ndo in ballium.*—Matillis de Horingdon' et Juliana de Brugg', capte et detente in prisona regis de Well', traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Sumers', quia rettate sunt de morte cujusdam extranee invente mortue extra Wik' odio et atia etc. Teste ut supra.

[*De quer*]*cubus datis.*—Mandatum est Henrico de Wingeham, excaetatori regis, quod in foresta de Wyre que fuit Radulfi de Mortuo Mari faciat habere Johanni de Pless' xx. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Westm' xxv. die Octobris.

. . . *archiepiscopo.*—Quia testificatum est coram rege quod W. Ebor' archiepiscopus anno etc. xiij., quo reddidit manerium de Knareburg' cum pertinenciis per preceptum regis H. de Burgo quondam comiti Kanc', reddidit ei terras ejusdem manerii inbladatas, mandatum est baronibus de Scaccario quod de inbladatura anni regis noni, quam ab eo exigunt per summonicionem Scaccarii, ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

[*De quercu*]*bus datis.*—Mandatum est R. Passelewe quod in foresta de Wauberg' faciat habere Magistro Ricardo de Wendover iiij. quercus, de dono regis, pro cura quam fecit Fulconi de Castro Novo in egritudine sua. Teste ut supra.

. . . *Capes.*—Quia satis constat per inquisicionem quam fieri fecerunt barones de Scaccario quod decidit Hugoni de Capes de firma sua ix. marcarum quas reddit regi per annum pro hundredo de Falelheleg', quod tenet ad vitam suam usque ad valorem sexaginta et duorum solidorum et decem denariorum, quos percipere consueverat per annum de auxiliis et omnimodis placitis et perquisitis pertinentibus ad vicecomitatum in maneriis abbatis Evesham' de Baddeby et Newenham, occasione libertatis quam rex concessit R. quondam abbati Evesham, mandatum est eisdem baronibus quod predictos lxij. solidos et decem denarios eidem Hugoni in predicta firma sua allocari, et eos a predicto abbate exigi faciant. Teste ut supra.

. . . Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod Willelmum de Craketot' de decem marcis quas ab eo exigitis per summonicionem Scaccarii nostri pro decem marcis quas nuper accepit ab Hamone Passelewe, et quas solvit eidem Hamoni, quietum esse faciatis. Teste ut supra.

. . . Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, et Edwardo filio Odonis quod de mille libris quas deposuerunt apud Novum

1246.

Templum London' per preceptum regis [fac]iant habere Johanni Maunsel d. marcas ad faciendum inde preceptum regis. Teste rege apud Westm' xxvij. die Octobris. [*Cancelled.*]

. . . [Man]datum est constabulario Divis' quod in balliva sua faciat habere R. comiti Cornub' xx. quercus, de dono regis, ad construccionem domorum suarum de Corsham. Teste rege apud . . . eford ut supra.

. . . [Q]uia Rogerus de Clifford habuit cum rege servicium Johannis de Clifford per preceptum regis in Norwall' tempore exercitus regis de Gannok, mandatum est senescallo Hereford' episcopi quod pro servicio quod idem Johannes debuit domino suo in Sutwall' tempore predicto ipsum Rogerum non distringat. Teste ut supra.

1245.
[m. 25*d.*] Johannes de Burgo attornavit loco suo Adam de Mungumery contra burgenses Stanford' in loquela que est coram rege inter eos de tallagio ab hominibus ipsius Johannis captis.

Mandatum est justiciariis itinerantibus in Hybernia quod appellum quod Ricardus de Notingeham facit versus Alanum de Chaumberleg' in quo error, ut rex audivit, est manifestus, ponant in respectum usque adventum Johannis filii Galfridi quem rex de novo creavit justiciarium parcium illarum, cui injunxtum est quod si in processu ejusdem appelli spreto juris ordine aliquid errati, illud revocari et sine dilacione faciant emendari. Teste rege apud Cestr' j. die Novembris.

Henricus de Erleg' essoniavit se per Nicholaum de Suinerton versus regem de placito terre.

Rex W. de Eborac', salutem. Quia in crastino Animarum in Anglia non fuimus nec vestram habuimus presenciam ad placita que coram nobis sunt tenenda, vobis mandamus quod omnes loquelas unde W. Mar', comes Penbr', vocatur ad warantum coram nobis et alia placita ipsum tangencia aterminetis coram nobis in octabis Sancti Hyllarii in eodem statu in quo fuerunt ad diem predictum. Teste rege apud Cunnbremar' iiij. die Novembris.

Rex vicecomiti Norht', salutem. Quia personaliter esse non possumus apud Westm' a die Sancti Martini in xv. dies quem diem barones nostri de Scaccario dederunt omnibus tenentibus de nobis in capite per serjanciam, et omnibus aliis tenentibus de eisdem serjanciis in balliva tua quod sint coram nobis a die Sancti Hillarii in xv. dies apud Westm' ad audiendum et faciendum quod de predictis serjanciis facere voluerimus. Teste rege apud Wigorn', x. die Novembris.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie, excepto vicecomiti Cornub'.

Placita de foresta in comitatu Oxon' summonita sunt coram Roberto Passelewe et sociis suis apud Oxon' in crastino Sancti Andree.

1245.

Quia Thomas filius Luciani fuit in servicio regis in Anglia, et frater suus traxerit eum in placitis in curia Dublin', mandatum est justiciario Hybernie quod loquelam illam ponat in respectum usque in j. mensem a die Pasche anno etc. xxx.

Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestr', quod per totam ballivam suam cum quanta fieri poterit festinatione in singulis burgis et bonis villis et hundredis publice clamari et firmiter observari faciat quod nullus de balliva sua, sicut corpus suum diligit, aliquod genus victualium ferrum vel acerum vel pannum vel quamcumque aliam mercem vendat mittat vel ducat vel pro posse suo duci vendi vel mitti permittat ad opus Walensium inimicorum regis, et si aliquem interripere possit qui victualia vel alias merces quascumque eis vendere vel mittere attemptaverit contra hanc prohibicionem regis, omnia illa merces et victualia in manum regis capiat et ad opus regis salvo custodiat tanquam ea que regi incurruntur; corpus autem ipsius vendentis vel mittentis incontinenti capiat et in prisona regis salvo custodiat, donec id regi significaverit et aliud a rege habuerit mandatum. Teste.

Lancastr'.	Linc'.	Sutht'.	Stafford' Salop'.	Radulfo de Mortuo Mari.
Westmerl'.	Norf' Suff'.	Wilt'.	Glouc'.	Waltero de Clifford'.
Cumb'.	Essex' et Hertford'.	Sumers' Dors'.	Com' Mares'.	Willelmo de Stutevill'.
Norhumb'.	Kanc'.	Devon'.	Com' Glouc'.	Herberto filio Petri.
E[b]or'.	Sussex' Surr.	Cornub'.	Willelmo de Braus'.	
		Hereford'.	Patr' de Chaurc'.	

[m. 23*d*.] Rex concessit Willelmo de Cantil' juniori quod sit attornatus uxoris sue et pro ea recipiat portionem eos contingentem de terris et tenementis que fuerunt W. Marescalli, quondam comitis Penbrok', coram rege una cum ceteris heredibus ipsius comitis.

[m. 22*d*.] Mandatum est vicecomiti Hertford' quod certo diem [*sic*] quem duxerit prefigendum, venire faciat usque Netheleg' xij. de discretis et legalibus militibus de comitatu suo, et in presencia sua et in presencia vicecomitis Buk', cui preceptum est quod ad diem [et locum *cancelled*] quem ei scire faciet, ad eundem locum venire faciat xij. de discretis et legalibus militibus de comitatu suo, perambulationem fieri faciet per sacramentum predictorum xxiiij. militum inter terram que pertinet ad honorem de Berkhamsted' et terram que pertinet ad honorem de Walingford' in eadem villa, ut tam rex quam comes Ricardus certificari possint distincte et aperte, que sunt mete certe et divise inter honores predictos; et ex quo perambulacio illa facta fuerit, ipse vicecomes sub sigillo suo et sigillis vicecomitis Buk' et predictorum xxiiij. militum regi certificent (*sic*) per quas metas et divisas perambulatio illa facta fuerit, ut rex eam stare faciat, et tunc rex mittat breve. Teste (*unfinished*).

Et mandatum est vicecomiti Buk' quod ad diem etc.

1246.

Rex vicecomiti Norhampton', salutem. Monstravit nobis Hugo Giffard, cui concessimus custodiam terre et heredis Rogeri de Baskervill', qui quandam partem tenuit de nobis in capite, quod Elyas Giffard, de quo idem Rogerus similiter tenuit per servicium militare in Haliden', se misit in seisinam cujusdam terre in eadem villa quam Lucia de Cormaill', que mortua est ut dicitur, tenuit in dotem de hereditate predicti heredis : eo quod terra illa est de feodo ejusdem Elye, quia vero custodia omnium terrarum que fuerunt predicti Rogeri, de quocumque teneantur, ad predictum Hugonem pertinet racione predicte concessionis nostre, sicut ad nos pertineret si eam in manu nostra retineremus, et idem Elias nullum jus habet ad dotem predictam in manu sua tenendam, tibi precipimus quod de predicta terra cum pertinenciis quam predicta Lucia tenuit in dotem in Haliden' de hereditate predicti heredis eidem Hugoni plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westm' vj. die Januarii.

[m. 21*d.*] Mandatum est Johanni filio Galf', justiciario Hybernie, quod cantredum de Okenach' cum castro et aliis pertinenciis suis, in cujuscunque manu fuerit, capiat in manum regis et salvo custodiat donec aliud ab ipso habuerit mandatum.

W. Winton' episcopus et abbas de Loco Sancti Eadwardi posuerunt se in perambulacionem inter terram ipsius episcopi in Biterne et terram predicti abbatis in Hune et Lattel', in comitatu Suht'.

Mandatum est vicecomiti Norf', sicut alias ei preceptum est, quod sicut se ipsum et omnia que habet diligit, distringat Robertum de Bruys per terras et catalla sua in balliva sua ad satisfaciendum mercatoribus et probis hominibus Norwic' in debitis que eis debet pro pane et cervisia et aliis necessariis ab eis captis tempore quo fuit vicecomes ejusdem comitatus, que quidem debita ad Scaccarium ei sunt allocata, ne rex aliam ab eis inde audiat querimoniam propter quam rex ad ipsum se graviter capere debeat.

[m. 17*d.*] Mandatum est vicecomiti Sutht' quod, assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus de comitatu suo, in propria persona sua accedat ad terram Winton' episcopi in Meredon' et ad terram abbatis de Waverl' in Boveiat', et per eorum sacramentum fieri faciat perambulationem inter terram ipsius episcopi in Meredon' et terram ejusdem abbatis in Boveiat', ita quod perambulatio illa fiat per certas metas et divisas, quia etc., et scire faciat etc.

[m. 16*d.*] Communia placita comitatus Ebor' summonita sunt apud Ebor' coram Rogero de Thirkelb', Gilberto de Preston', Henrico de Bratton', Hugone filio Radulfi, Magistro Simone de Wauton' et Johanne de Cobeham, et inrotulatum est breve in anno etc. xxviij.

[m. 14*d.*] Mandatum est vicecomiti Devon' quod, assumptis secum duodecim discretis et legalibus militibus de comitatu suo, in propria persona sua accedat ad terram Roberti de Sydeham' in Rakereford' et ad terram Ricardi Knotte in Dert' et per eorum sacramentum fieri faciat perambulacionem etc.

1246.

Norht'.—Jerem' de Kaxton una cum hiis quos sibi duxerit associati sunt justiciarii ad assisas mortis antecessoris capiendas apud Norht' a die Clause Pasche in unum mensem, quam Matillis de Wascoyl et alii arramiaverunt versus Henricum le Poher et alios de iij. mesuagiis vij. virgatis et una acra terre cum pertinenciis in Bernewell'.

[m. 13*d.*] Mandatum est vicecomiti Norht' quod assisam nove disseisine, quam prior de Davintr' et Hugo de Capes arramiaverunt versus Johannem de Pelwurth' et alios de communa pasture in Baddeb', venire faciat coram Jerem' de Kaxton' et sociis suis apud Norht' die Dominica proxima ante Ascensionem.

[m. 12*d.*] Quia rex accepit quod dominus papa modis omnibus intendit ad ordinandum de archiepiscopatu Ardmachan', rex dat potestatem Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, potestatem [*sic*] concedendi capitulo Ardmach' vice regis licenciam eligendi et eciam elecioni facte hac vice consenciendi; unde mandatum est eidem justiciario quod, accepta de hoc a predicto capitulo per litteras suas patentes cautela, quod alias non cedet in prejudicium regis.

Et hoc significatum est eidem capitulo ut ab ipso licenciam petant eligendi.

[m. 11*d.*] Florencia uxor Matheo (*sic*) de la Mar' attornavit Ricardum de Leyr' de placito terre versus regem.

[m. 10*d.*] Mandatum est Rustano de Solio quod in propria persona sua sit in Anglia ad regem in quindena Sancti Michaelis responsurus de castro de Belyn' et terra quadam in Murmesan' unde Galfridus Ridel de Blavia queritur se fuisse injuste disseisitus per Henricum de Trublevill', quondam senescallum Wasconie, et unde restitutionem sibi petit fieri. Teste (*unfinished*).

Mandatum est vicecomiti Surr' quod fieri faciat perambulationem inter terram F. Lond' episcopi in Stok' et terram magistri milicie Templi in Anglia in Merewe, quia etc.

[m. 8*d.*] Monstravit regi Willelmus filius Roberti le Venur de Oxenewude, qui plene etatis est, quod cum esset in custodia regis et postea in custodia Galfridi Esturmi ex dono Ade Esturmi, cui rex custodiam illam dedit, Avicia de Columbariis petiit partem ballive sue in Huppingescumb' versus eum et predictum Galfridum custodem suum, et, per defectum predicti custodis, ejusdem partis seisinam recuperavit, propter quod idem Willelmus seisinam illius partis ballive sue recuperare non potest; mandatum [est] justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod faciant inquisicionem de seisina quam predictus Robertus le Venur, pater ipsius Willelmi, habuit in eadem parte predicte ballive, et si invenerint ipsum anno et die quo obiit inde fuisse seisitum, tunc ipsi Willelmo eandem seisinam habere faciant. Teste rege apud Winton' x. die Julii per Galfridum de Langel'.

Monstravit regi Mabilia Bacun quod cum habuisset in bosco de Huppingescumb' seisinam de communa pasture quolibet anno a festo

1246. Sancti Michaelis usque ad Pascham, et iij. liberaciones de mortuo bosco per annum in eodem bosco pro quibus reddit v. solidos per annum, Avicia de Columbariis eam de predicta pastura et aliis predictis eisiamentis in medietate ejusdem ballive disseisivit; mandatum est justiciariis assignatis ad placita foreste quod inde faciant inquisicionem, et si invenerint dictam Mabiliam habuisse predictam seisinam in predicta parte, sicut in alia medietate ejusdem etate [*sic*] ejusdem bosci, et ea usam fuisse usque ad tempus quo predicta Avicia eandem partem recuperavit, tunc eidem Mabilie seisinam quam prius habuit inde habere faciant. Teste ut supra, per Galfridum de Langel'.

Mandatum est vicecomiti Berk' quod fieri faciat perambulationem inter terram Bartholomei Pecche in Yeling et terram Walteri de la Wyle in la Wyle, ita quod perambulatio illa fiat, etc.

Mandatum est vicecomiti Devon' quod fieri faciat perambulationem inter terram Willelmi de Cantil' junioris in Lodeswell' et terram Ricardi de Cumb' in Helsfled', ita etc.

Essex'.—Robertus Passelewe constitutus est justiciarius ad assisam nove disseisine capiendam apud Chelmereford' ad diem etc. quam Walterus le Chaumberleg' arramiavit versus Walterum filium Bern' de tenementis in Lachindon'.

Communia placita summonita sunt in comitatibus Norhumbr', Westmerel', Cumberl' et Lancastr' ad dies et locos etc. coram Rogero de Thurkelb', Gilberto de Preston', Henrico de Bratton', Hugone filio Willelmi, Magistro Simone de Wauton' et Johanne de Cobeham'. Et mandatum est archiepiscopis etc. quod eis ad hoc intendentes sint et respondentes.

[m. 7*d*.] Mandatum est vicecomiti Sutht' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Willelmi de Sinago in Sutton' et terram Hugonis de Ingeham in la Welle. Ita etc.

Margareta comitissa Linc' attornavit Galfridum de Appelb' vel Radulfum de Astin ad dotem suam petendam versus heredem comitis Marescalli.

Rex vicecomiti Sumers' et Johanni de Aura, excaetatori suo in comitatu illo, salutem. Ostendit nobis Cecilia que fuit uxor Benedicti de Bere quod, occasione captionis terre que fuit Roberti de Novo Burgo, qui de nobis tenuit in capite, in manum nostram, terram quam ipsa tenuit in dotem de dono predicti Benedicti quondam viri sui, eo quod fuit de feodo predicti Roberti, in manum nostram cepistis; et ideo vobis mandamus quod, si ita est, eidem Cecilie talem seisinam qualem prius habuit de dote sua habere faciatis. Teste rege apud Merleberg' xxvij. die Julii.

Rex vicecomiti Norht', salutem. Precipimus tibi quod in singulis bonis villis ballive clamari facias quod omnes illi qui de nobis tenent

1246.

in capite et servicium nobis debent, sicut tenementa sua que de nobis tenent diligunt, prompti sint et parati a sero usque ad mane ad eundum nobiscum cum equis et armis in servicium nostrum quo preceperimus clamari; et facias etiam ex parte nostra firmiter prohiberi quod nulli Judei, sicut corpora sua diligunt, decetero capiant in vadium libros calices vel aliqua alia ornamenta ecclesiastica, quia, si contra hanc inhibitionem nostram id attemptare presumpserint, omnia catalla sua nobis incurrentur et nichilominus ad corpora eorum graviter nos capiemus. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Kanc', salutem. Cum Magister G. de Fering' nobis promiserit coram R. comite Cornub' fratre nostro se stare ordinacioni W. de Ebor' et J. Maunsel super portionem quam idem Magister habebat in ecclesia Henrici de Wingeham de Elham, per quam ordinationem remanente eidem clerico nostro portionem predictam, nos eidem magistro providere teneamur in l. vel lx. marcatis redditus qui, licet litteras nostras patentes misissemus de provisione illa prout ordinatum fuit ei facienda, idem magister ordinationem illam, prout intelleximus, non intendit observare; tibi precipimus quod predictum clericum nostrum et suos in dicta ecclesia de Elham, et maxime in portione que fuit predicti Magistri Galfridi in eadem, manuteneas et defendas, non permittens quod ab eodem Magistro G. vel aliquo alio ei molestia vel gravamen inferatur. Teste (*unfinished*).

Mandatum est vicecomiti Ebor' quod quia Magister Innocencius, qui est in balliva sua, suspectus est de morte Guidonis de Arrecio nuper interfecti Lond', sicut regi retulit nepos ejusdem Guidonis, eo quod predictus Innocencius omnes proventus et exitus reddituum ipsius Guidonis in Anglia quasi procurator ejus recepit, et ei inde non satisfecit, et quia Magister Bernardus le Cornwaleys et Robertus frater ejus suspecti sunt de eadem morte, eo quod de quadam porcione ecclesie de Denecastr' contentio fuit inter eundem Guidonem et ipsum Bernardum, et lata sentencia contra eundem Bernardum, et dictus Robertus, frater ipsius Bernardi, minatus est in presencia domini pape quod idem Guido nunquam ejusdem porcionis possessione gauderet, ipsos Innocencium, Magistrum Bernardum et Robertum capiat, et sub salvo conductu, ad expensas ipsorum Innocencii, Bernardi et Roberti, eos duci faciat usque Turrim London' liberandos constabulario ejusdem Turris.

Et mandatum est eidem constabulario quod eosdem Innocencium, Bernardum et Robertum recipiat, et salvo in prisona regis custodiat, donec aliud a rege habuerit mandatum.

Et mandatum est domino Ebor' archiepiscopo quod quia Magister Innocencius, procurator Guidonis de Arrecio, qui nuper interfectus fuit London' omnes proventus et exitus reddituum ejusdem Guidonis recepit, et nichil inde respondit eidem Guidoni vel alii, et preterea, cum idem Innocencius regi suspectus sit de morte ejusdem Guidonis, omnia bona ipsius Innocencii in provincia sua sequestrari faciat et salvo custodiri, donec aliud a rege habuerit mandatum.

1246.

Et mandatum est W. de Haverhull, thesaurario, maiori et vicecomitibus Lond' et constabulario Turris Lond' quod, occasione mortis Guidonis de Arrecio nuper interfecti London', non arestent Hugolinum, nepotem ejusdem Guidonis, quia rex ipsum quasi non suspectum de morte illa deliberavit, et quod bibliothecam que fuit ipsius G. et alia bona sua per mortem ejus distracta, si ea per inquisicionem vel alio modo habere poterunt, salvo custodiant donec aliud habuerint mandatum.

Mandatum est vicecomiti Sussex' quod non permittat quod Willelmus Bardulf fuget vel bestias capiat in forestis vel chaciis que fuerunt W. quondam comitis Warenn' in balliva sua, in quibus idem Willelmus fugare vel bestias capere non consuevit vel debuit tempore ipsius comitis, et omnes homines et canes ipsius Willelmi, quos in predictis forestis vel chaciis inveneris, sine dilacione capiat et salvo custodiat, donec aliud a rege habuerit mandatum. Teste rege apud Wudestok' xxvj. die Augusti.

Mandatum est Magistro H. de Mortuo Mari, officiali Cantuar' archiepiscopi, quod licet provisiones domini pape, per quas mandat provideri clericis in regno Anglie, odiose sint in Anglia, tamen concedit rex ad instanciam clericorum suorum Guidonis de Russillon' et Guidonis de Palude quod hac vice provideat Hugoni Russhet, clerico, auctoritate summi pontificis domino archiepiscopo Cantuar' et ipsi officiali commissa, ita quod illa licencia regis in consequenciam non trahatur. Teste rege apud Wudestok xxvij. die Augusti.

Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod Henricum de Lyndes' et Egidium Cocum, qui manent apud Winton', quos Johannes de Haddinton' probator appellat de societate latrocinii, capiat caute et illos in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Wudestok' xxviij. die Augusti.

Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' eodem modo de Rogero Sloward, viro Matillidis la Lavendere, qui manet ex opposito ecclesie Beate Marie in Piscaria Lond', quem idem probator appellat.

Eodem modo vicecomiti Norhampt' de Johanne Dayrel, qui manet apud Hotton' juxta Norhampt' et uxore ejus, quos idem Johannes appellat.

[m. 5*d.*] Rex vicecomiti Warr', salutem. Cum racione nostri regiminis ecclesiarum et libertatum ipsarum dati simus a divina clemencia ex debito defensores injurias violencias, a quibuscunque personis occasione quacumque illatas eisdem, habemus cum industria propulsare et justicia racionabiliter vindicare, hinc est quod cum alias tibi preciperimus ut vim laicam inventam in ecclesia Sancti Michaelis de Coventr' in ipsius prejudicium et dilecti clerici nostri R. de Leyc', quem ad predictam ecclesiam Sancti Michaelis presentavimus, et quem in possessionem ejusdem a domino papa delegati judices induxerunt, ne ecclesia illa formam castri assumeret, amoveres tanquam in perniciem libertatis ecclesiastice introductam, ut vim laicam invencio non valens aliter amovere nisi specialiter per ingressum, qui tibi clausis ecclesie

1246.

hostiis non patebat pro ingressu fractionem hostii quam fecisti cujus forsan occasione fractionis et ingressus preter intencionem nostram et tuam aliqui lesi fuerunt ut nostro pareres mandato ratam coram Coventr' et Lychefeld' episcopo habuimus et habemus plurimum et acceptam tanquam nostro nomine regaliter expeditam, quia vero occasione hujus fractionis et ingressus dicto R. rectori ecclesie predicte nichil de jure ab aliquo potest vel poterit imputari, quia dictum factum non suum set nostrum fuisse penitus protestamur, et quia dictus episcopus tam dictum R. et suos quam omnes illos qui tecum fuerunt tunc temporis nominatim de facto excommunicacionis sentenciam innodavit, videntes ipsam in prejudicium regie dignitatis verum pocius ecclesiastice libertatis latam fuisse, tibi precipimus quod monitis et precibus inducas episcopum diligenter ut dictam sentenciam quantocius studeat revocare : quod si noluerit facere, sciat ipse, et hoc sibi dicas, quod ad ipsius baroniam manum nostram quamcito nos super hoc certificaveris, extendemus, racione namque baronie juramento de conservandis terrenis honoribus dignitatis regie est astrictus; quia magis offendere vel vituperare non posset quam per suas excommunicaciones subtrahendo subditos fideles nostros a nostrorum preceptorum execucione, cum alias nostra jurisdictio non valeat explicari nisi sint qui nostris mandatis pareant, ut tenetur; super transgressionem vero juramenti altissimum ultorem poterit expectare. Taliter hoc preceptum nostrum adimplens quod regie dignitati pro defectu tui nichil debeat deperire, propter quod reputemus merito nos offensos. Teste me ipso apud Wodest' xxvj. die Augusti anno regni nostri xxx.

Per eadem verba, mutatis competenter mutandis, scriptum fuit episcopo Linc' usque ad hoc verbum, *studeat revocare;* et postea per hec verba ;—hoc autem vobis significamus ut illius facti intellecta plenius veritate, si forsitan dictus episcopus vobis denunciaverit dictum R. clericum nostrum excommunicacionis sentenciam innodatum, ei propter hoc nullam molestiam inferatis, nec publicari illam sentenciam faciatis, presertim cum minus juste sit lata et non de jure, licet de facto contra defensionem libertatis ecclesiastice quod ex premissis apparet etc. in prejudicium regie dignitatis. Teste ut supra.

Rex prioribus de Thurgarton' et de Derl' et archidiacono Stafford', salutem. Monstravit nobis Radulfus de Leycestr', rector ecclesie Sancti Michaelis de Coventr', quod cum decedente* H. de Pateshull', quondam Coventr' et Lych' episcopo, dicta ecclesia Sancti Michaelis tam de jure quam de facto vacaret, sicut per inquisicionem quam inde fieri fecimus nobis constitit et constat [evidenter *cancelled*] manifeste, licet Magistri A. de Ho quondam archidiaconus Coventr', Th. de Wymundeham et Petrus de Radenour', archidiaconus Salop', post mortem ipsius episcopi de ecclesia ipsa sic duxerint ordinandum, videlicet quod triginta marce de eadem ecclesia cederent in usus commune (*sic*) canonicorum Lychefeld', et alie triginta marce in usus monachorum Coventr', et residuum ejusdem ecclesie in usus vicarii qui pro tempore deserviret eidem, nos fraudem illam dignitati regie factam usque ad tempus oportunum dissimulare volentes, et invenientes per inquisicionem predictam ecclesiam illam esse vacantem, prefatum

* deçendente *in MS.*

1246.

R. clericum nostrum ad dictam ecclesiam vacantem, racione episcopatus Coventr' et Lychesf' vacantis et in manu nostra existentis, duximus presentandum, qui quidem R. vicario per dictos magistros ad deserviendum illi ecclesie assignato possessioni ejusdem tunc incumbente ad judices delegatos litteras apostolicas impetravit, per quas possessionem dicte ecclesie sentencialiter est adeptus, et quia collaciones tam ecclesiarum parochialium quam prebendarum spectantes ad episcopum ipso superstite, ad nos spectant sede vacante, et manifeste derogaretur dignitati nostre si ecclesia predicta, quam post mortem predicti episcopi vacantem invenimus, a prefato clerico nostro cui eam racione regie dignitatis contulimus eum caret, vobis prohibemus ne in causa illa decetero procedatis. Teste ut supra.

Eodem modo scriptum est decano et capitulo Lychesfeld' ne prosequantur, et judicibus Hereford' per eadem verba, et Henrico de Crek, presbitero, ne prosequatur, ut supra continetur.

[m. 4*d*.] Communia placita comitatus Leic' summonita sunt in comitatu Leic' coram Rogero de Thurkelb', Gilberto de Preston' et sociis suis in crastino Sancti Martini.

[m. 3*d*.] Ricardus de Bek attornat Johannem de Cochull' loco suo versus Galfridum Tregoz in placito quod est coram rege de injusta exactione quam ei facit.

Rex vicecomiti Wiltes', salutem. Precipimus tibi quod per totam ballivam tuam clamari, et ex parte nostra firmiter prohiberi, facias quod nullus eat ad riveandum in ripariis nostris que in defenso fuerunt tempore Henrici regis avi nostri, et scire facias omnibus de balliva qui ab antiquo solent et de jure facere debent pontes ad riparias illas quod provideant sibi de pontibus faciendis, ita quod prompti sint et parati in proximo transitu nostro per partes illas. Teste (*unfinished*).

Monstravit regi Robertus de Gisn' quod cum emisset ab executoribus testamenti Roberti le Waleis blada et carucas que fuerunt ipsius Roberti in Wulaweston, unde rex concessit custodiam W. de Haverhull', thesaurario suo, si ad regem pertineret, et unde [idem W. triturari facit *cancelled*] custodiam idem Robertus clamat tanquam ad se pertinentem de jure, idem W. occasione ejusdem concessionis blada illa triturari facit et vastari ; et mandatum est eidem W. quod si idem Robertus blada illa emerit et carucas, tunc de bladis illis vel carucis nichil amplius se intromittat, blada si qua inde triturari fecit aut vastari, et carucas si quas ammoverit, eidem Roberto reddi faciat, nec aliquid de custodia illa capiat citra quindenam Sancti Michaelis quem diem rex ei assignavit ad respondendum de eadem custodia. Teste rege apud Wind' xxiij. die Septembris.

Et mandatum est vicecomiti Norht' quod nisi ipse id faciat idem vicecomes mandatum illud exequatur.

Ricardus Syward attornat Hugonem de Sancto Philiberto contra Bartholomeum de Saukevill' et Albredam uxorem ejus in placito terre quod est coram rege.

1246.
[m. 2d.] Memorandum quod Stephanus de Glamesford', clericus H. de Veer, comitis Oxon', venit coram rege apud Windleshour' die Veneris in vigilia Sancti Michaelis anno etc. xxx. et petiit terram ipsius comitis in Gelham sibi replegiari que capta est in manu domini regis propter defaltam quam idem comes fecit versus [ipsum dominum regem de placito predicte terre *cancelled*] Rogerum de Tazseinz coram domino rege.

[m. 1d.] Mandatum est vicecomiti Wigorn' quod, sicut corpus suum diligit, clamari et ex parte regis prohiberi faciat quod nullus de cetero cariari faciat aliquam navem cum blado in balliva sua ducendam ad partes transmarinas sine speciali precepto regis. Teste.

Eodem modo scribitur ballivis v. Portuum.

De feodis comitis Marescalli.—Servicium feodorum duorum militum que Simon filius Simonis tenuit de Waltero Maresc', quondam comite Pembr', in Mertlesham, et servicium feodi unius militis quod Hamo Passelewe tenuit de predicto comite in Barwe in comitatu Suff', et servicium feodi unius militis quod Hamo Pecch' tenuit de predicto comite in Bridebrok' in comitatu Essex', et servicium feodi unius militis quod Simon filius Simonis tenuit de predicto comite in Stagenho in comitatu Hertford', et servicium feodi unius militis quod Hamo Pecch' tenuit de predicto comite in Caveley, et servicium feodi dim' militis quod Hamo Passelewe tenuit de predicto comite in Folberne in comitatu Cantebr', et servicium feodorum duorum militum que Radulfus Bluet tenuit de predicto comite in Hentun' Bluet, et servicium feodi unius militis quod Philippus Denebaud tenuit de predicto comite in Hentun' Sancti Georgii, et servicium feodi unius militis quod Thomas Aswy tenuit de predicto comite in eadem villa, et servicium feodi unius militis quod Galfridus de Lavertun' tenuit de predicto comite in Laverton' in comitatu Sumers', assignatum est Matillidi, comitisse War', sorori et uni heredum predicti comitis in partem suam.

Servicium feodorum iiij. militum que Nicholaus filius Martini tenuit de eodem comite, et servicium feodi unius militis quod Ricardus Harang' tenuit de eodem comite, et servicium feodi unius militis quod Walterus filius Gilberti tenuit de eodem comite, et servicium feodi unius militis quod Philippus Besther tenuit de comite, et servicium vicesime partis feodi unius militis quod Adam de Angulo tenuit de eodem comite in balliva Roberti Waleraund' de Havereford' assignata sunt eidem comitisse etc.

31 HENRY III.

1246.
[m. 15.] *Pro Willelmo mares' domine regine.*—Rex maiori et vicecomitibus Lond', salutem. Sciatis quod dedimus et concessimus dilecto nobis Willelmo marescallo regine nostre placeam illam in civitate nostra London' in qua fuerunt domus Terrici le Aldreman que prostrate fuerunt propter feloniam quam idem Terricus fecit in civitate predicta, cujus quidem placee concessio ad nos spectat cui voluerimus conferenda racione felonie predicte, habendam et tenendam eidem Willelmo et heredibus vel assignatis suis, reddendo inde singulis annis Conversis nostris Lond' unam marcam ad sustentacionem suam, videlicet dimidiam marcam ad Pascha et dimidiam marcam ad festum Sancti Michaelis. Et ideo vobis precipimus quod de predicta placea eidem Willelmo plenam seisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste rege apud Guldeford' xxix. die Octobris anno regni nostri xxxj.

De coronatore eligendo.—Quia rex non habet nisi unum coronatorem in comitatu Sussex', mandatum est vicecomiti Sussex' quod in pleno comitatu suo eligi faciat alium coronatorem qui prestito sacramento etc. Teste ut supra.

Pro Stephano filio Henrici Simeon' et aliis.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod si Stephanus filius Henrici Simeon' et alii qui cum eo sunt in prisona regis Oxon' pro incendio et pace regis fracta, unde rettati sunt, invenerint ei xxiiij. legales homines qui eos manucapiant habendos coram rege cum ad partes illas venerit, vel coram justiciariis regis si prius ad partes illas venerint, ad standum inde recto, tunc ipsos tradat in ballium etc. Et habeat etc. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est Henrico de Wingeham et coexcaetatori suo in comitatu Salop' quod de terra quam Robertus de Wodeton tenuit de Radulfo de Mortuo Mari in Hugel' assignari faciant Agneti que fuit uxor ipsius Roberti racionabilem dotem. Teste ut supra.

De parco reparando.—Mandatum est custodibus parci de Gudeford' quod faciant habere vicecomiti Surr' j. quercum, vel ij. si necesse fuerit, in eodem parco ad reparacionem ejusdem parci. Teste ut supra.

Pro Ba(r)tholomeo Pecch'.—Quia catalla inventa in terra Walteri de Mucegros existentis in custodia Bartholomei Pecch' arestata sunt pro debito Judeorum quod exigitur a prefato W. de debitis antecessorum suorum, mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predicta catalla dicto B. deliberari faciant. Quia prefatus W. qui plene etatis est et in brevi seisinam terre habiturus paratus

1246.

est computare cum Judeis et satisfacere eis si pro debito antecessorum suorum eisdem in aliquo teneatur. Teste ut supra.

Pro abbate de Sancto (*sic*) *Osyth'*.—Quia rex inspexit cartas abbatis de Sancto (*sic*) Osith' de essartis que idem abbas habet in foresta in comitatu Essex', et rex ei diem prefixit coram rege in octabis Sancti Hillarii, ut tunc rex utatur consilio Roberti Passelewe et ceterorum fidelium regis super hoc, mandatum est eidem Roberto et sociis suis quod interim permittat ipsum abbatem predicta assarta et domos in eis sitas et purpresturas suas in pace tenere. Teste rege apud Rading' ij. die Novembris.

Wascon'.—Mandatum est W. de Boell', senescallo Wascon', quod castrum furnum et villanos Petri Arn' de Luk', que cives Baion' recognoverunt esse jus regis et nullius alterius, in manum regis capiat et retineat, et inde de consilio ipsorum civium sicut de aliis dominicis regis commodum regis fieri procurent (*sic*). Teste ut supra.

De piscaria reparanda.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere probis hominibus missis de Redleg' virgam et maeremium que ad nos pertinent ad reparandam piscariam nostram de Radleg'. Teste rege apud Rading'.

De catallis liberandis excaetatorum regis.—Mandatum est vicecomiti Notingham' quod quicquid ceperit de terris que fuerunt Oliveri de Aincurt nuper defuncti in balliva sua, sine omni dilacione reddat Roberto de Crepping', eschaetori regis, et de cetero nihil se intromittat de escaetis regis in balliva sua, set permittat escaetores regis liberam earum habere administracionem, qui de exitibus earum regi ad Scaccarium suum respondere debent, sicut eis injunximus. Teste rege apud Rading' iiij. die Novembris.

De perdonacione.—Henricus Dei gracia rex Angl' etc. Resio Luring', Ricardo filio Simonis, et Radulfo le Lorimer, salutem. Sciatis quod perdonavimus Johanni Luring' decem marcas quas nobis debuit pro decem marcatis victualium quas cepit de warnestura castri nostri de Kaermerdin ad sustentandum pueros suos dum fuerunt in prisona Mailguni filii Mailguni; et ideo vobis mandamus quod predictum Johannem de predictis decem marcis quietum esse permittatis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere Magistro Laurencio de Sancto Martino xx. quercus in bosco regis qui vocatur Kinkeswode, de dono regis. Teste rege apud Rading' iiij. die Novembris.

Pro Eboracensi archiepiscopo.—Quia constat regi per inspectionem quarumdam cartarum et testimonium virorum fidedignorum quod Willelmus Brito terram et redditum quos habuit in Frosteb' tenuit de Eboracensi archiepiscopo, et quod terra illa et redditus ille non pertinebant ad Margeriam que fuit uxor predicti Willelmi, pro cujus transgressione rex illos capi precepit in manum regis, mandatum est

1246.
vicecomiti Berk' quod ipsi archiepiscopo de predictis terra et redditu cum pertinenciis plenam seisinam habere faciat, non obstante precepto regis de terris ipsius Margerie in manum regis capiendis, et si quid de terris aut redditibus illis ceperit, id ei reddere non omittat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Hertford'.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Divis' quod in foresta de Chippenham' faciat habere Willelmo de Kantil' ij. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

De molendino reparando.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod faciat habere vicecomiti Noting' in foresta de Shirewude, extra haiam regis de Beskewud', grossum maeremium quantum necesse fuerit ad molendinum regis subtus castrum reparandum, per talliam de numero quercuum inter ipsos confectam. Teste ut supra.

Pro Ada filio Hervey.—Quia testificatum est coram rege quod manerium regis de Oresb' quod Adam filius Hervei tenet de rege ad feodi firmam talliari non consuevit temporibus H. avi regis, R. avunculi regis, et domini J. patris regis, quando alia dominica regis talliari fecerunt, mandatum est baronibus de Scaccario quod de x. marcis quas Ricardus Duket pro tallagio assideri fecit super manerium predictum, et que ab eodem Ada exiguntur per summonicionem Scaccarii, ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti R. quondam Sarisburiensis episcopi.—Mandatum est Anketil Malore quod permittat executores testamenti R. quondam Sarisburiensis episcopi habere liberam administracionem de omnibus bonis et catallis que sua fuerunt in eodem episcopatu ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste rege apud Rading' vij. die Novembris.

Pro Alardo filio Roesie.—Quia in inquisicione quam vicecomes Devon' fieri fecit per preceptum regis contentum est quod Alardus filius Roesie, qui defendendo matrem suam et se per infortunium occidit Nicholaum filium Thome, per apellum Willelmi Cok, fratris ipsius Nicholai, utlagatus est in comitatu Devon, dum fuit in prisona regis Bristoll' in comitatu Glouc' occasione mortis predicte, cum manifeste sit contra justiciam quod aliquis debeat utlagari propter aliquam mortem pro qua captus sit dum sit in prisona, mandatum est vicecomiti Devon' quod utlagariam predicto modo in eum promulgatam in pleno comitatu suo nullam esse denunciet. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Devon' quod si xij. liberi et legales homines de comitatu suo manuceperint habere ipsum Alardum coram justiciariis ad primam assisam etc. tunc id scire faciat vicecomiti Glouc' etc., cui mandatum est quod ex quo id ei significaverit ipsum Alardum a prisona deliberet, et quo voluerit abire permittat. Teste ut supra.

1246.

Pro rege Norwag'.—Mandatum est ballivis de Lenn' quod non obstante precepto regis eis facto continente ne permitterent blada venalia deferri per mare ex portu suo ad terras extraneas, permittat homines regis Norwag' navem suam blado carcatam abducere quo voluerint, ita quod bladum quo navis illa carcata est non sit alicujus mercatoris de terra regis. Teste ut supra.

Pro ballivo de Fiscampo.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Sussex' quod faciat habere ballivo de Fiscampo racionabile tallagium de hominibus abbatis sui manerii de Stanig', quod aliquando fuit dominicum predecessorum regis regum Angl'. Teste ut supra.

Pro Colino sumettario regine.—Rex concessit Colino summettario regine liberacionem ij. denariorum in die quam Rogerus Filot percipere consuevit ad Scaccarium; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ei liberacionem illam tota vita sua habere faciant. Teste ut supra. Et habet inde breve regis de Liberate patens.

De excambio terrarum.—Rex abbati et conventui de Fescampo etc. Sciatis quod monachi domus nostre qui moram traxerunt in Angl' propter escambium quod eis obtulimus pro maneriis de Wincheles' et de la Rya, cum advocacionibus ecclesiarum eorundem maneriorum, non ausi sunt escambium illud recipere, nisi expressum adhibueritis assensum et inde sitis placati; et ideo presentibus vobis duximus intimandum quod obtulimus eis pro maneriis predictis manerium nostrum de Chilteham cum hundredo ad illud pertinente et omnibus aliis pertinenciis, et manerium nostrum de Sloftres cum hundredo de Salemanebur' et omnibus aliis pertinenciis, et insuper decem libratas terre in loco competenti extra forestam. Et volumus vos non latere quod si de bona voluntate et sine omni scrupulo et eorundem amaritudine predicta maneria cum pertinenciis ut predictum est et decem libratas terre recipere duxeritis, nos ut plenius vobis satisfaciamus pro predictis, ubi decem libratas terre promisimus, dabimus xv. libratas terre in loco competenti extra forestam ut predictum est. Et vos sub maturitate qua fieri poterit super hoc velle nostrum nobis et eisdem monachis domus nostre scire faciatis, scituri pro certo quod uberius escambium pro predictis a nobis non obtinebitis. Teste viij.° die Novembris anno regni regis xxxj.°.

Pro Gladusa de Mortuo Mari.—Mandatum est Henrico de Wingeham excaetatori regis quod Gladuse que fuit uxor Radulfi de Mortuo Mari faciat habere racionabilem dotem suam de terris que fuerunt ipsius Radulfi et sunt in custodia sua. Teste ut supra.

Pro Rogero de Mortuo Mari.—Mandatum est Roberto Waleraund' quod de terris que sunt in custodia sua que fuerunt W. Mares', quondam comitis Pembrok', faciat habere Rogero de Mortuo Mari et Matillidi uxori ejus racionabilem partem ipsius Matillidis que ipsam contingit de terris predictis. Teste ut supra.

Pro electo Karl'.—Mandatum est Eadwardo filio Odonis quod emi faciat unum par indumentorum pontificalium valde decentium

1246.

cum mitra, baculo, et anulo ad opus S. de Everdon' electi Karleol', et cum sciverimus custum illud reddi faciemus. Teste rege apud Sandeford' x. die Novembris anno regni nostri xxxj.°.

Pro perdonacione.—Rex perdonavit N. Dunholm' episcopo c. libras que ab eo exigitur (*sic*) per summonicionem Scaccarii pro defalta quam fecit coram justiciariis qui ultimo itineraverunt in comitatu Eboraci. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

[m. 14.] *Pro Ida de Oyly.*—Mandatum est Johanni filio Hugonis, excaetatori in Kesteven' et Hoyland', quod omnes terras et tenementa que Lambertus de Multon' tenuit in dotem Ide de Oyly, uxoris sue, de dono Galfridi de Oyly, primi viri sui, et que cepit in manum regis una cum aliis terris et tenementis que fuerunt ipsius Lamberti, ipsi Ide restituat, simul cum omnibus inde perceptis postquam fuerunt in manu regis. Teste rege apud Merleberg' xvj. die Novembris.

Eodem modo scribitur Willelmo Rusteng' excaetatori in comitatu Norf'.

Pro vinis datis.—Mandatum est Johanni Blauncbull' quod de v. doliis vini que rex habet apud Sanderford' liberet priori ejusdem loci ij. dolia, de dono regis. Teste ut supra.

Quia rex accepit per inquisicionem quod manerium de Coleb' non teneri debet de rege in capite set de domino Richemund', mandatum est vicecomiti Linc' quod permittat Petrum de Sabaud' uti eisdem libertatibus et consuetudinibus in eodem manerio, quibus usus est in ceteris maneriis spectantibus ad honorem Richemund'. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Pless' quod faciat habere Elye de Chillac et militi suo et (Bernardo *cancelled*) Willelmo Arn' de Kadilak iij. robas, videlicet ipsis Elie et Willelmo robas de bissis (minuto vario *cancelled*), et militi ipsius Elie robam sicut uni de militibus regis ; faciat etiam habere eidem Elie unam robam de bissis (minuto vario *cancelled*) ad opus uxoris sue, de dono regis. Teste ut supra.

Pro electo de Shireburn'.—Quia rex adhibuit assensum electioni facte de fratre Laurencio in abbatem Shireburn', mandatum est eschaetori in comitatu Dorset' quod de abbacia predicta et de omnibus terris et tenementis ad eam pertinentibus plenam seisinam eidem electo habere faciat. Teste rege apud Merleberg' xj. die Novembris.

Eodem modo mandatum est eschaetori in comitatu Devon'.

Mandatum est eschaetori in comitatu Dorset' quod si qua de terris et tenementis spectantibus ad abbaciam de Shireburn' aliquo modo amoveri fecit post suscepcionem litterarum regis de seisina inde facienda electo ejusdem abbacie plenarie ei reddi faciat. Teste rege ibidem xviij. die Novembris.

Mandatum est illud idem eschaetori in comitatu Devon'.

1246.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Crepping' quod faciat habere Petro de Sabaud' viginti damas in parco de Spotford', qui est in custodia sua, de dono regis. Teste rege ibidem xx. die Novembris.

Mandatum est Galfrido filio Warini, senescallo foreste de Feckenham', quod faciat habere Margarete comitisse Linc' septem damas in foresta de Feckenham', de dono regis. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est Henrico de Wingeham, eschaetori regis, quod faciat habere Gladehus' que fuit uxor Radulfi de Mortuo Mari racionabilem dotem suam que eam contingit de terris que fuerunt ipsius Radulfi quondam viri sui. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Et mandatum est constabulario de Marleberg' quod in foresta regis de Savernako (*sic*) faciat habere canonicis Sancte Margarete de Marleberg' vj. quercus ad scindulam faciendam, de dono nostro. Teste ut supra.

De prisonibus custodiendis.—Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod prisones regis qui interfecerunt Judeum, et quos abbas Sancti Augustini Bristoll' cepit et captas tenet, ab ipso capiat et in prisona regis salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste etc.

De quercubus datis.—Mandatum est R. Passelewe quod in foresta regis de Wichewud' faciat habere abbati de Hayles scilicet in Cornebir' decem bonas quercus ad maremium inde faciendum, de dono regis. Teste rege apud Clarend' xxvj. die Novembris.

Pro monialibus de Aumbresbir'.—Mandatum est Amicie (*sic*) de Columbar' quod permittat priorissam et moniales de Ambresbir', que sunt de ordine Fontis Ebrold', habere centum porcos in foresta regis de Cett' quietos de pannagio, et si namia earum pro pannagio predicto ceperit, ea sine dilacione deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro damis datis.—Mandatum est Ade de Periton' quod in foresta regis de Braden' faciat habere Fulconi filio Warini decem damas et sex damos vivos ad instaurandum quendam parcum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Rex eschaetori suo in comitatu Cumb', salutem. Quia accepimus securitatem de Maria de Tilliel' que fuit uxor Petri de Tilliel' quod non maritabit se sine assensu et voluntate nostra, tibi precipimus quod eidem Marie de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Petri quondam viri sui in comitatu predicto, et que sunt in manu nostra, racionabilem dotem assignari facias. Teste ut supra.

De venacione capienda.—Mandatum est Ricardo de Clifford' quod non permittat quod venatores regis capiant de apris in foresta de Dene plessam quam ceperunt, set de laiis capiant secundum quod ibi copiam invenerint, et postquam ceperint bissas quas eis capiendas injunximus, capiant usque ad xl. damas scilicet xxx. damas quas prius

1246.

capi mandaverimus et x. ultra, et quilibet eorum alterum juvet ad damas illas capiandas (*sic*). Teste rege apud Clarend' xxix. die Novembris.

Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestr', quod Hugoni de Vivon' faciat habere v. carratas plumbi de plumbo regis quod est in custodia sua apud Cestr', de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled* quia alibi.]

De perdonacione.—Rex perdonavit Willelmo de Bello Campo de Wigorn' x. marcas ad quas amerciatus fuit coram justiciariis de Banco quia non est prosecutus, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere Conversis regis London' robas suas sicut eas alio anno habere consueverunt. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere unam robam Johanni vatletto Margarete, sororis regis, sicuti uni de vatlettis regis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ebulo de Geneve.—Rex concessit Ebulo de Geneve porcionem illam de manerio de Cicelberge que hereditate contingit Isabellam filiam et unam heredum Willelmi de Monte Acuto, que infra etatem est et in custodia regis, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem predicte Isabelle; et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod predictam porcionem predicto Ebulo assignari faciat sicut predictum est, et quod porcionem contingentem Willelmum de Echingham qui duxit in uxorem Margeriam filiam et alteram heredum predicti Willelmi predictis Willelmo et Margerie assignari faciat. Teste rege ibidem xxvij. die Novembris.

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod liberari faciat Ebulo de Montibus revertenti ad partes suas unam robam de burnetta vel de bono viridi, tunicam scilicet supertunicam et clamidem cum penula de vario, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo de Plessetis quod robas quas dilecti et fideles nostri Willelmus Wacelyn, Johannes de Bruer', Willelmus de Romar', Johannes de Basceby, Elyas de Echingham, Adam de Praers, Hugo de Corona, Johannes de Heselwell', et Walterus de Bek', Gerardus ingeniator, Petrus clericus et capellanus ejusdem castri, commorantes in municione castri nostri de Gannok' contra instans Natale Domini a rege essent recepturi, eisdem fidelibus nostris sine dilacione liberari faciat. Teste rege ibidem xxix. die Novembris.

Nicholao de Molis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod permittat Nicholaum de Molis habere x. quercus quas ei dedit Reginaldus de Moun in bosco suo infra metas foreste regis de Wichwod' et cariagium ipsius Nicholai per forestam regis de quercubus predictis non impediat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Isabelle que fuit uxor Roberti de Everingeham quod faciat habere Ricardo de Grey in foresta regis

1246.

de Shirewud' quatuor damos et sex damas vivos ad parcum suum de Codenour' instaurandum, de dono regis. Teste rege ibidem primo die Novembris (*sic*).

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Salop' quod de vinis regis que habent in custodia sua faciant habere Johanni de Grey, justiciario Cestr', iiij. dolia vini et Johanni Extraneo duo dolia vini, de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Avicie de Columbar' quod in foresta de Cet' faciat habere Magistro Herveo, persone de Anne, iij. bona robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Clarendon' ij. die Decembris.

De damis datis.—Mandatum est custodi parci de Elham quod in eodem parco faciat habere comitisse de Aneg' uxori Ricardi de Dovor' iiij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Bruera.—Mandatum est Waltero Trenchefoill' quod permittat abbatem de Bruwer' habere singulis diebus duas carettas semel itinerantes in foresta de Wichewud' ad mortuum boscum et subboscum ad focum suum, sicut fieri poterit ad minus nocumentum ejusdem foreste, donec eidem abbati et domui sue assignata fuerit aliqua certa porcio de boscis ejusdem foreste loco predictarum carettarum ad predictum focum suum. Teste rege ut supra.

Pro episcopo Dunholm'.—Mandatum est Rogero Bertram quod de terris quas tenet inter Tynam et Teysam in wapentacio faciat homagium suum venerabili patri N. Dunolm' episcopo, non obstante inhibicione quam dominus rex ei fecit ne homagium ei faceret de terris predictis. Teste rege ibidem xxvij. die Novembris anno xxxj.°.

Pro Ricardo de Dovor'.—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod custodiam terre de Ludham que [fuit] Ricardi de Dovor' quam cepit in manum regis pro debitis que Ricardus de Dovor', pater predicti Ricardi, regi debuit eidem Ricardo in pace dimittat, et debita predicta requirat ab hiis qui terras predicti Ricardi tenent hereditarie. Teste ut supra.

De quercubus ad ollas ligneas faciendas.—Mandatum est Ade Cok quod in foresta de Clarendon' faciat habere fratri Rogero elemosinario ij. arabulos ad ollas ligneas faciendas ad elemosinariam regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Isabelle que fuit uxor Roberti de Everingham' quod in foresta de Shirewud' faciat habere Waltero Byset xx. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Adam filius Johannis de Waude, captus et detentus in prisona regis Norhamt' pro morte Galfridi filii Felic', unde appellatus est, appellatus est de morte illa odio et atia etc.

1246.

De perdonacione.—Rex perdonavit abbatisse de Tarent' xx. solidos de scutagio pro exercitu de Gannoc, et decem solidos de auxilio ad primogenitam filiam regis maritandam ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam inde quietam esse faciant. Teste rege ibidem ij. die Decembris.

Hybern'.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybern', quod sine dilacione plenam seisinam habere faciat executoribus testamenti W. Mares', quondam comitis Pembrok', de omnibus wardis cum pertinenciis in Hybern' que fuerunt predicti comitis, sicut ea in vita sua racionabiliter tenuit et possedit, ad execucionem testamenti ejusdem comitis faciendam, et, si quid de wardis illis post mortem ejusdem comitis captum fuerit, id ipsis executoribus restituat. Teste rege apud Clarendon' v. die Decembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Mucegros quod in foresta de Savernak faciat habere Phillipo de Sancto Maxencio iiij. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De cera.—Mandatum est Willelmo de Pless' quod faciat habere pueris regis morantibus apud Windes' l. libras cere contra Natale. Teste ut supra.

De j. roba data.—Mandatum est eidem quod faciat habere Alicie que fuit uxor Remonet' de Luk' unam robam, tunicam scilicet supertunicam et pallium cum penula de byssis et furrura de cuniculis, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 13.] *Pro electo Karl'.*—Rex Thome de Staunford', salutem. Sciatis quod electioni facte de S. de Everdon', quondam archidiacono Cestr', in episcopatum Karl' regium adhibuimus assensum et favorem, et ideo vobis mandamus quod de terris redditibus ecclesiis et omnibus aliis possessionibus ad predictum episcopatum spectantibus, que fuerunt in custodia racione predicti episcopatus vacantis et in manu nostra existentis, predicto Silvestro vel certo nuncio suo ad hoc destinato plenam seisinam habere faciatis. Teste rege apud Clarendon' viij. die Decembris anno regni xxxj.°.

Et mandatum est Johanni de Scrutevill' quod de omnibus terris redditibus ad ecclesias de Meleburn' et de Chelardeston' pertinentibus in manu regis existentibus racione episcopatus Karl' vacantis in manerio de Meleburn' et membris ejusdem manerii eidem Silvestro vel certo nuncio suo ad hoc destinato plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est Henrico de Wingeham et coexcaetori suo in Lindes' quod de omnibus terris redditibus et tenementis in manerio de Hornecastr' in manu regis existente racione ejusdem episcopatus vacantis eidem Silvestro vel certo nuncio suo ad hoc assignato plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est militibus liberis hominibus et omnibus aliis tenentibus de eodem episcopatu quod ei tanquam domino suo in omnibus que ad predictum episcopatum pertinent intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

1246.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta de Blakemor' faciat habere Amicie comitisse Devon' vj. damas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne Maunsel.—Rex dedit Johanni Maunsel decanatum capelle regis de Winburn' vacantem per mortem Ranulphi le Bretun. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod ipsum J. vel procuratorem suum mittat in corporalem possessionem ejusdem decanatus. Teste rege apud Clarendon' viij. die Decembris.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Glouc' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Roberto Waleraund' j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Isabella de Mortuo Mari.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Hugo de Mortuo Mari assignavit Isabelle que fuit uxor Rogeri de Mortuo Mari in dotem feodum dimid' militis cum pertinenciis quod Robertus de Wudeton' tenuit in Huggel', mandatum est excaetatori regis in comitatu Salop' quod de custodia feodi illius dimid' militis eidem Isabelle plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Clarendon' ix. die Decembris.

De venacione capienda.—Rex mittit Willelmum Luvel ad capiendum xx. damas ad opus regis in foresta de Cippenham, et mandatum est constabulario Divis' quod eum ad hoc admittat.

Eodem modo scribitur ballivo insule de With' quod capiat per visum Willelmi de Chaumberleng' xx. damas ad opus regis, ita quod rex eas habeat die Dominica ante Natal'.

De tradendo in ballium.—Gilbertus Cok, Robertus Cok, et Ricardus Cok, capti et detenti in prisona regis de Aylesbur' pro morte Anketini le Taylur, unde apellati sunt, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Buk', quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Johanni des Mares vj. marcas quas solvere tenebatur (Aaron filio Abrahe *cancelled*) Deulecres' filio Aaron, Judeo London', ad (hoc festum Nativitatis Dominice *cancelled*) octabas Sancti Hyllarii instantis; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Johannem inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De capreolis datis.—Mandatum est ballivo foreste de Graveling' quod in eadem foresta faciat habere A. comitisse Devon' v. capreolos, de dono regis. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Pless' quod faciat habere vicecomiti de Marenn' j. robam cum penula de byssis, et Tysmin' (?) de Vareys unam robam cum furura de cuniculis, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Henrico de Sidingburn' dimidiam marcam quam regi debet de tallagio suo, et mandatum

1246.

est vicecomiti Kancie quod ipsum inde quietum esse faciat. Teste rege apud Clarendon' x. die Decembris.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod die Circumsiccionis Domini magnam aulam regis Westm' pauperibus inpleri et eos pasci faciat, ij.° etiam anniversaria celebrari faciat, unum pro imperatrice et aliud pro regina que fuit uxor beati regis Edwardi, iiij. etiam magnos cereos, quemlibet scilicet de c. libris cere, fieri, et eos in festo Natalis Domini sicut fieri consuevit in ecclesia Beati Petri Westm' poni, faciat. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere Bernardo Gwillim, civi Baion', unam robam sicut uni de militibus regis, et Amisio del Esperun, nuncio vicecomitis Tartays, unam robam sicut uni serviencium regis. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo de Pless' quod faciat habere Willelmo Bruyl j. robam contra Natale, sicut uni de militibus regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Johannes de Fraxino, captus et detentus in prisona regis Hertford' pro morte Thome filii sui, q[u]em idem Johannes interfecit per infortunium et non per feloniam aut maliciam excogitatam, sicut rex accepit per inquisicionem etc. traditur in ballium etc. Teste ut supra.

De j. cuppa data.—Mandatum est (Edwardo filio Odonis *cancelled*) custodi cambii Cantuar' quod faciat habere priori de Novo Loco in Shirewude j. cuppam precii v. marcarum ad eukaristiam inponendam, de dono regis, et regi precium illud reddi faciat. Teste rege apud Clarendon' xiiij. die Decembris.

Pro executoribus testamenti R. de Bello Monte.—Mandatum est Waleramo Teutonico quod viij. marcas quas Robertus de Bello Monte percipere debuit ad terminum Sancti Michaelis proximo preteritum de terra sua de Magor, quam invadiaverat Willelmo Burdun, et quas cepit in manum regis occasione mortis predicti Roberti, reddi faciat de gracia regis executoribus testamenti ipsius Roberti ad execucionem testamenti sui faciendam, eo non obstante quod predictus Robertus obiit iij. die ante id festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Robertus Guyzun, captus et detentus in prisona regis Sar' pro morte Walteri Selk, unde rettatus est, traditur in ballium, quia rettatus est de morte illa odio et atia etc.

De roboribus datis.—Mandatum est Ade Cok quod faciat habere recluse de Bretford' ij. robora in balliva sua ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Sutht' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere priori de Modesfont' j. dolium vini, et Fulconi de Mungumery j. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Clarendon' xv. die Decembris.

1246.

De roboribus datis.—Mandatum est Ade Cok quod in bosco regis de Heywud' faciat habere Fulcony de Mungumery iiij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Mandatum est constabulario Divis' quod permittat Willelmum Luvel capere ad opus regis xx. damas in balliva sua preter illas xx. damas quas per aliud breve regis ibidem capi mandavit. Teste ut supra.

De j. roba data.—Mandatum est Petro Chaceporc et Willelmo de Pless' quod G. electo Betleem faciant habere robam integram, tunicam, supertunicam, pallium et capam cum penulis agninis pulcris et decentibus. Teste ut supra.

Pro decano et capitulo Sar'.—Rex concessit decano et capitulo Sar' amerciamenta sua et hominum suorum ad fabricam ecclesie sue, sicut plenius continetur in carta Roberti de Bingham, quondam Sar' episcopi, quam rex eidem episcopo confirmavit; et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est constabulario Divis' quod faciat habere Magistro R. de Carevill', thesaurario Sar', iiij. damas in foresta de Chipenham de dono regis, et eas capiat ita quod illas habeat cum pro eis miserit. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Wilton'.—Mandatum est custodi foreste de Savernak' quod permittat abbatissam Wilton' prosternere c. quercus in bosco suo qui est in eadem foresta per visum forestariorum, et eas sine inpedimento ab eadem foresta extrahere permittat. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Pless' quod uxori Johannis de Frethorn' habere faciat robam tunicam scilicet supertunicam et pallium cum penula de byssis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro canonicis Rotom'.—Quia Robertus Passelewe regi exposuit quod canonici Rothomag' finem fecerunt coram ipso et sociis suis pro xx. solidis pro pannagio, et pro xx. solidis pro vasto bosci, mandatum est Henrico de Farleg' quod ipsis canonicis pannagium suum et seisinam bosci qui ea occasione captus fuit in manum regis, habere faciat. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus.—Mandatum est ballivo de Clarendon' quod Fratribus Minoribus Sar' faciat habere ij. robora in balliva sua ad focum suum de dono regis, et cheminagium per medium foreste regis ad cariandum usque domum suam ij. robora de bosco Willelmi Lungesp' que habent de dono ipsius Willelmi. Teste rege apud Clarendon' xvij. die Decembris.

1246.

De damis datis.—Mandatum est ballivis de Elham quod permitta[n]t B. de Cryoyl capere iiij. damos vivos et vj. damas vivas ad parcum suum de Esmeresfeld' instaurandum. Teste ut supra.

Pro quodam Converso.—Mandatum est custodi Conversorum London' quod Roberto Groseteste converso faciat habere liberaciones suas sicut uni ceterorum Conversorum. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Willelmus le Lung', captus et detentus in prisona regis Exon' pro morte Devenel de Weseford', unde rettatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Devon', quia rettatus est de morte illa odio et atia etc.

De robis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc et Willelmo de Pless' quod faciant habere uxoribus Ricardi coci, Ivonis emptoris regine, Michaelis pincerne et Ricardi citharede, robas contra Natale sicut domicil' regine. Teste ut supra.

Mandatum est quod faciant habere Radulfo filio Nicholai robam de scarletto, scilicet tunicam, supertunicam et pallium, et ad opus iiij. militum suorum robas sicut militibus de familia regis, et per aliud breve Petro de Sabaudia capam, tunicam, supertunicam et pallium sicut domino regi, et Willelmo Lungesp' tunicam, supertunicam et pallium sicut domino regi, et vj. militibus ipsius Petri et iiij. militibus ipsius Willelmi robas sicut militibus de familia regis, et Johanni de Munemuth' et militibus suis robas sicut habuerunt anno preterito. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Magistro David carpentario j. marcam ad quam amerciatus fuit coram justiciariis qui ultimo itineraverunt ad plácita foreste in comitatu Wilt'; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est Stephano de Sateny quod diebus Natalis Domini, Sancti Stephani, Sanctorum Innocencium et Beati Edwardi, pasci faciat in aula regis in ballio superiori apud Wind' tot pauperes quot in ea intrare poterunt. Teste rege apud Wherewell' xvj. die Decembris.

De robis datis.—Mandatum est P. Chaceporc, thesaurario, quod faciat habere Bartholomeo Peche robam integram sicut uni de senescallis, scilicet, tunicam, supertunicam et pallium. Teste rege apud Werewell' xxij. die Decembris.

Mandatum est P. Chaceporc quod faciat habere Johanni de Sumercote et Magistro Thome clerico domini regis, Sancti Angeli diacono cardinali, duas robas sicut uni de clericis regis. Teste rege apud Werewell' xxij. die Decembris.

Mandatum est eidem quod faciat habere Ade de Eston' et Henrico de Malo Lacu robas integras, scilicet, capas, supertunicas et pallia cum penulis de byssis. Teste ut supra.

Pro Radulfo le Butiler.—Quia Radulfus le Butiler reddidit regi per preceptum regis apud Winton' unum brachettum de annuo redditu

1246.

unius brachetti quem regi debet de manerio de Stanford', quod ipse tenet de rege in capite de hereditate Matillidis uxoris sue, et (*sic*) mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Winton' xxiiij. die Decembris.

Pro Huberto Hoes'.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod de bonis que fuerunt Roberti de Wudeton' qui regi tenebatur in xx. marcas de arreragio c. marcarum, que sunt in manibus executorum testamenti ejusdem Roberti, faciat habere Huberto Hoes' xx. marcas, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Sancto Albano quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Laurencio de Sancto Albano, qui de novo lecturus est primum ewangelium suum, unum dolium vini ad festum suum tenendum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est R. Passelewe quod in foresta de Whitlewod' faciat habere R. de Leicestr' ij. damas, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in bosco de Gattel', qui est in foresta de Geytinton', faciat habere Gwidoni de Russilun iij. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus.—Mandatum est Ade Cok quod in balliva sua faciat habere Magistro David carpentario xxx. quercus ad quandam domum preparandam ultra larderium regis, et aliam domum juxta penticium in qua possit sicca busca reponi. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Odardus de Scobreby, captus et detentus in prisona regis Eboraci pro morte Galfridi de Mor', unde rettatus est, traditur in ballium etc. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex [per]donavit Emerico de Sacy xx. marcas, ad quas homines sui de Berton' amerciati fuerunt coram rege anno etc. xxx. pro falso sacramento, de quo convicti fuerunt, et que ab eis exiguntur per summonicionem Scaccarii; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsi Emerico illas xx. marcas habere faciat. Teste rege apud Winton' xxviij. die Decembris.

Hybern'.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybern', quod permittat abbatem de Holcoltram emere in Hybern' ccc. cronokos bladi et illos quo voluerit abducere. Teste ut supra.

[m. 12.] *Pro Ada Cok.*—Quia rex non vult quod foresta de Clarendon' respondeat de pannagio aut herbagio, mandatum est baronibus de Scaccario quod Ade Cok, custodi ejusdem, super hoc decetero nullam fieri faciant summonicionem. Teste ut supra.

De galia.—Mandatum est ballivis de Sandwic' quod galiam regis, quem habent in custodia, liberent Willelmo Beufiz apud la Rye ad

1246. faciendum inde quod rex ei injunxit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis de Rumenhal'.

De tradendo in ballium.—Adam de Plumton', Johannes de Churston' et Reginaldus frater ejus, Robertus de Bethinton', Galfridus de Cotes, Robertus Kenteys, Andreas de Blechinton', Henricus filius Hermery et Ricardus frater ejus, Thomas de Thorston', Robertus Faukes, et Johannes Kirkeman, capti et detenti in prisona regis Norwic' pro morte Radulfi de Ferling', traduntur in ballium quia appellati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

1247.

De maeremio.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod permittat vicecomitem Noting' capere maeremium, quantum necesse fuerit ad quandam capellam faciendam infra curiam regis de Clipston', in boscis ejusdem manerii per talliam inter ipsum et forestarium regis factam de numero quercuum. Teste rege apud Gudeford' ij. die Januarii.

De perdonacione.—Rex perdonavit Hugoni filio Ranulfi de Saleb' iij. marcas et dimidiam, videlicet iij. marcas ad quas idem Hugo amerciatus fuit coram justiciariis qui ultimo itineraverunt in comitatu suo pro quadam diss[eisina], et dimidiam marcam ad quam amerciatus fuit pro defalta; et mandatum est vicecomiti Lancastr' quod ipsum Hugonem de predictis iij. marcis et dimidia quietum esse faciat. Teste rege apud Gudeford' iij. die Januarii.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Gudeford' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere priori de Novo Loco unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Sibilla que fuit uxor Willelmi le Venur et Beatrix soror sua et Henricus filius Willelmi, capti et detenti in prisona regis apud Gudeford' pro morte predicti Willelmi, unde rettati sunt, traduntur in ballium per litteras directas vicecomiti Surr', quia rettati sunt de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Westm' v. die Januarii.

Johannes filius Ade, captus et detentus in prisona regis Ebor' pro morte Gilberti filii Madion', unde rettatus est, traditur in ballium etc. Teste ut supra.

De cccc. marcis ad expensas regis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, et Edwardo de Westm' quod, de thesauro regis qui est in deposito apud Novum Templum London', faciant habere Petro Chaceporc, custodi garderobe regis, cccc. marcas ad expensas regis. Teste rege ibidem viij. die Januarii.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Cestr' quod de vinis regis que sunt in custodia sua facia[n]t habere Ricardo de Grey ij. dolia vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Rendenhal'.—Robertus de Rende[n]hal' reddidit regi per preceptum suum unum austurcum per quem finem fecit

1247.

cum rege pro relevio suo de terris que fuerunt Warini de Rendenhal', patris sui, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Robertum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Windes' xv. die Januarii.

Pro Rogero de Wyarvill'.—Rex remisit Rogero de Wyarvill' porcionem tallagii assessam super terram suam in manerio de Awelton', quam habet de dono regis, et mandatum est vicecomiti Sutht' quod ipsum inde pacem habere permittat. Teste ut supra.

Pro Huberto de Rully.—Quia Hubertus de Ruylly reddidit per preceptum regis Bertramo de Cryoyl quendam austurcum per quem finem fecit cum rege pro quodam mercato habendo apud manerium suum de Cattiwad', mandatum est baronibus de Scaccario quod pro predicto austurco ipsum Hubertum non distringant. Teste ut supra.

Pro abbate de Furneis'.—Quia abbas de Furneys ostendit regi quod Willelmus de Lancastr', dum fuit compos mentis sue, dedit ipsi abbati cum corpore suo quasdam terras et piscarias, sicut plenius continetur in carta predicti Willelmi quam idem abbas coram rege protulit, et quod fuit in pacifica possessione predictarum terrarum et piscariarum per viij. dies ante mortem ipsius Willelmi, mandatum est Roberto de Crepping' quod inspecta carta predicta diligentem inde faciat inquisicionem, et, si invenerit rem ita se habere ut predictum est, tunc permittat ipsos abbatem et monachos pacifica possessione sua inde gaudere, salvo jure cujuslibet. Teste ut supra.

[*Pro Con*]*versis London'.*—Mandatum est maiori et vicecomitibus London' quod plenam seisinam habere faciant magistro Conversorum London' ad sustentacionem eorundem Conversorum de omnibus terris domibus redditibus et possessionibus, que fuerunt Costantini filii Alulfi in civitate London', qui pro felonia quam fecit suspensus fuit, et de quibus terris domibus redditibus et possessionibus rex nuper eis dedit in mandato quod facerent inquisicionem, quam regi mittant sub festinacione. Teste rege apud Windes' xx. die Januarii.

[*De da*]*mis datis.*—Mandatum est custodi parci de Havering' quod faciat habere Galfrido de Childwyk iiij. damas et ij. damos vivos in parco de Havering' ad parcum suum de Childwik instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

[*De vin*]*is datis.*—Mandatum est custodibus vinorum regis Westm' quod de melioribus vinis regis faciant habere Fulconi de Castro Novo j. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Wind' xxv. die Januarii.

Pro electo Sar'.—Rex adhibuit assensum electioni facte de Willelmo de Eboraco, preposito Beverl', in episcopatum Sar'; et mandatum est Anketillo Malore, custodi ejusdem episcopatus, quod de omnibus terris et pos[ses]sionibus ad predictum episcopatum spectantibus, que fuerunt in custodia sua, ei plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Windes' xxix. die Januarii.

Et mandatum est per litteras patentes militibus liberis hominibus et omnibus aliis tenentibus de eodem episcopatu quod ei tanquam

1247. domino suo in omnibus que ad predictum episcopatum pertinent decetero intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

De j. casula.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod Lond' perquirat vel fieri faciat j. decentem casulam de albo samitto cum aurifragio competenti, et j. calicem precii c. solidorum, de dono regis, mittat usque Pontin' ad celebrandum divina in primo festo Beati Edmundi. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Rading' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Johanni de Freborn' j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum regis de Brehull' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere uxori Walerami Teutonici j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro hominibus de v. Portubus.—Rex vicecomiti Kancie, salutem. Scias quod xlij. homines nostri de Romenal' reddiderunt per preceptum nostrum dilecto et fideli nostro B. de Crioyll', constabulario nostro Dovor', viginti marcas ad operaciones in eodem castro inde faciendas, per quas ipsi finem fecerunt nobiscum pro curia sua de Shipweye habenda. Et ideo tibi precipimus quod predictos homines nostros ea occasione non distringas. Teste [rege] apud Westm' iij. die Februarii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Sussex' super triginta marcas quas homines de Winch', Rya, et Hasting' reddiderunt eidem B. ad operaciones faciendas in eodem castro.

Pro Johanne de Dunton'.—Rex dedit Johanni de Dunton', sumettario garderobe sue, j. denarium de elemosina regis constituta in die de firma ville Winton', quem Thomasia que fuit uxor Rogeri de Bosco prius habuit de dono regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ei denarium illum habere faciant. Teste ut supra.

De portubus maris claudendis.—Mandatum est Bertramo de Cryoyll' quod claudi faciant omnes portus maris qui sunt in custodia sua, ita quod nullus transfretet nisi sit nota persona de quo suspicio mali haberi non possit, et etiam nisi securitatem debitam et consuetam prestiterit quod nichi[l] mali per eum regi aut regno machinabitur. Provideat etiam quod nullus in Angl' veniat per aliquem portuum predictorum nisi similiter sit nota persona de quo mali suspicio non habeatur et prestita securitate predicta ; et, si aliqui alii quam tales in portibus predictis applicuerint, eos salvo custodiri faciat donec aliud de eis a rege receperit mandatum. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit abbati de Kenl' vj. marcas, videlicet iij. marcas ad quas ipse amerciatus fuit coram justiciariis nostris apud Dublin', et iij. marcas per quas ipse finem fecit ad scaccarium nostrum Dublin' pro quodam brevi de attinctu habendo ; et rex vult quod si predicte vj. marce regi fuerint solute quod ei de eodem scaccario reddantur. Et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybn', quod ipsum abbatem de predictis vj. marcis, si regi non fuerint solute, quietum esse, et, si regi fuerint solute, eas eidem abbati reddi, faciat. Teste ut supra.

1247.

Wascon'.—Mandatum est Waltero de Arundell' quod de exitibus consuetudinis civitatis Burdeg' faciat habere Willelmo de Boell' xx. marcas quas mutuo dedit Gwidoni de Rocheford' ad expensas suas quas fecit in servicio regis in partibus transmarinis. Teste rege apud Westm' vij. die Januarii (*sic*).

De maeremio.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestr', quod in foresta de Mara capiat maeremium ad constructionem domorum regis de Shotwik' et ad palicia circa eas facienda, et ad pontem ibidem relevandum. Teste ut supra.

[m. 11.] *De vinis datis.*—Mandatum est custodibus vinorum regis Sutht' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Emerico de Sacy j. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Westm' ix. die Februarii.

Hybern'.—Rex dilecto et fideli suo J. filio Galfridi, justiciario suo Hybern', salutem. Sciatis quod Fulk' de Castro Novo, quondam consanguineus noster, diem clausit extremum, et quia idem F. oneratus fuit debitis inmensis et nos debita illa in nos ipsos suscepimus pro eo reddenda de exitibus custodie quam ei concessimus in Hybern', vobis mandamus quod domicellam illam quam eidem dederamus salvo custodiri faciatis, ne aliquis nos de ipsius maritagio defraudet. Terras eciam ipsius ita salvo custodiri faciatis cum omnibus catallis que idem Fulk' in eis habuit, quod de exitibus earundem terrarum et catallorum predictorum nobis respondeatur in Angl', providentes etiam quod, si ballivi ejusdem F. aliquos denarios collectos habuerint ad opus ipsius Fulk', ipsos similiter retineatis ad opus nostrum quod debita ipsius acquietare valeamus. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo.—Rex maiori et vicecomitibus Lond', salutem. Sciatis quod quia Ricardus de Gosebec duxit in uxorem Margeriam que fuit uxor Willelmi Briton', cujus maritagium ad nos pertinuit, cepimus in manum nostram[1] omnes terras et tenementa que fuerunt ipsorum Ricardi et Margerie in civitate Lond' et alibi ; et concessimus dilecto fratri et fideli nostro R. comiti Cornubie et Pict' quod pro transgressione illa ad opus suum emendam capiat. Et ideo vobis mandamus quod exquo idem comes, frater noster, vobis scire fecerit quod de transgressione illa ei satisfecerint, tunc sine dilacione eisdem Ricardo et Margerie de omnibus [e]dificiis et redditibus suis cum pertinenciis in civitate Lond' plenam seisinam habere faciatis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Echingeham et Ebulo de Geneve.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod assignari faciat Willelmo de Echingham et Margerie uxori ejus primogenite filie et alteri heredum Willelmi de Monte Acuto medietatem manerii de Cysseberg' cum esnecya et aliam medietatem Ebulo de Geneve cum omnibus exitibus ejusdem manerii usque ad tempus illud quo ultimum mandatum regis inde recepit, cui rex concessit predictam medietatem quamdiu regi placuerit ad se sustenandum in servicio regis. Teste rege apud Westm' xj. die Februarii.

---

[1] 'Cepimus in manum nostram' repeated.

1247.

Pro Eudone de Shelfhangre.—Rex concessit Eudoni de Shelfhangre custodiam terre et heredis Roberti de Stottebrok' et maritagium ejusdem heredis, habenda usque ad legitimam etatem ipsius heredis, ita quod maritetur sine disparagacione ; et mandatum est vicecomiti Berk' quod ei de custodia illa seisinam habere faciat sicut predictum est. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Robertus filius Ricardi de Horsleg', captus et detentus in prisona regis Noting' pro morte Petri Gafiz, unde rettatus est, traditur in ballium quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Rex assignavit Agneti que fuit uxor Willelmi de Lant' (*sic*) in dotem maneria subscripta, videlicet, maneria de Geirstang' cum pertinenciis de Estan', Scotford', Scothag' cum pertinenciis (in comitatu Lanc' *cancelled*) et de Kemeford' cum pertinenciis in comitatu Lanc', et de Grasmere, de Langdon', et de Crosthwayt et Le Lyth cum pertinenciis in comitatu Westmerland' ; et mandatum est Roberto de Crepping' quod eidem Agneti de omnibus predictis maneriis cum pertinenciis sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est W. de Haverhull', camerario Lond', quod de vinis regis que sunt in custodia sua habere faciat Waltero de Merk' j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Waltero de Scoteny.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Johannes de Paplesham tenuit de Waltero de Scoteny ij. virgatas terre in Estfeld' per servicium militare, mandatum est custodi terrarum que fuerunt comitisse Aug' quod de custodia terre predicte et heredis ipsius Johannis cum ejus maritagio ipsi Waltero seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est camerario regis London' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Godefrido de Liston' unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Windes' xv. die Februarii.

De maeremio emendo.—Mandatum est Ade Cok quod permittat vicecomitem Wiltes' emere maeremium in balliva sua ad larderium regis de Clarendon' faciendum et ad capellam Sancte Crucis castri Sar'. Faciat etiam habere operariis regis Clarendon' buscam in bosco de Pauncehal' ad quendam parvum rogum faciendum. Teste rege apud Windes' xx. die Februarii.

De jarillo.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod jaroyllum castri regis Sar', quod vetus est et dirrutum, prosterni faciat et deponi in castro predicto et salvo custodiri. Teste ut supra.

De robore dato.—Mandatum est Godefrido de Liston' quod faciat habere recluse de Windes' j. robur in foresta de Windes', de dono regis. Teste ut supra.

1247.

Pro abbate de Tyletye.—Quia abbas de Tylet' solvit per preceptum regis Wiberto de Kanc' xij. marcas quas regi debebat pro quadam carta, mandatum est vicecomiti Essex' quod pro predictis xij. marcis ipsum decetero non distringat. Teste rege apud Wind' xx. die Februarii.

Pro quibusdam de comitatu Lancastr'.—Mandatum est Thome de Staunford' et Roberto de Crepping' quod omnes illos qui possessionem terrarum vel tenementorum habuerint de feofamento Willelmi de Lancastr' possessione sua pacifica gaudere permittat, donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

Pro Stephano de Salinis.—Quia rex concessit Ebulo de Geneve custodiam et maritagium que fuerunt Fulconis de Castro Novo in Hybern', rex vult quod Stephanus de Salinis habeat illam porcionem quam rex concesserat eidem Ebulo in manerio de Cycelberg', que hereditarie contingit Isabellam filiam et unam heredum Willelmi de Monte Acuto, que infra etatem est et in custodia regis. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod talem seisinam eidem Stephano de porcione illa in manerio predicto habere faciat qualem seisinam inde fecit predicto Ebulo per preceptum regis. Teste rege apud Windes' xxij. die Februarii.

Hybern'.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybern', quod omnes terras et tenementa que fuerunt Roesie de Verdun, que nuper in fata concessit, capiat in manum regis et salvo custodiat, donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Rogero le Bret quod in bosco de Bere faciat habere abbatisse de Tarent' iij. quercus ad stalla in choro ecclesie sue inde facienda, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Roberto de Aundel' de iij. quercubus ei liberandis in foresta de Gillingham ad eadem stalla facienda. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo.—Rex vicecomiti Suff', salutem. Scias quod cum dicebamus custodiam [et] maritagium filiarum et heredum Willelmi le Bretun, simul cum maritagio Margerie que fuit uxor predicti Willelmi, si se maritare vellet, ad nos pertinere racione cujusdam terre quam idem Willelmus tenuit de nobis in capite in Chatteleng' per servicium unius paris caligarum de scarletta per annum, et Ricardus de Gosebec dictam Margeriam vi abduxisset et sine licencia nostra dissponsasset, propter quam forisfacturam tibi precipimus quod omnes terras et possessiones tam predicti Ricardi quam predicte Margerie in balliva tua in manu nostra caperes, et nos dictam custodiam et maritagium cum emenda dicte forisfacture dilecto et fideli nostro R. fratri nostro, comiti Cornubie, in curia nostra tamquam jus suum reddidimus et ad eum spectantes, eo quod predictus Willelmus le Bretun tenuit de eodem comite per servicium militare de antiquiore feofamento de honore de Eye; et ideo tibi precipimus quod omnes terras et possessiones predictorum Ricardi et Margerie in balliva tua predicta occasione in manu nostra captas, una cum omnibus exitibus predicte terre inde

1247.

medio tempore provenientibus, predicto comiti tradas, tenendas in manu sua donec de predicta forisfactura ei plene fuerit satisfactum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Henrico de Wingeham.

Hybern', pro Ricardo de Burgo.—Rex cepit homagium Ricardi filii et heredis Ricardi de Burgo de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Ricardi patris sui in Hybern', et rex ei reddidit omnes terras et tenementa predicta. Et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybern', quod de omnibus terris, castris et tenementis que fuerunt predicti Ricardi patris sui in Hybern', de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, predicto Ricardo, vel certo nuncio suo litteras regis una cum litteris suis patentibus deferenti, plenam seisinam habere faciat, cum carucis, blado et omnibus aliis catallis in predictis terris existentibus; si quid eciam de terris predictis post datam litterarum regis captum fuerit, id ei reddi faciat, salva tamen Egidie que fuit uxor predicti Ricardi racionabili dote sua de terris predictis. Teste rege apud Wind' xxij. die Februarii.

Pro Ida que fuit uxor Stephani de Segrave.—Quia Ricardus de Grey, Johannes et Willelmus fratres sui, Enger' de Fendles, Warinus filius Geroldi, Johannes de Besevill', Willelmus de Beamund, Radulfus de Wauncy, Rogerus de Pavely, Gilbertus Pecch', Johannes des Eschalers, et Nicholaus de Lenham manuceperunt coram rege quod habebunt Idam que fuit [uxor] Stephani de Segrave coram rege a die Pasche in xv. dies ubicumque rex fuerit in Angl', mandatum est constabulario Turris Lond' quod ipsam predicto Gilberto Pecch' et Willelmo Beumund loco omnium predictorum tradam (*sic*) in ballium sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro abbate de Bella Landa.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, quia rex confirmavit abbati et monachis de Bella Landa omnes possessiones et libertates (concessas *cancelled*) contentas in cartis H. regis avi nostri et R. regis avunculi sui, et rex concessit eisdem abbati et monachis quod si aliquibus libertatum illarum aliquo tempore vel aliquo casu usi non fuerint, decetero utantur temporibus et casibus oportunis, et sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Windes' xxiij. die Februarii.

De perdonacione.—Rex perdonavit Enger' de Fendles debita subscripta que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de debitis Willelmi de Fe[n]dles patris sui, scilicet xij. marcas de scutagio de Kery et xij. libras de scutagio Pictav' et vj. libras de scutagio de Elveyn et v. marcas pro licencia concordandi et vj. libras de auxilio ad filiam regis maritandam et xv. marcas de pluribus prestitis et vj. marcas de scutagio Pictav' et xl.*s.* de scutagio de Elveyn; et rex perdonavit ei relevium suum quod regi debet. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis debitis et relevio ipsum quietum esse faciant; et demandam iiij. militum que ei fit per sumonicionem Scaccarii quos non recognoscit ponant in respectum donec aliud a rege habuerint preceptum. Teste ut supra.

1247.

Pro Willelmo de Grey.—Mandatum est Henrico de Wingeham et coexcaetatori suo in comitatu Lincoln' in Lindes' quod de terra Willelmi de Grey quam consuevit tenere de constabulario Normann', et que capta est in manum regis eo quod dicebatur ipsam esse alienatam de serjancia de Sauseb', ei plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus.—Rex ballivis suis Cantuar'. Quia accepimus per inquisicionem quam per vos fieri precepimus quod non est ad nocumentum civitatis nostre Cantuar' si concedamus Fratribus ordinis Predicatorum Cantuar' quod possint claudere quendam vicum qui est prope eos, per quem itur ad molendinum abbatis Sancti Augustini Cantuar', et facere alium vicum remocius ab eis ultra quandam placeam quam emi fecimus per Stephanum personam ecclesie de Hadlinges de denariis nostris, vobis precipimus quod predictos fratres predictum vicum claudere permittatis, dum tamen faciant vicum predictum ad eundem ad predictum molendinum sicut predictum est. Teste me ipso apud Wynd' xxv. die Februarii anno regni nostri xxxj.

De tradendo in ballium.—Robertus prepositus, captus et detentus in prisona regis Salop' pro morte Johannis filii Dolfini, unde Dulcia que fuit uxor predicti Johannis eum appellat, traditur in ballium quia appellatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Wascon'.—Mandatum est Waltero de Arundell' quod de exitibus consuetudinis civitatis Burd' faciat habere Akam (*sic*) Andree de Burgo xlv. marcas, et Achardo Fuchery vj. libras, de arreragiis annuorum feodorum suorum, que rex eis concessit percipienda ad Scaccarium. Teste rege apud Windes' xxviij. die Februarii.

[m. 10.] *Hybern'.*—Rex Johanni filio Galfridi, justiciario suo Hybern', salutem. Sciatis quod concessimus Ebulo de Geneve custodiam terrarum et maritagii alterius heredis Roberti de Marisco que dederamus Fulconi de Castro Novo in Hybern', ita quod idem Ebulus reddat nobis ad scaccarium nostrum Dublin' singulis annis usque ad etatem ipsius heredis cc. marcas de exitibus terrarum que fuerunt in manu ipsius Fulconis ad execucionem testamenti sui faciendam, videlicet, centum marcas ad festum Sancti Michaelis et centum marcas ad Pascha, incipiente primo termino solucionis predicte ad festum Sancti Michaelis anno regni nostri tricesimo primo. Et ideo vobis mandamus quod de omnibus terris et tenementis ad predictum maritagium spectantibus una cum bladis et catallis in eisdem terris existentibus eidem Ebulo plenam seisinam habere faciatis, accepta bona securitate a predicto Ebulo de precio bladorum et catallorum predictorum et de predictis cc. marcis annuis nobis, sicut predictum est, solvendis. Teste rege apud Windlesor' xxviij. die Februarii.

De tradendo in ballium.—Willelmus de Stok', captus et detentus in prisona regis Gudeford' pro morte Ricardi de Sundes', unde appellatus est, traditur in ballium quia appellatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

1247.

De perdonacione.—Rex perdonavit Galfrido Gacelin xx. solidos qui ab eo exiguntur per sumonicionem Scaccarii, videlicet j. marcam ad quam amerciatus fuit coram justiciariis qui ultimo itineraverunt in comitatu Norhumbr', et dimidiam marcam quam vicecomes Norhumbr' ab eo exigit pro fine curie; et mandatum est baronibus quod de predictis xx. solidis ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Westm' ij. die Marcii.

Wascon'.—Mandatum est Waltero de Arundell' quod castra regis Baion' et Regule et domos castri regis Burd' reparari faciat, prout rex ei oretenus injunxit. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Watham quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Roberto Passelewe j. dolium vini, de dono regis. Teste rege ibidem v. die Marcii.

De castris muniendis.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestr', quod castra regis que sunt in custodia sua muniri faciat bona gente victualibus et aliis necessariis, et cum rex sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste rege apud Croynden' vj. die Marcii.

Pro uxore Johannis de Verdun.—Mandatum est Ade de Spaldinton' quod de exitibus terrarum que fuerunt Roesie de Verdun exhiberi faciat M. uxorem Johannis de Verdun et familiam suam necessariam in necessariis in aliquo maneriorum que fuerunt predicte Roesie, ubi competencius fieri poterit, videlicet apud Braundon', si ibi morari voluerit, et cum rex custum sciverit, illud ei allocari faciet. Teste ut supra.

Pro Matillide que fuit uxor Rogeri de Clere.—Rex cepit homagium Matillidis que fuit uxor Rogeri de Clere de terra de Bromleg', et mandatum est vicecomiti Surr' quod ei de terra illa seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Alani.—Quia in rotulis de Cancellaria regis inventum est continuatim quod advocacio ecclesie de Burn' assignata est Johanni filio Alani uni heredum H. quondam comitis Arundell' in partem que ipsum J. hereditarie contingit de advocacionibus que fuerunt predicti comitis. Et mandatum est R. Cycestr' episcopo quod idoneam personam quam idem Johannes ei presentaverit ad eandam ecclesiam admittat. Teste rege apud Ledes' viij. die Marcii.

De tradendo in ballium.—Matheus le Fever', captus et detentus in prisona regis Ebor' pro morte Hugonis Dynaunt et Alicie uxoris ejus, unde rettati sunt (*sic*), traditur in ballium quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro abbate de Ponte Roberti.—Quia rex accepit per inquisicionem per vicecomitem Sussex' quod abbas de Ponte Roberti percipere consuevit per annum lxij.*s.* et iiij.*d.* tempore comitisse Augi de terra Johannis de Paplesham in Paplesham, et quod predictus J. terram illam tenuit de predicto abbate, mandatum est custodi terrarum que fuerunt

1247.

predicte comitisse quod predictos lxij.*s.* et iiij.*d.* ipsum abbatem percipere permittat de terra predicta, sicut consuevit tempore predicte comitisse. Teste rege apud Wingeham xiij. die Marcii.

Pro abbate de Crek'.—Quia constat regi per inspectionem carte quam rex fieri fecit abbati et canonicis de Crek' quod si aliquis hominum suorum pro delicto vitam vel membrum debeat amittere, vel fugerit et judicio stare noluerit, vel aliud delictum fecerit pro quo debeat catalla sua perdere, ipsa catalla debent esse predictorum canonicorum ubicumque justicia fieri debeat, sive in curia regis sive in alia curia, mandatum est vicecomiti Norf' quod secundum tenorem carte predicte catalla predictorum hominum suorum ipsis abbati et canonicis habere faciat. Teste rege apud Wingeham xij. die Marcii.

De tradendo in ballium.—Walterus le Fever' et Amisius le Charetter, capti et detenti in prisona regis de Gudeford' pro morte Willelmi de Ebor' et Alicie de Ebor', unde rettati sunt, traduntur in ballium quia rettati sunt de morte illa odio et atia etc.

De quingentis marcis.—Mandatum est Willelmo Hardel quod de ij. milibus marcis, que rex mutuo liberari fecit R. comiti Cornub', et que sunt in deposito apud Novum Templum Lond', mittat regi ad liberandum in garderoba regis quingentas marcas ad expensas regis. Teste rege apud Cantuar' xviij. die Marcii.

Pro Egidio de Caumbray.—Rex concessit Egidio de Caumbray totam terram illam cum pertinenciis quam Costantinus filius Ade habuit in civitate Lond', que ad regem pertinet occasione felonie quam idem Costantinus fecit, reddendo inde singulis annis dimidiam marcam Conversis Lond' ad eorum sustentacionem; et mandatum est vicecomitibus London' quod de terra illa ei seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Hybern'.—Rex tenet memoriter alias scripsisse J. filio Galfridi, justiciario Hybern', quod Matillidi que fuit uxor Willelmi de Marisc' reddi faceret terras suas in Hybern', et ei prefigeret diem quod veniret coram rege in Angl' a die Pasche in unum mensem alioquin terre sue in Hybern' regi incurrerentur. Quia vero adventus ipsius Matillidis per casus fortuitos, qui humana providencia vitari non possunt, poterit inpediri, rex non vult quod occasione absencie sue ad illum terminum aliqua pena infligatur, set, si aliquo predictorum casuum fuerit inpeditata, diem ei diffusiorem veniendi ad regem prefigat, prefatam sibi penam non infligat cum non sit intencionis regis maliciosis occasionibus terras fidelium suorum usurpare. Teste ut supra.

Pro Judeis.—Quia Judei Cantuar' dederunt regi dimidiam marcam auri quam regi premanibus reddiderunt pro eo quod concederet eis quod unus Judeus ejusdem ville Cantuar' intersit tallagio assidendo quod assideri debet apud Norht'; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod unum ex ipsis ad hoc eligi et dicto tallagio assidendo interesse faciant. Teste rege apud Faveresham xx. die Marcii.

1247.

Hybern'.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybern', quod omnes denarios quos perquirere poterit deferat secum ad regem in Angl', saltem ij.° milia marcarum si plures denarios non receperit in Hybern' ad hoc Scaccarium Pasche. Teste ut supra.

De venacione capienda.—Rex Willelmo Gyffard', salutem. Mittimus dilectum vadlettum nostrum, Robertum de Mares, ad capiendum in parco nostro de Haleng' duodecim damas et brokettas ad opus nostrum contra instans festum Pasche, tibi precipientes quod prefatum Robertum ad hoc admittas. Teste etc. ut supra.

Pro comitissa Kanc'.—Mandatum est vicecomiti Lancastr' quod non distringat M. comitissam Kanc' ad contribuendum ad c. marcas quos (*sic*) homines de comitatu illo promiserunt ad pulcre placitandum coram justiciariis qui ultimo itineraverunt in comitatu illo, precipue cum ballivus suus exceperit ipsam ab hujusmodi contribucione debere esse inmunem per cartam regis quam inde habet, ut dicit. Teste rege apud Roff' xx. die Marcii.

De homagio recipiendo.—Quia rex bene vult quod si Rogerus Bertram, pater Rogeri Bertram, fecit homagium Dunholm' episcopo, quod predictus Rogerus similiter facit N. Dunholm' homagium, et quod ei facere debet prout eidem Rogero est significatum. Teste rege apud Westm' xxiiij. die Marcii.

Pro hominibus de Faveresham.—Rex vicecomiti Kancie. Scias quod homines de Faveresham solverunt in gardroba nostra apud Westm' xl. solidos die Sabbati ante diem Dominicam in Ramis Palmarum ad quos amerciati fuerunt apud Roffam coram nobis cum ultimo ibi essemus. Et ideo tibi precipimus quod ipsos pro predictis xl. solidis de cetero non distringas. Teste etc. ut supra.

Pro hominibus de Mammefeld'.—Rex Thome de Stanford' et Roberto de Creppingg', salutem. Quia intelleximus quod in ultima extenta quam fieri fecimus per Johannem Gobaud et socios suos de soka de Mamesfeld' tempore Henrici de Hastingges tenuit predictam sokam de ballio nostro decem marce extense fuerunt in homines predicte soke singulis annis nomine talliagii cum ab eis nullum talliagium prius exigi consuevit, nisi quando talliari fecimus dominica nostra, nec est equum vel racioni consonum quod aliter capiatur talliagium quam prius capi consuevit, et in ultimo talliagio quod assideri fecimus talliati fuerunt ad triginta et quinque marcas quas nobis solverunt, ut dicunt, vobis mandamus quod de decem marcis, que ab eis exiguntur per annum racione talliagii occasione predicte extente, pacem ipsos habere permittatis, donec aliud a nobis habueritis mandatum. Teste me ipso apud Dovor' xv. die Marcii anno etc.

De tradendo in ballium.—Margeria de Kymereb', capta et detenta in prisona regis Linc' pro morte Theobaldi de Hasegab', unde appellata est, traditur in ballium quia apellata est de morte illa odio et atia etc. Teste rege apud Westm', xxiiij. die Marcii.

1247.

Rex thesaurario etc. salutem. Liberate de thesauro nostro Waltero de Bradel' et Roberto de Chaur', loco Gwidonis de Palude, custodis garderobe regine, quater xx. et x. libras ad acquietandum expensas ipsius regine de tempore quo moram fecit apud Windes' dum iremus in Kanc'. Liberate etiam eisdem xx. libras pro vij. equis emptis per Willelmum Mares' ad nundinas Sancti Edmundi ad opus regine, et xxviij. marcas ad emendum iij. equos summarios ad opus Margerie, filie regis, et domine Gwillelme, et domicille Ade, et pro iij. equis ad opus Roberti clerici ejusdem garderobe, Roberti hostiarii et Urricii vadletti. Teste rege ibidem xxvj. die Marcii. [*Cancelled.*] *Quia in rotulo de Liberate.*

Rex concessit Magistro Henrico Surorgico custodiam terre et heredis Galfridi Costentin, habendam usque ad legitimam etatem ipsius heredis una cum maritagio ejusdem heredis ; et mandatum est Henrico de Wingeham et coexcaetatori suo in comitatu Linc' quod de terra ipsius Galfridi et herede suo eidem Henrico plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Westm' xxvij. die Marcii. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

Pro Judeis.—Rex assignavit Aaron de Ebor', Aaron filium Abrahe, Aaron le Blund', Salomonem filium Jocei de Cant', Leonem filium Salomonis de Linc', Samuelem de Norwic', Ursellum de Colecestr', Jacobum de Clar', Judam de Kauntebr' et Salomonem de Merleberg', ad assidendum super omnes Judeos Angl' iiij.^{or} milia marcarum que regi reddere debent anno etc. xxxj. de tallagio lx. milium marcarum ad terminos subscriptos, videlicet ad quindenam Pasche anno eodem ij.^{o} milia marcarum et ad quindenam Sancti Michaelis anno eodem ij.^{o} milia marcarum. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, cum predicta pecunia fuerit assisa, iidem justiciarii districcionem faciant super ipsos Judeos, ita quod ipsa iiij.^{or} milia marcarum terminis prescriptis regi solvantur. Teste. (*Unfinished.*)

Pro Magistro Henrico Sururgico.—Rex concessit Magistro Henrico Sururgico custodiam terre que fuit Galfridi Costentin in Bondeby, usque ad legitimam etatem heredis ipsius Galfridi, salva tamen uxori que fuit predicti Galfridi racionabili dote sua de terra predicta ; et mandatum est Henrico de Wingeham' et coexcaetatori suo in comitatu Linc' quod ipsi Henrico de custodia illa plenam seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Willelmo de Sancto Leodegario x. marcas ad quas amerciatus fuit coram justiciariis qui ultimo itineraverunt ad placita foreste in comitatu Essex' pro transgressione foreste ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westm' j. die Aprilis.

De terris custodiendis.—Cum rex debeat habere seisinam omnium maneriorum ecclesiarum cathedralium et conventualium vacancium, et custodiam episcopatus Menevensis vacantis rex comiserit Roberto Waleraund, mandatum est heredibus Resi Wafhan junioris quod de omnibus terris redditibus et tenementis ad predictum episcopatum

1247.

pertinentibus, que in potestate sua sunt, eidem Roberto plenam administracionem habere faciant. Teste rege apud Westm' ij. die Aprilis.

Eodem modo scribitur Willelmo de Brahus' et comiti Hereford'.

[m. 9.] *De vinis datis.*—Mandatum est custodibus vinorum regis Westm' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Laurencio de Sancto Albano unum dolium vini pro uno dolio vini quod captum fuit ab eo ad opus regis quando rex ultimo fuit apud Sanctum Albanum. Teste rege apud Merton' iiij. die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in bosco regis de Pokesl' faciat habere abbati de Messenden' vj. quercus ad quandam aulam inde faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit priorisse de Eton' c. solidos ad quos amerciata fuit coram justiciariis qui ultimo itineraverunt in comitatu Leic', et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam inde quietam esse faciant. Teste rege apud Merton' vij. die Aprilis.

De maeremio.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in foresta de Shirewode faciat habere vicecomiti Noting' maeremium per visum forestariorum et viridariorum ejusdem foreste, quantum necesse fuerit ad operaciones quas rex ei injunxit apud Noting' et Harstan' faciendas per talliam inter ipsum et dictum vicecomitem de numero quercuum factam. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Wilton'.—Quia regi constat quod abbatissa de Wilton' tempore Roesie de Verdun consuevit percipere per annum xj. libras de manerio de Stok, quod predicta Roesia tenuit ad feodi firmam de predicta abbatissa, mandatum est Henrico de Wingeham (vicecomiti Noting' et Dereb' *cancelled*) et coexcaetatori suo in comitatu Wilt' quod ij. marcas, quas receperunt de predicto manerio antequam rex commisset terras ipsius Roesie Ade de Spaldinton custodiendas, predicto Ade liberent ad perficiendum predicte abbatisse illas xj. libras. Teste ut supra.

Pro canonicis de Orto Beate Marie de Frisia.—Rex dedit licenciam canonicis de Orto Beate Marie de Frisia emendi carcandi et ducendi per mare ad partes suas ccc. quarteria frumenti et ordei ad sustentacionem domus sue; et mandatum est ballivis de Lenn' quod permittant eos emere bladum predictum et ad partes suas abducere. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Johannes Hathewy, captus et detentus in prisona regis Hereford' pro morte Roberti carectarii, unde rettatus est, traditur in ballium quia de morte illa non est culpabilis, sicut rex accepit per inquisicionem etc.

De perdonacione.—Rex perdonavit priori de Latton' xxiiij. solidos ad quos amerciatus fuit coram justiciariis qui ultimo itineraverunt ad placita foreste in comitatu Essex', et mandatum est baronibus

1247.

de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Johanni filio Jocei decem marcas quas debuit Sleme Judee London', cujus debita cepimus in manum nostram; et ideo vobis mandamus quod ipsum Johannem de predictis decem marcis quietum esse, et munimenta sua que eadem Judea inde habuit reddi, faciatis. Teste rege apud Westm' xiij.° die Aprilis.

De denariis liberandis E. de Westm'.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod omnes denarios quos recipient de decimis episcopatus Karl' liberent Edwardo de Westm' ad faciendum inde quod rex ei injunxit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est R. Passelewe quod in foresta de Whitlewode faciat habere J. de Pless' xv. damas, de dono regis. Teste rege apud Oxon' xvij. die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario castri Divis' quod in foresta de Chipenham faciat habere Willelmo de Cantil' vj. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Shirwod' faciat habere Fratribus Minoribus Noting' xv. quercus ad faciendum edificia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta de Selveston' faciat habere monialibus de Sewardesl' xv. quercus ad maeremium, de dono regis, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi possit; (Teste ut supra *cancelled*) videlicet viij. in bosco regis de Hanl' et vij. in Salceto.

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere H. Elyens' episcopo xiiij. quercus in bosco regis de Kingeswod' ad maeremium inde faciendum ad ecclesiam suam Elyens', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Henrico de Holm'.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Margeria que fuit uxor Ricardi de Holm' dimisit dotem suam Johanni de Reyny ad vitam suam, et Henricus de Wingeham' eandem dotem seisiverit in manum regis post mortem ipsius J. una cum aliis terris suis, mandatum est eidem Henrico quod eidem Johanne (*sic*) de dote sua predicta plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est R. Passelewe quod in foresta de Pauncehal' faciat habere abbati de Messenden' x. fusta ad quandam aulam faciendam hospitibus in abbacia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Rogero de Lancastr'.—Mandatum est Thome de Staunford' et Roberto de Crepping' quod id quod ceperunt ad opus regis de terris Rogeri de Lancastr' racione terrarum Willelmi de Lancastr' que fuerunt in manu regis postquam terras illas predicto Rogero rex reddiderat, ei reddi faciant. Teste rege apud Oxon' xxiiij. die Aprilis.

1247.

De quercubus datis.—Mandatum est R. Passelewe, archidiacono Lewens', quod in foresta de Wauberg' faciat habere Magistro Rogero de Ravelingeham iiij. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Alanus de Theford', captus et detentus in prisona regis de Gypewic' pro morte Willelmi de Brunn', Isabelle filie Willelmi, et Clare sororis ejus, et Alfilde de Werfsted', unde rettatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Norf', quia rettatus est de morte illa odio et atia etc. Teste ut supra.

Pro Ada de Blakeburn'.—Adam de Blakeburn' liberavit in garderobam regis per pre[ceptum] regis P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, apud Wudestok die Jovis in festo Beati Marci Ewangel' anno etc. xxxj. xxx. marcas de lx. marcis per quas finem fecit coram justiciariis regis apud Lancastr' pro quadam transgressione. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis xxx. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Lanc'.

Pro Ricardo Ruffo.—Ricardus Ruffus liberari fecit ad castra regis in Wallia munienda Willelmo de Axemuth' cc. marcas de dc. marcis quas recepit ad Scaccarium ad municionem eorundem castrorum ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Ricardum de dictis cc. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Wodestok' xxvj. die Aprilis.

Pro quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in foresta de Shirewod' faciat habere Willelmo de Senendon' iiij. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Patricio de Chaurc' x. libras quas regi debet de prestito quod rex ei fecit in Wascon' ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Bageshet'.—Rex reddidit Galfrido de Bageshet' ballivam forestarie sue quam debet habere de feodo in foresta de Windes', et mandatum est Godefrido de Liston' quod ei de balliva illa seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit P. Hereford' episcopo xxx. marcas que ab eo exiguntur per sumonicionem Scaccarii de auxilio regi concesso pro maritagio Isabelle imperatricis, sororis regis (ad primogenitam filiam regis maritandam *cancelled*) ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Wodestok' xxx. die Aprilis.

Rex perdonavit eidem episcopo transgressionem quam fecit de uno cervo capto in foresta de Den', et rex reddidit ei boscum suum de Ros, captum in manu regis pro vasto ; et mandatum est R. Passelewe quod de transgressione illa ei pacem habere permittat, et de bosco illo ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

1247.

De fructibus ecclesiarum custodiendis.—Mandatum est Thome de Staunford' quod fructus ecclesiarum episcopatus Karl', quarum sequestrum episcopus Dunholm' dicit ad se pertinere, vel eorum precium si venditi fuerint, salvo custodiat usque in unum mensem a festo Sancti Michaelis, ut interim sciatur utrum ad regem vel ad ipsum debeant pertinere. Teste rege apud Wodestok' j. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norhumbr'.

Pro Henrico de Hasting'.—Mandatum est Elye le Latimer quod de manerio de Bluneham, quod Henricus de Hasting' commiserat Ide sorori sue, eidem Henrico plenam seisinam rehabere faciat. Omnia etiam catalla que per sacramentum proborum hominum inquirere poterit ipsum Henricum commisisse ipsi Ide cum manerio illo ipsi Henrico reddi faciat, et cetera omnia catalla que fuerunt ipsius Ide in eodem manerio ad opus regis retineat, donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

Pro decano et capitulo Sancti Martini London'.—Quia rex concessit decano et capitulo Sancti Martini, London', per cartam regis quam inspexit, quod ipsi et homines sui quieti debent esse de omnibus amerciamentis, mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos et homines suos de omnibus amerciamentis, que ab eis exiguntur ad opus regis, quietos esse faciant. Teste rege apud Wodestok' iij. die Maii.

Pro imperatore Costantinop'.—Mandatum est Willelmo Hardel quod de deposito regis ij. milia marcarum quod habet in custodia sua liberet thesaurario et camerariis quingentas marcas liberandas imperatori Costantinop', de dono regis.

De cervis et damis capiendis.—Mandatum est Ade Cok quod admittat Philippum de Candever' et Ricardum, fratrem ejus, ad capiendum in bosco de Graveling' vij. cervos ad opus regis. Teste rege apud Wodestok' iij. die Maii.

Mandatum est Avicie de Columbariis quod admittat Willelmum Luvel et Warinum fratrem ejus ad capiendum in balliva sua x. damos ad opus regis. Teste ut supra.

Pro Walens'.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestr', quod Eynon filio Oweyn, Thuder' filio Edenet, et Wrennok filio Kenewerk' de omnibus terris et tenementis suis cum pertinenciis in Ros, Refoncleye, Reweniok', et Englefeld', de quibus ipsi seisiti fuerunt ut de feodo die qua guerra incepit inter regem et D. filium Lewelini, talem seisinam habere faciat qualem inde habuerunt die predicta. Teste ut supra.

Quia rex habet ij. obsides de fideli servicio Thuder' filii Edeneth', et adhuc quendam obsidem qui regi datus fuit a D. filio Lewelini qui jam defunctus est, mandatum est J. de Grey, justiciario Cestr', quod illum obsidem deliberet, et quo voluerit abire permittat. Teste rege apud Walingeford' vij. die Maii.

Pro Roberto de Tateshal'.—Mandatum est H. de Wingeham, excaetatori regis, quod de manerio Roberti de Tateshal' de Scaudebur'

1247. quod Johannes de Grey dedit ei in maritagium cum filia sua, et quod cepit in manum regis occasione serjancie regis alienate, eidem Roberto seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Simon filius Alexandri et Radulfus filius ejus, capti et detenti in prisona regis Ebor' pro morte Thome Badde et Imenie filie ejus, unde rettati sunt, traduntur in ballium quia etc. [Teste] ut supra.

[m. 8.] *Hybern', pro Ricardo de Burgo.*—Rex J. filio Galfridi, justiciario Hybern', salutem. Sciatis quod reddidimus Ricardo de Burgo, tanquam illi qui plene etatis est, omnes terras et tenementa que fuerunt in manu nostra tempore quo ipse fuit infra etatem et in custodia nostra; et ideo vobis mandamus quod de omnibus terris et tenementis que commiseramus Stephano Lungesp' usque ad etatem ipsius Ricardi de hereditate sua ei plenam seisinam habere faciatis. Quia etiam idem Stephanus plus tenet in dotem uxoris sue de hereditate ipsius Ricardi quam ad eos pertinet habendum de hereditate predicta, vobis mandamus quod amensurata dote predicta eidem Ricardo id quod ad eum inde de jure pertinebit restituatis. Teste rege apud Rading' ix. die Maii.

Pro Hugone de Loges.—Rex baronibus Scaccarii, salutem. Quia Hugo de Loges monstravit domino regi quod a tempore quo disseisitus fuit de balliva de foresta domini regis de Kannok', de qua domino regi reddere debuit per annum decem marcas nomine firme, predicti barones nostri eam per sumonicionem Scaccarii domini regis distringi fecerunt pro predicta firma domino regi reddenda, licet predicta balliva adhuc in manu domini regis consisteret, et idem Hugo inde nichil habeat nec a tempore illo aliquid habuit, mandatum est quod si ita est ipsum Hugonem de cetero pro predicta firma distringi non faciant, set eum inde quietum esse, et ballivos domini regis, qui ballivam predictam a tempore predicto per preceptum domini regis habuerunt, pro firma predicta et arreragiis domino regi inde debitis sine omni dilacione distringi faciant. Teste ut supra.

Pro abbate de Bello Loco.—Quia constat domino regi per cartam domini J. regis patris sui quod abbas de Bello Loco Regis et homines sui quieti esse debent de omnibus amerciamentis, mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum abbatem et homines suos de omnibus amerciamentis quietos esse faciant. Teste me ipso ut supra.

Pro Ricardo le Fishere et aliis.—Rex propter paupertatem Ricardi le Fyschere, Ricardi filii Emme, Willelmi fratris ejus, Ricardi le Clerc, Henrici Coleman, Ricardi de Champeden', et Thome le Charet' remisit et quieta clamavit eis omnia arreragia que regi debuerunt de annuo redditu quem regi debebant pro terris suis quas de rege tenuerunt in Marleston' extra Cestr'. Et mandatum est J. de Gray, justiciario Cestr', quod eos pro arreragiis predictis non distringat set eos pacem habere permittat, et terras ipsas in manum regis capiat et comodum regi inde faciat. Teste me ipso apud Windles' xv. die Maii.

1247.

De vinis ad opus puerorum domini regis.—Mandatum est custodibus vinorum de Windles' quod faciant habere Johanni Selvestr' de vinis domini regis que sunt in custodia ipsius regis duodecim dolia vini ad expensas liberorum domini regis et familie sue commorancium in castro ibidem. Teste me ipso apud Westm' xix. die Maii.

De denariis liberandis in garderobam.—Mandatum est Willelmo Hardel quod de mille trecentis viginti et novem libris undecim solidis et octo denariis, quos receperunt per manum Magistri Gervasii de Persouere de exitibus terrarum que fuerunt W. Marescall', comitis Penbroch', in Hibern', liberet thesaurario et camerariis domini regis nongintos quater viginti sexdecim libras et quinque solidos liberandos Willelmo de Plessetis ad acquietandum quedam debita magne garderobe domini regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham' quod faciat habere Philippo Basset quatuor quercus in bosco de Neuton', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Gosebek et uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Essex' et Hertfford' quod faciat habere Ricardo de Gosebec et Margarete uxori ejus plenam seisinam de omnibus terris et tenementis in balliva sua, de quibus ipsa Margareta seisita fuit die quo se permisit maritari eidem Ricardo, occasione cujus maritagii de eis fuit disseisita, quia predictus Ricardus satisfecit fratri nostro R. comiti Cornub' de transgressione illa quam fecit ducendo eam in uxorem, ad quem ipsius Margarete maritagium pertinebat. Teste me ipso apud Westm' xxj. die Maii.

Pro Ada de Eston'.—Mandatum est Johanni de Gray, custodi castri de Pecco, quod dilecto clerico suo Ade de Eston', persone ecclesie de Pecco, habere faciat decimas suas de herbagio vendito in parochia sua de Pecco sicut eas habuit tempore Warneri Engayne, quondam custodis domini regis ejusdem castri, et tempore vestro, per preceptum domini regis. Teste me etc. ut supra.

Pro abbate de Fiscampo.—Rex dedit et carta sua confirmavit abbati et monachis de Feschamp' manerium de Navesby in Linc' comitatu in partem eschambii pro villa (*sic*) de Winchels' et Rya quas habuerunt de dono et confirmacione predecessorum domini regis regum Angl' (pro *cancelled*) cum omnibus libertatibus in carta regis contentis quam fieri fecit eisdem. Et mandatum est H. de Wengham', vel escaetori suo in comitatu Linc', quod ipsos abbatem et monachos ponant per fratrem Elard' ballivum suum et Martinum socium suum in plenam seisinam dicti manerii cum suis pertinenciis. Teste me ipso apud Westm' xxj. die Maii.

De denariis ad operaciones de Wudestok'.—Mandatum est R. episcopo Linc' quod de bonis et catallis Andree de Viteri, rectoris ecclesie de Wutton', sine dilacione fieri faciat viginti marcas ad quas predictus Andreas amerciatus fuit coram Roberto Passelewe et sociis suis, justiciariis ultimo itinerantibus ad placita foreste in comitatu

1247.

Oxon' pro transgressione foreste, et illas liberet Willelmo de Sancto Audoneo (*sic*), ballivo domini regis de Wodestok', ad operaciones ibidem. Teste me ipso apud Westm' xxij. die Maii.

Pro canonicis de Thorinton.—Rex concessit canonicis de Thorinton' quod custodiam terre que fuit Simonis de Perepund' in Aldwik', quam episcopus Cycestr' eis reliquid (*sic*) in testamento suo, que est vadium Samuelis filii Isaac, Judei de Norwic', sicut alie terre que fuerunt ejusdem Simonis sunt, habeant usque ad legitimam etatem heredis ipsius Simonis, ita quod non respondeant predicto Judeo de aliquo debito quod ei debetur de terra illa citra etatem predictam, set se capiat idem Judeus ad alias terras que fuerunt predicti Simonis que sufficiunt ad debita illa reddenda. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsis de terra illa seisinam habere faciant, non obstante aliquo precepto regis ei prius facto de seisina inde facienda predicto Judeo ; et si quid inde ceperi[n]t, id eis reddi faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod xxv. solidos iiij. denarios et obolum quos idem Judeus cepit de predicta terra ipsis habere faciant. Teste ut supra.

Pro abbate Westmonasterii.—Rex vicecomiti Wigornie, salutem. Quia concessimus per cartam nostram dilectis nobis in Christo abbati et monachis Westm', quod ipsi habeant et per manus ballivorum suorum capiant omnes fines et omnia amerciamenta sua et hominum suorum, de quacumque causa evenerint, coram quibuscumque justiciariis vel ballivis nostris, et eciam catalla fugitivorum et dampnatorum suorum, et annum et diem eorundem fugitivorum et dampnatorum, et eciam misericordias et fines comitatuum, et precipimus quod sine omni dilacione et inpedimento permittas ballivos ejusdem abbatis capere per manum suam omnes fines et amerciamenta sua et hominum suorum ad que amerciati fuerint coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu tuo ad placita foreste, simul et omnia alia amerciamenta et fines ad que quocumque tempore et coram quibuscumque ballivis nostris amerciati fuerint, et eciam catalla fugitivorum et dampnatorum suorum et annum et diem eorundem, et fines et misericordias comitatus tui, sicut predictum est, nec de cetero de hiis vos intromittas. Teste ut supra.

Hybern'.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod faciat habere Fratribus Minoribus de Tristeldermet' xv. marcas, de dono regis. Teste rege apud Westm' xxv. die Maii.

Pro abbate de Bruera.—Rex dilectis et fidelibus suis forestariis et viridariis foreste sue de Wychewud', salutem. Sciatis quod concessimus dilectis nobis in Christo abbati et conventui de la Bruere quandam particulam bosci in foresta nostra de Wychewud' pro duabus carettis quas prius habuerunt in eadem foresta singulis diebus itinerantes. Et mandavimus dilecto et fideli Galfrido de Langeleh' quod per visum vestrum eidem abbati et conventui quandam particulam bosci in eadem foresta sicut ei injunctum est assignet ; et ideo vobis mandamus quod eidem Galfrido fideliter ad hoc assistatis. Teste me ipso apud Westm' xxvj. die Maii anno regni nostri xxxj.

1247.

Pro Roberto, persona de Seyll'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Quia constat nobis per inspeccionem rotulorum justiciariorum nostrorum ultimo itinerancium ad communia placita in comitatu Leic' quod Robertus, persona de Seylle, fuit amerciatus coram eisdem justiciariis nostris pro falso clamore ad xl. solidos et non ad xl. marcas, sicut continebatur in extractis missis ad Scaccarium nostrum de amerciamentis predictorum justiciariorum, vobis mandamus quod ipsum de cetero non faciatis distringi nisi pro xl. solidis de amerciamento predicto. Teste ut supra.

De j. robore dato.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod Elene que fuit uxor Willelmi de Dun faciat habere j. robur ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Pavely.—Quia testificatum est coram rege quod Robertus de Pavely solvit regi ad Scaccarium redditum de anno etc. xxx. assisum super assartum suum in West Pyrye, mandatum est baronibus de Scaccario quod de inbladatura ejusdem assarti que ab eo exigitur per summonicionem Scaccarii de eodem anno ipsum Robertum quietum esse faciant. Teste rege apud Westm' xxvij. die Maii.

Pro abbate de Shireburn'.—Rex escaetori suo Dors', salutem. Precipimus tibi sicut alias precepimus quod sine dilacione plenarie restituas abbati de Schireborn' omnia que cepisti de terris et tenementis ejusdem abbatis in manum nostram existentis (*sic*) a tempore quo primum mandatum nostrum recepisti de eisdem terris et tenementis eidem abbati reddendis. Teste rege apud Westm' xxvij. die Maii.
Eodem modo scribitur escaetori Devonie.

Pro abbate de la Bruere.—Rex Galfrido de Langeleg', salutem. Sciatis quod concessimus dilectis nobis in Christo abbati et conventui de la Bruere quandam particulam bosci in foresta nostra de Whycchwod' ad usus suos inperpetuum pro duabus caretis quas prius habuerunt itinerantes singulis diebus in eadem foresta ; et ideo vobis mandamus quod assumptis vobiscum vicecomite nostro Oxonie et duodecim legalibus et discretis hominibus de comitatu Oxonie magis vicinioribus foreste nostre de Wichwud', et per eorum visum quandam particulam bosci in eadem foresta ad minus nocumentum ejusdem foreste et in loco magis competenti predictis abbati et conventui assignetis per certas metas et divisas. Mandavimus eciam vicecomiti nostro Oxonie quod ad diem et locum quos ei scire feceritis una cum predictis duodecim ad vos ad hoc accedat. Teste rege apud Westm' xxvij. die Maii.

Pro Aymaro de Lezinan.—Rex Roberto Puterel, salutem. Mandamus vobis quod de firma ecclesie de Farendon' et capellarum pertinencium ad eandem ecclesiam, que fuerunt S. Norm', unde nobis respondere debuistis, tam de firma illa quam de domibus et aliis, dilecto fratri nostro Ademaro de Lezeinnan vel ejus certo assignato decetero sitis penitus intendentes et respondentes. Teste rege apud Westm' xxvij. die Maii.

1247.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Sutht' quod faciant habere Magistro Ricardo coco j. dolium vini de prisa, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Curtenay.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod non faciatis distringi dilectum et fidelem nostrum Johannem de Curtenay, qui finem fecit nobiscum pro custodia et maritagio terre et heredum Johannis de Nevil' et maritagio Hawisie que fuit uxor ipsius Johannis de Nevil' pro aliquo debito quod idem Johannes de Nevil' vel antecessores sui nobis vel antecessoribus nostris regibus Anglie debuerunt, quamdiu ipsi heredes infra etatem fuerint ; quia, cum ad legitimam etatem pervenerint, ad eosdem heredes pro debito illo nos capiemus. Teste rege apud Westm' xxviij. die Maii.

[m. 7.] *Pro nutrice filie regis.*—Rex concessit Isabelle, nutrici filie sue, liberacionem ij. denariorum in die quam Rogerus le Palefreyur percipere consuevit per manum vicecomitis Essex' de elemosina regis constituta, et mandatum est baronibus de Scaccario quod liberacionem illam eidem Isabelle habere faciant. Teste rege apud Westm' xxviij. die Maii.

De maeremio dato.—Mandatum est ballivis de Lugwrthin quod faciant habere procuratori Magistri Johannis Maunsel maeremium ad quandam bonam grangiam faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Stephano de Salinis.—Mandatum est Henrico de Wingeham et coexcaetatori suo in comitatu Sumers' quod viij. libras et x. solidos de exitibus terrarum que fuerunt Katerine de Monte Acuto, quos perceperunt dum rex retinuit terras illas in manu sua, faciant habere Stephano de Salinis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro magistro milicie Templi et hominibus suis.—Quia rex accepit per inquisicionem quam a vicecomite Hereford' rex fieri precipit (*sic*) quod homines regis de Grosmund' tempore pacis de jure non consueverunt habere communam pasture in manerio de Tauros temporibus Walteri de Scudemor aut predecessorum vel heredum suorum, de quorum dono magister et fratres milicie Templi habent idem manerium, mandatum est vicecomiti Hereford' quod non permittat quod iidem homines regis de Grosmund' de cetero aliquam habeant communam pasture in eodem manerio cum predicto magistro aut hominibus suis ejusdem manerii. Teste rege apud Windes' j. die Maii (*sic*).

Pro Margeria de Lascy.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit quod custodia Amicie filie et heredis Roberti de Wudeston' pertinet ad Margeriam de Lascy, mandatum est Gladehus' que fuit uxor Radulfi de Mortuo Mari quod ipsam, quam penes se retinuit de mandato regis et Henrici de Wingeham, predicte Margerie liberari faciat. Teste ut supra.

Pro Henrico de Bradeleg'.—Rex perdonavit Henrico de Bradeleg', militi Petri de Geneve c. solidos ad quos amerciatus fuit pro

1247.

transgressione foreste in comitatu Glouc' ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege ibidem iij. die Junii.

Pro Ricardo Malherbe.—Rex vicecomiti Notingh', salutem. Quia constat nobis per inquisicionem quam per te fieri precepimus, quod quatuor acre terre cum pertinenciis in Ramptun', que fuerunt Willelmi filii Henrici de Neutun' suspensi pro latrocinio, exstiterunt in manu nostra per unum annum et unum diem, et quod idem Willelmus terram illam tenuit de Ricardo Malherbe, tibi precipimus quod eidem Ricardo de predicta terra plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro j. cervo dato.—Rex J. de Grey, justiciario suo Cestr', salutem. Mandamus vobis quod in foresta nostra de Mara faciatis habere dilecto et fideli nostro Thome de Dunton' unum cervum, de dono nostro. Teste ut supra.

Pro abbate de Fiscampo.—Rex justiciariis proximo itineraturis in comitatu Glouc', salutem. Sciatis quod in maneriis de Chilteham et Sloustr', que abbas et conventus Fiscampn' habent in escambium de nobis pro maneriis de Winchels' et la Rye, concessimus eisdem abbati et conventui omnes libertates et quietancias prius eis a predecessoribus nostris regibus Angl' in predictis maneriis de Winchels' et la Rye concessas, sicut plenius patet per cartam nostram quam eis inde fieri fecimus, quam cartam coram nobis legi et firmiter eis teneri faciatis. Et quia predicti abbas et conventus nondum usi sunt libertatibus et quietanciis in predicta carta nostra contentis, ad majorem securitatem et observacionem predictarum libertatum, concessimus eisdem abbati et conventui de gracia nostra omnes justicias aventuras fines et omnia amerciamenta et alia que ad nos pertinent de predictis maneriis de Chilteham, Sloustr', et hundredo de Chilteham, et de Salomondresbur' et eorum pertinenciis, et que coram justiciariis itinerantibus placitari debent et terminari, postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in partibus Glouc', ita quod sine omni diminucione adeo plene cedant in usus ipsorum abbatis et conventus, sicut cedere debebant in usus nostros supradicta maneria et hundredum [quando] in manum nostram tenuissemus. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et firmiter observari faciatis. Et de predictis justiciis, aventuris, finibus, et omnibus amerciamentis et aliis in nullo decetero vos intromittatis. Teste me ipso apud Wind' iiij. die Junii anno regni nostri xxxj.°.

Eodem modo scribitur justiciariis proximo itineraturis in comitatu Linc' de eisdem libertatibus et quietanciis habendis in manerio de Naveneby quod habent in escambium etc. Omnino ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta de Blakemor' faciat habere W. Sarisburiensi electo v. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est R. Passelewe quod faciat habere eidem electo v. damos in Nova Foresta, de dono regis. Teste ut supra.

1247.

Pro comite Ricardo.—Mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Rotel' quod cum iter suum inpleverint in comitatu illo extractas exituum ejusdem itineris sui de eodem comitatu faciant habere R. comiti Cornubie, sicut fieri consuevit tempore aliorum justiciariorum itinerancium in eodem comitatu. Teste rege apud Windes' vj. die Junii.

De vinis datis.—Mandatum est J. Blauncbull' quod in nundinis Sancti Botulphi faciat habere Berte de Wauncy, matri Radulfi de Wauncy, j. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Wind' vij. die Junii.

De quingentis marcis.—Mandatum est Felino mercatori quod quingentas marcas, quas regi mutuo tradi fecit, liberet Ricardo Ruffo ad liberaciones servientium regis faciendas. Teste rege apud Wind' viij. die Junii.

Pro Hugone filio Reineri.—Quia rex non vult quod Hugo filius Reineri quamdiu fuerit in servicio regis hoc anno cum ceteris hominibus ejusdem ville tallietur, mandatum est ballivis Staunford' quod hoc anno super ipsum tallagium non assideant, et si quod assederint, illud non capiant. Teste ut supra.

De vinis cariandis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Sutht' quod de vinis nuper captis ad opus regis, v. dolia vini aquietari et ea sine dilacione cariari faciant usque Sar' ad opus Aymari, fratris regis, et rex tam custum quam cariagium, cum illa sciverit, acquietari faciet. Teste rege apud Wind' vij. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciet habere Fratribus Minoribus de Colecestre iij. quercus in balliva sua de Kingeswod' ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex pro paupertate Andree de Magneb' perdonavit ei omnia debita in quibus tenetur Salomoni Nigro, Ursello, Elye de Cunches, Deusaye filio ejus, et Belloco filio Elye, Judeis Eboraci, et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum de dictis debitis quietum esse, et omnes cartas et munimenta, que dicti Judei inde habent, ei reddi faciant. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus.—Quia rex accepit per inquisicionem quod erit ad commodum ville de Brug' si rex concederet Fratribus Minoribus ejusdem ville quod via illa extra fossatum ex parte occidentali illius ville mutetur et fiat intra fossatum, mandatum est W. de Cantil' quod permittat predictam villa[m] includi et infra fossatum fieri ad augmentum aree ipsorum fratrum. Teste ut supra.

De septingentis marcis.—Rex maiori et vicecomitibus London', salutem. Sciatis quod de veteribus debitis et novis debentur nobis septingente marce in civitate nostra London', et, quia debita illa sunt valde liquida, vobis mandamus quod sine dilacione distringatis cives nostros ejusdem civitatis ad reddendum nobis easdem septingentas marcas, ita quod

1247.

districtio illa fiat ante quam cives mercatores ejusdem civitatis adeant instantes nundinas Sancti Botulphi. Teste ut supra.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod, si iidem cives districtionem illam non fecerint, ipsi barones non o[b]stantibus libertatibus suis eam fieri faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est R. Passelewe quod in bosco regis qui vocatur Gratel' in foresta de Gettinton' faciat habere Gwidoni de Russilun vj. quercus ad maeremium, de dono regis.

De perdonacione.—Rex perdonavit Ade de Sunderlond' j. marcam per quam finem fecit cum vicecomite Lancastrie ut cum ipsum capi fecerat deliberari posset per plevinam, et mandatum est eidem vicecomiti quod ipsum inde quietum esse permittat. Teste rege apud Rading' xiij. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Ade de Everingeham quod in foresta de Shirewod' faciat habere Radulfo de Dunghun vj. bonas quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Rading' xv. die Junii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni filio Nigelli quod in foresta de Brehull' faciat habere J. filio Galfridi vj. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est ballivo de Fecham quod faciat habere A. comitisse Leic', sorori regis, ij. cervos in foresta de Feckeham, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Winton' episcopo.—Mandatum est vicecomiti Sutht' quod de mora que vocatur Penymor' in Nova Foresta W. Winton' episcopo eandem seisinam quam P. quondam Winton' episcopus, predecessor suus, de ea habuit die quo obiit, habere faciat. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Childwik.—Rex Henrico de Wingeham, excaetatori suo, salutem. Sciatis quod pridem dedimus Galfrido de Childwik custodiam terrarum et heredis Johannis de Reyny, et ideo vobis mandamus quod custodiam terrarum illarum et heredem ipsius Johannis presencium latori ad opus ipsius Galfridi habere faciat. Teste rege apud Rading' xv. die Junii.

Et mandatum est Thome de Staunford' et Roberto de Crepping' quod de manerio de Neweton' quod fuit ipsius J. ei seisinam habere faciant.

Et pro eadem custodia erit dominus rex quietus de annuo feodo xx. marcarum quod ipse percipere consuevit ad Scaccarium, et de c. marcis quas rex ei debet de arreragio ejusdem feodi.

Hybern'.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod de terra de Killetheran, quam Ricardus de Milers de Blundeston' tenuit de rege in capite in Hybernia, Roberto de Milers de Blundeston', heredi ipsius Ricardi, plenam seisinam habere faciat, accepta securitate a predicto Roberto quod de terra illa nichil dabit aut alio modo alienabit. Teste ut supra.

1247.

Pro hominibus de Esingewad'.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod permittat homines de Esingwad' habere husbot' et heibot' in foresta de Galter', sicut habere consueverunt ante gwerram motam inter regem et barones suos, ita quod hoc habeant per visum forestarii et sine vasto et destructione foreste. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Dovor'.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod si Ricardus de Dovor' per visum suum racionabiliter satisfecerit executoribus testamenti Radulfi de Mortuo Mari de blado quod idem Ricardus recepit per certum precium ab ipsis executoribus apud Wigemor', tunc eidem Ricardo plenam seisinam habere faciat de omnibus bladis que seminavit in terris predictis. Teste ut supra.

Pro cementariis et aliis.—Quia rex vult magis retinere in servicio suo cementarios et mineatores qui cum rege fuerunt durante gwerra contra Walenses quam alios quorum nulla noticia habetur, mandatum est J. de Grey, justiciario Cestrie, quod eos laborare faciat in quarrera et solidos suos, tam eos qui eis a retro sunt quam quos bene mereri poterunt, eis habere faciat; carpentarios eciam qui remanserunt cum rege in eadem gwerra si opus illorum habuerit retineat, quod si non habuerint arreragia sua eis reddat, et pampiliones regis de consilio Manselli magistri eorum cariari faciat London'. Et cum rex custum sciverit, illud ei allocari faciet. Teste rege apud Sanderford' xviij. die Junii.

Pro Willelmo de Rading'.—Rex concessit Willelmo de Rading' terram que fuit Jacoby de Bulyngham in Hedlegh', que est excaeta regis de terris alienigenis, et mandatum est vicecomiti Surr' quod ei de terra illa seisinam habere faciat. Teste rege apud Merleberg' xix. die Junii.

Pro Nicholao le Estmor.—Rex concessit Nicholao le Estmor illam virgatam terre cum pertinenciis in Kingeston', quam habet de dono Radulfi Russel et que capta fuit in manum regis eo quod alienata fuit de serjantia regis, tenendam tota vita ipsius Nicholai; et mandatum est Henrico de Wingeham et coexcaetatori suo in comitatu Dors' quod ei de terra illa seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro Roberto Tregoz.—Cum rex concesserit aliquando Roberto Tregoz quod caperet in foresta de Munedep ij. cervos et ij. bissas et casu fortuito ceperit j. cervum et iiij. bissas aliter quam rex ei concesserat, rex non vult quod idem Robertus propter hoc occasionetur, et mandatum est R. Passelewe et sociis suis quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est R. Passelewe quod in foresta de Cipeham faciat habere priori de Bradenestok' vj. quercus ad stalla in choro ecclesie sue facienda, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Th. de Sutton, quondam capellano regis, nunc defuncto, xvj. marcas quas regi debuit, et

1247.

mandatum est baronibus de Scaccario quod executores testamenti ipsius defuncti inde quietum (*sic*) esse faciant. Teste rege apud Merleberg' xxj. die Junii.

[m. 6.] *Pro Petro de Sabaud'.*—Mandatum est thesaurario et camerariis quod illas c. marcas de fine quem Matillis de Furnivall' fecit cum Petro de Sabaudia pro quodam maritagio quod idem Petrus exigebat a predicta Matillide nomine regis, et quas ipsa solvere tenetur ad Scaccarium in festo Sancti Johannis Baptiste, eidem Petro, cum illas receperint, liberent. Teste rege apud Merleberg' xxiij. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere Roberto de Shotindon' x. quercus ad maeremium in foresta de Gillingeham ad se hospitandum apud Domerham, de dono regis. Teste ut supra.

De monialibus de Wilberfosse.—Quia rex confirmavit monialibus de Wilberfosse quasdam terras, sicut ex tenore carte regis poterit perpendi, et mandatum est Thome de Staunford' et Roberto de Crepping' quod ipsas permittant terras illas pacifice possidere eo non obstante quod fuerunt de serjantia regis, et si quid inde ceperint, id eis restituant. Teste ut supra.

De capis datis.—Mandatum est Willelmo de Pless' quod faciat habere Bartholomeo Pecch' et Drogoni de Barentin quos rex mittit in nuncium suum ad partes transmarinas ij. capas de scarletto cum sandallo ad ipsas lineandas. Teste rege apud Lutegar' xxv. die Junii.

De roboribus datis.—Mandatum est R. Passelewe quod in Salceto faciat habere Fratribus Minoribus Norht' vj. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Henrico de Farleg' (G. de Liston *cancelled*) quod in bosco de Penberch' faciat habere Fratribus Minoribus de Rading' iiij. robora etc. Ut supra.

Mandatum est Henrico de Farleg' quod in aliqua forestarum regis in balliva sua ubi ad minus dampnum etc. faciat habere Fratribus Predicatoribus Wint' iiij.[or] robora etc. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Peretun' quod in foresta de Bradene faciat habere Roberto Tregoz tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta de Essemore faciat habere Reginaldo de Mohun duos cervos, de dono regis. Teste ut supra.

De cheveronibus datis.—Mandatum est baillivis de Maardin quod in bailliva sua faciant habere Johanni Mansel, persone ecclesie de Lugwardin, cheverones ad quandam grangiam, de dono regis. Teste ut supra.

1247.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo de Norht' quod in foresta regis de Salceto faciat habere Rogero de Thurk'by duas damas, et Magistro Simoni de Wautun' unum damum, et Gileberto de Prestun' unum damum, et Johanni de Cobeham unum damum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in foresta regis Essex' extra parcum faciat habere abbati Westm' viij. damos, de dono regis. Teste rege apud Clarendon' vij. die Julii.

Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta de Rokingeham faciat habere A. comitisse Leic', sorori regis, x. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Alicia que fuit uxor Mathei Peverel.—Mandatum [est] H. de Wingeham' et coexcaetatori suo in comitatu Norf' quod faciat habere Alicie que fuit uxor Mathei Peverel x. libratas terre cum pertinenciis in Meauton' in tenancianciam (*sic*) quousque dos ei fuerit assignata. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit priorisse de Eton' v. marcas per quas finem fecit coram justiciariis de Banco pro quodam cyrographo habendo inter ipsam et Galfridum de Armentar'; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam inde quietam esse faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo Passelewe quod in Nova Foresta faciat habere W. Sarisburiensi electo v. damos de dono regis una cum aliis v. damis quos rex ei prius dederat. Teste rege apud Clarendon' ix. die Julii.

De cervis datis.—Mandatum [est] Hugoni filio Roberti quod faciat habere Johanni Extraneo iij. cervos in balliva sua, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta de Blakemor' faciat habere W. Sarisburiensi electo v. damos nisi eos prius habuerit, de dono regis. Teste ut supra.

De faonibus.—Mandatum est Willelmo Passelewe quod in Nova Foresta capi faciat viij. faones masculos et xij. femellas, et eos liberet Johanni Maunsel vel ejus attornato ad faciendum inde quod rex ei injunxit. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Godefrido de Liston' quod in foresta de Windes' faciat habere Johanni de Ely ij. vetera robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Clarendon' xij. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham' quod in balliva sua faciat habere Waltero de Faucunberg' iiij. damos de dono regis pro x. quercubus quas rex ei dederat et quas nondum habuit. Teste ut supra.

1247.

Pro episcopo Hereford'.—Mandatum est ballivo de Fiscamp' quod non impediat episcopum Hereford' quominus fructus manerii de Chiltham habeat de anno etc. xxxj., occasione concessionis regis quam fecit abbati de Fiscampo de manerio predicto. Teste ut supra.

De maeremio.—Mandatum est R. Passelewe quod faciat habere vicecomiti Norht' maeremium ad quandam capellam ad opus regine faciendam in castro Norht', et ad aliam capellam ad opus ejusdem apud Geitinton' faciendam. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod in foresta de Haselberg' per visum forestar' et viridar' faciat habere ballivo de Selveston' maeremium ad cindulam inde faciendam ad domos regis de Selveston' cooperiendas. Teste ut supra.

Pro operationibus de Windes'.—Mandatum est Bernardo de Sabaudia quod de terris Normannorum que sunt in custodia sua faciat habere citra festum Sancti Michaelis custodibus operationum regis de Windes' c. libras ad easdem operationes ; et rex eas ei allocari faciet. Teste rege apud Clarendon' xv. die Julii.

Pro quibusdam hominibus de Esingwaud'.—Quia rex accepit per inquisicionem quod vij. marce, quas Robertus Bon et sui participes de Heyton' regi reddere consueverunt per annum de incremento pro iij. carucatis terre in Esingwaud', reddi debent tam per alios tenentes regis de Esingwaud quam per ipsos Robertum et participes suos, mandatum est Thome de Staunford' quod decetero compellat ipsos tenentes ad participandum cum ipso Roberto et participibus suis de solucione regi facienda de predictis vij. marcis annuis, et ad respondendum ipsis de arreragiis que pro ipsis hucusque solverunt. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Periton' quod in foresta de Braden' faciat habere Matheo Bezill' ij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De decimis dandis.—Quia rex dari facit decimas feni in omnibus dominicis suis, mandatum est ballivo de Meleburn' quod S. Karleolensi electo, persone ecclesie de Meleburn', de fenis ejusdem manerii decimas decetero habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norf' et Suff' de decimis feni et molendinorum dandis Waltero de Rudham de manerio de Oreford'.

Pro Roberto de Gisn'.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod Roberto de Gisgn' plenam seisinam habere faciat de custodia terre et heredis Roberti Walens' de Wulaveston', cui rex eam reddidit de voluntate regis. Teste rege apud Clarendon' xvj. die Julii.

Pro Wigorn' episcopo.—Mandatum est vicecomiti Wigorn' quod talem seisinam de placitis namiorum vetitorum habere faciat W. Wigorn' episcopo qualem habuit tempore quo ipsum inde disseisivit per preceptum regis. Teste ut supra.

1247.

De cervis datis.—Mandatum est Thome de Multon' quod faciat habere S. Karleolensi electo vj. cervos in balliva sua, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Norwic' episcopo.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod venerabilis pater W. Norwicensis episcopus liberavit per preceptum nostrum Wiberto de Kanc', custodienti exitus sigilli nostri, duodecim marcas apud Clarondan' (*sic*) quas debuit pro j. carta de duobus mercatis habendis, et ideo vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse faciatis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est R. Passelewe quod faciat habere F. London' episcopo iiij. damos in foresta de Braden', de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Willelmo de Monte Acuto omnia amerciamenta ad que amerciatus fuit in itinere justiciariorum ad placita foreste in comitatu Sumers' tam de redemptionibus pro venatione quam de assisis nove disseisine et omnibus amerciamentis foreste ; et mandatum est eisdem justiciariis quod ipsum inde quietum esse et ipsa amerciamenta a rotulis extrahi faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est R. Passelewe quod in Salceto faciat habere P. Chaceporc x. quercus, et in bosco regis de Pokesl' vj. quercus, ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est baillivo de Gillingeham quod faciat habere Galfrido de Langel' unum dolium vini de vinis regis que sunt ibidem.

De tradendo in ballium.—Mandatum est vicecomiti Wyltes' quod si Rogerus de Langeford', captus et detentus in prisona Sarr' pro transgressione foreste, invenerit ei duodecim etc., tunc eum tradat etc. Teste rege apud Clarendon' xviij. die Julii.

Pro abbatissa de Pratellis.—Abbatissa de Pratellis fidelitatem regi fecit de omnibus terris et tenementis que ipsa tenere debet de rege in capite, et mandatum est Henrico de Wyngeham quod de omnibus terris et tenementis que cepit in manum domini regis per vacacionem abbacie de Pratellis, ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Radulfo Burnel.—Mandatum est Drogoni de Barentin, custodi Insularum, vel ballivis suis, quod faciat habere Radulfo Burnel singulis annis vij. quarteria frumenti que Robertus Legat habere consuevit, et que nunc sunt excaeta regis. Teste ut supra.

Pro heredibus Thome de Plumberg'.—Mandatum est custodi honoris de Redleg' quod de omnibus terris et tenementis, de quibus Thomas de Plumberg' fuit seisitus ut [in] dominico ut de feodo die quo obiit, Laurencio filio et heredi suo seisinam habere faciat, exceptis marisco de Ruggewerd' quem Laurencius filius Christiane tenet et

1247.

mariscis de Beckenye et de Luvedun' quos Johannes de Watton' tenet ad terminum, ut dicit, et bosco de Langeleg' et xx. acris terre in Plumberg' et xx. acris terre et j. mesuagio cum pertinenciis in Rocheford', que Johannes filius Christiane tenet, de quibus predicti Laurencius, Johannes, et Johannes fuerunt in pacifica possessione ante mortem ipsius Thome, ut dicunt. Teste ut supra.

De terra reddenda.—Rex Petro de Sabaudia, salutem. Consultationi vestre videlicet utrum terram que fuit Roaldi filii Alani senioris filio primogeniti ipsius vel ejusdem filii avunculo reddere debeatis taliter respondemus quod eandem terram cum pertinenciis filio primogeniti audacter reddatis. De muliere autem que fuit uxor dicti Roaldi senioris dubium non est quin ipsa de prefata terra debeat habere dotem. Teste rege apud Merleberg' xx. die Julii.

Pro Willelmo de Valenc'.—Rex concessit Willelmo de Valenc' custodiam terrarum que fuerunt Roberti de Ponte Arch' que sunt in custodia regis ad se sustentandum in servicio regis, salvo Ele comitisse Warr' manerio de Neweton' cujus custodiam rex ei preconcesserat, et salva dote uxoris que fuit predicti Roberti de terris predictis. Et mandatum est Henrico de Wingeham quod eidem Willelmo de terris predictis seisinam habere faciat sicut predictum est, una cum bladis et instauro in ea (*sic*) inventis, que ad regem pertinent. Teste ut supra.

Rex concessit eidem Willelmo custodiam partis terrarum honoris Lancastr' in manu regis existencium ratione custodie filii et heredis Willelmi de Lindes' usque ad legitimam etatem heredis predicti. Et mandatum est Thome de Staunford' et Roberto de Crepping' quod de omnibus terris et tenementis que ipsum heredem jure hereditario contingunt de honore predicto, eidem Willelmo plenam seisinam habere faciant, una cum bladis et instauro in eis inventis, que ad regem pertinent. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Magistro David carpentario xl. solidos qui ab eo exiguntur per sumonicionem Scaccarii de inbladatura cujusdam assarti, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus.—Mandatum est J. de Pless' quod permittat Fratres Predicatores Wilton' habere cheminagium ad v. quercus que Rogerus de Sifrewast' eis dedit in balliva sua cariandas usque domum ipsorum fratrum. Teste rege apud Merleberg' xxj. die Julii.

Eodem modo scribitur Jacobo Hoes' de v. quercubus quas Willelmus Maudut eis dedit in balliva sua.

Pro Avicia de Columbar'.—Rex capi fecit in balliva Avicie de Columbar' de Chet vj. cervos per senescallos suos et vj. per venatores in itinere regis eundo et redeundo de Merleberg' usque Clarendon' anno etc. xxxj.; et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Sutht' ad placita foreste quod ipsam de capcione illa quietam esse faciant. Teste ut supra.

1247.
[m. 5.] *De damis datis.*—Rex R. Passelewe, salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere dilecto nobis in Christo fratri R. de Saunford', magistro milicie Templi in Anglia, decem damos in foresta nostra de Den', de dono nostro. Teste me ipso apud Merleberg' xxj. die Julii anno regni nostri xxxj.

De maeremio.—Mandatum est Willelmo de Horsenden' quod in forestis de Melset et Graveling' faciat habere custodibus operacionum de Clarendon' maremium ad operaciones ibidem faciendas. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo Passelewe quod in Nova Foresta faciat habere custodibus operacionum de Clarendon' maremium ad viginti milia cindularum inde facienda ad predictas operaciones ibidem faciendas. Teste ut supra.

Pro Thoma de Chaurc'.—Rex cepit homagium Thome de Chaurces de terra que fuit Thome de Aufrinton' et que ipsum hereditarie contingit, et mandatum est vicecomiti Noting' quod de terra illa ipsi Thome de Chaurc' seisinam habere faciat. Teste rege apud Merleberg' xxiiij. die Julii.

Pro Walerico de Withil'.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybern', quod faciat habere Walerico de Wythil' singulis annis xxv. libras ad scaccarium Dublin', sicut illas percipere consuevit quamdiu fuerit in servicio regis in officio justiciarii. Teste ut supra.

De c. marcis regi mittendis.—Mandatum est Roberto Waleram' quod illas c. marcas quas recepit de exitibus episcopatus Menevensis sine dilacione regi mittat. Teste rege apud Wudestok' xxvij. die Julii.

Pro Willelmo Bataill'.—Rex dedit Willelmo Bataill' capellas regis Sancte Marie et Sancti Johannis Baptiste de Divis', et mandatum est constabulario Divis' quod ipsum in corporalem possessionem dictarum capellarum mittat per procuratorem suum. Teste rege apud Wudestok' xxix. die Julii.

Pro Simone de Ofham'.—Rex contulit Simoni de Ofham', capellano, decanatum Sancte Marie de Stafford' cum omnibus pertinenciis suis, et mandatum est vicecomiti Stafford' quod ipsum in corporalem possessionem ejusdem decanatus mittat per Magistrum Adam Wymer, procuratorem suum. Teste ut supra.

Wascon'.—Rex Waltero de Arundell', custodi insule de Olerun, salutem. Mandamus vobis quod de exitibus insule nostre de Olerun solvatis Willelmo de Boeles, senescallo nostro Wasconie, viginti et quinque libras Turronen' pro dilecto valetto nostro Ernaldo Cotin, quas idem senescallus noster de denariis nostris in Wasconia ei mutuo tradidit et plegia de eadem insula invenit, et eas vobis faciemus allocari. Teste ut supra.

De roboribus.—Mandatum est R. Passelewe quod in foresta de Brehull', videlicet in Pauncehal', faciat habere Aimaro de Lezinan

1247.

xv. robora ad focum suum, et fieri faciat ad opus ejusdem lx. quarteria carbonum, et ea liberari vicecomiti Oxonie carianda quo rex ei precepit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Clyfford' quod faciat habere Petro de Geneve quatuor damos in foresta de Dene, de dono regis. Teste rege apud Wudestok' xxx. die Julii.

De roboribus datis.—Mandatum est Willelmo de Sancto Audoeno, ballivo de Wudestok' quod faciat habere Fratribus ordinis Predicatorum Oxonie quatuor robora ad focum suum, et ea liberet vicecomiti Oxonie, karianda usque domum ipsorum Fratrum Oxonie, de dono regis. Teste ut supra.

Hybern'.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod permittat M. comitissam Warenn' et alios heredes W. Mares', quondam comitis Penbrok', habere easdem libertates et consuetudines in terris suis Hybernie quales idem comes et predecessores sui habuerunt in eis, salvis regi iiij. principalibus libertatibus. Teste ut supra.

Pro Willelmo Playard et uxore ejus.—Quia rex accepit per inquisicionem quod iiij. acre terre cum pertinenciis in Rampton', que fuerunt Willelmi filii Henrici suspensi pro latrocinio, extiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Willelmo Playard et Alicia uxore ejus, mandatum est vicecomiti Noting' quod ipsis Willelmo et Alicie de dicta terra seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Petro de Hop' quod faciat habere Petro de Geneve iiij. cervos in balliva sua (foresta longa *cancelled*), de dono regis. Teste ut supra.

Hybernia.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod faciat habere Margerie de Lascy pro dote sua que eam contingeret de castro de Blathac et pro parte ville de Droweda versus Midam singulis annis quamdiu vixerit de thesauro regis Hybern' iij.^{am} partem l. marcarum quas Walterus de Lascy quondam vir suus percipere consuevit singulis annis ad scaccarium Dublin' pro castro predicto et pro parte ville de Droweda, et arreragia sua ei inde habere faciat. Teste ut supra.

Pro Halingratto.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod de denariis quos ei liberavit R. comes Cornubie, frater regis, solvat Halingratto balistario sexcentas marcas in partem solucionis debitorum in quo rex ei tenetur, retentis penes se litteris regis patentibus mutuum illud testificantibus. Teste ut supra.

Pro Roberto de Mares.—Rex dedit Roberto des Mares catalla ad valenciam xxx. solidorum que fuerunt Ricardi W'ltmain de Northasseb' fugitivi ad regem pertinencia, et mandatum est vicecomiti Northt' quod catalla illa ei habere faciat. Teste rege apud Wudestok' xxx die Julii.

1247.

De damis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere H. comiti Hereford' in foresta de Den' ij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo Passelewe quod in Nova Foresta faciat habere Nicholao de Mel' ij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Wallia.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestrie, quod in loco competenti in balliva sua, ubi magis viderit expedire, assignari faciat Griffino Krek xl. solidatas et Ricardo le Brun xx. solidatas terre. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valenc'.—Mandatum [est] vicecomiti Wigorn' quod illam partem terre, quam Johannes de Munchanesy habuit in manerio de Inteberg' cum pertinenciis, liberet W. de Valenc', vel certo nuncio suo litteras regis deferenti. Teste ut supra.

Pro Magistro L. de Sancto Martino.—(Memorandum in dorso rotuli pro Magistro L. de Sancto Martino.)

De perdonacione.—Rex perdonavit Galfrido de Wuleward' l. marcas de fine c. librarum quem fecit cum rege pro custodia terre et heredis Henrici Tyrel, et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod ipsum de dictis l. marcis quietum esse faciat. Teste rege apud Wudestok' j. die Augusti.

Rex perdonavit priori de Monasterio Eder' v. marcas et x. solidos et viij. denarios pro quibus distringuntur pro investitura ij. assartorum in Purtun', et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Norht' v. die Augusti.

Pro Willelmo de Keu.—Mandatum est vicecomiti Cauntebr' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Willelmi de Keu in balliva sua Willelmo de Cheenay, cui rex illa concessit quamdiu regi placuerit, seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta de Salceto faciat habere abbatisse Sancte Marie de Pratis extra Norht' x. fusta, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Mabilia de Harenhill'.—Rex dedit firmam pacem suam Matillidi (*sic*) de Harenhill', que rettata fuit de morte Ricardi (Johannis *cancelled*) de Harenhill', et que est in prisona regis Glouc'; et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ipsi firmam pacem regis inde habere faciat. Teste rege apud Norht' vij. die Augusti.

Pro Isabella que fuit uxor David Cumin.—Henricus Dei gracia rex Angl' etc. Thome de Staunford' et Roberto de Creppinges, salutem. Sciatis quod cepimus homagium Isabelle que fuit uxor David Comyn de omnibus terris et tenementis que ipsam Isabellam hereditarie contingunt, et que capi fecimus in manum nostram occasione mortis predicti David. Et ideo vobis precipimus quod de omnibus terris et tenementis que ipsam Isabellam contingunt hereditarie in comitatu Norhumbr' predicte Isabelle plenam seisinam habere faciatis. Teste me ipso apud Norhamt' vij. die Augusti.

1247.

Henricus Dei gracia rex Angl' Henrico de Wengham et choescaetoribus suis in comitatu Norf', Suff', Essex' et Hertfort', salutem. Sciatis quod cepimus homagium Isabelle que fuit [uxor] David Comyn de omnibus terris et tenementis que ipsam Isabellam hereditarie contingunt, et que capi fecimus in manum nostram occasione mortis predicti David. Et ideo vobis mandamus quod de omnibus terris et tenementis predictis predicte Isabelle plenam seisinam habere faciatis. Teste me ipso apud Norhamt' vij. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est R. Passelewe quod in foresta de Rokingeham faciat habere G. de Langel' ij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est eidem quod in foresta de Salceto faciat habere Beatrici de Kukenho ij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Ricardo filio Roberti de Stepeleston x. solidos ad quos amerciatus fuit coram justiciariis itinerantibus (pro transgressione foreste *cancelled*) in comitatu Oxonie; et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ipsum inde quietum esse faciat. Teste ut supra.

Mandatum est eciam baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant.

De maeremio.—Mandatum est Willelmo de Norht' quod in balliva sua videlicet tam in parcis quam in forinsecis boscis faciat habere vicecomiti Norht' maeremium ad operaciones regis quas rex ei injunxit in balliva sua faciendas per talliam de numero quercuum inter eos factam. Teste ut supra.

De obsidibus.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod obsides regis Walens' quos habet in prisona regis Norht' deliberet. Teste rege apud Norht' viij. die Augusti.

Pro Roberto de Gines'.—Rex concessit Roberto de Gin' quod boscum suum de Toleshunt' qui vocatur Schiricheshull' et qui antiquitus fuit parcus possit claudere fossato et haya, et parcum inde facere si voluerit, eo non obstante quod boscus ille est infra metas foreste; et mandatum est Ricardo de Munfichet quod id fieri permittat. Teste ut supra.

Pro Petro Braunch'.—Rex concessit Petro Braunch' custodiam terre et heredis Mathei Peverel et maritagium ejusdem usque ad etatem ipsius heredis pro xx. libris quas percipere consuevit de feodo ad Scaccarium; et mandatum est H. de Wingeham' et coexcaetatori suo in comitatu Norf' quod ei de custodia illa seisinam habere faciat, ut predictum est. Teste ut supra.

Et habet inde litteras patentes directas omnibus etc.

De perdonacione.—Rex perdonavit Magistro Willelmo le Brun xl. marcas quas mutuo recepit de scaccario regis Dublinie ad expensas

1247.

suas; et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernye, quod ipsum inde quietum esse faciat. Teste rege apud Dunestapl' x. die Augusti.

De cervis datis.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestrie, quod faciat habere J. Maunsel vj. cervos in foresta de Wirehal', de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Galfrido filio Warini quod in foresta de Feckenham faciat habere Magistro Simoni de Wauton' ij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est W. de Norhamt' quod in foresta de Rokingeham faciat habere R. de Mares j. damum, de dono regis. Teste rege apud Sanctum Albanum xj. die Augusti.

Pro comite Warr'.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Stephanus de Sumery fuit seisitus in dominico ut de feodo de x. solidis redditus cum pertinenciis in Brikendon' die quo obiit, mandatum est vicecomiti Hertford' quod J. de Pless', comiti Warr', cui rex concessit custodiam unius heredum predicti Stephani, de porcione predictorum x. solidorum redditus heredem predictum contingente, una cum arreragiis inde debitis a tempore mortis predicti Stephani, ei (*sic*) comiti seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est R. Passelewe quod in foresta de Salceto faciat habere Fratribus Minoribus Norht' vj. quercus ad operaciones infirmitorii sui faciendas, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Galtris faciat habere Magistro Johanni Romano x. quercus ad operaciones cancelli sui de Esingewaud faciendas, de dono regis.

Mandatum est R. Passelewe quod faciat habere abbati de Lavenden' vj. quercus in foresta de Salceto ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 4.] *Hybernia.*—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod de omnibus terris que hereditarie contingebant Johannem de Monte Chanes' de terris que fuerunt W. Mares', quondam comitis Penbrok', in Hybernia, et que post mortem ipsius Johannis decendere (*sic*) debent ad Johannam, sororem et heredem ipsius Johannis, quam Willelmus de Valencia, frater regis, duxit in uxorem, ipsis Willelmo et Johanne seisinam habere faciat cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus quibus idem comes et predecessores sui usi fuerunt temporibus suis in eisdem terris, salvis regi iiij. principalibus libertatibus ad coronam et dignitatem regis spectantibus et cum omnibus exitibus inde perceptis post mortem dicti Johannis. Teste rege apud Windes' xiij. die Augusti.

Pro abbate de Becco.—Abbas de Becco liberavit in garderobam regis P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, centum marcas per quas finem fecit cum rege pro seisina terrarum suarum que capte erant in manum regis post vacacionem abbacie sue habenda; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

1247.

Pro Willelmo de Cheenay.—Mandatum est Bernardo de Sabaudia quod de x. marcatis redditus cum pertinenciis in Coudray Willelmo de Cheenay cui rex redditum illum una cum quibusdam terris que fuerunt Willelmi de Keu in comitatu Kauntebr' commisit quamdiu regi placuerit, seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Alicia filia Constantini.—Rex maiori et vicecomitibus Lond', salutem. Quia accepimus per inquisicionem quam per vos nuper fieri precepimus quod Vitalis vinetarius tenuit quandam domum de Constantino filio Alulphi in parochia Sancte Marie de Aldermannechirch', et quod idem Cons[tan]tinus nichil de predicta domo percipere consuevit nisi tantum viginti solidos per annum, vobis precipimus quod Alicie filie Constantini juvenis, cui idem Constantinus juvenis domum dedit tanquam eam quam a prefato Vitali emit, de eadem domo plenam seysinam habere faciatis, salvis Conversis Lond' predictis xx.^{ti} solidis annuis quas Consta[nt]inus filius Alulphi inde percipere consuevit, et quas eisdem Conversis dedimus tanquam escaetam nostram pro felonia ejusdem Alulphi. Teste apud Vind' xix. die Augusti.

Pro Willelmo de Marisc'.—Willelmus de Marisc' reddet per litteras directas J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, de ccc. marcis per quas finem fecit cum rege pro redemptione sua, singulis annis xx. marcas ad scaccarium Dublin' videlicet x. marcas ad Pascha et x. marcas ad festum Sancti Michaelis, donec solvantur, incipiente proximo termino ad Pascha anno etc. xxxij. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Childwik.—Mandatum [est] H. de Wingeham et coexcaetori suo in comitatu Sumers' quod permittat Galfridum de Childwik habere blada que sunt in terris que fuerunt Johannis de Reyny, quarum custodiam rex concessit eidem Galfrido pro eodem precio quod rex posuit in eisdem terris seminandis et excolendis, et eciam omnes boves existentes in eisdem terris pro eodem precio per quod rex eos retinuit ab executoribus predicti Johannis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi parci de Gudeford' quod in eodem parco faciat habere Artaldo de Sancto Romano iiij. quercus cum omnibus excaetis ad quandam aulam faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

De piscariis.—Quia rex accepit per inquisicionem quod piscarie quas rex habet in aqua de Twede nunquam separate fuerunt a comitatu Norhumbr', et non pertinent ad castellariam de Bamburg', mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod piscarias illas in manum regis capiat et salvo custodiat, donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Langel'.—Galfridus de Langel' reddidit regi j. esperverium quem regi debuit de anno presenti de manerio de Staverton' pro heredibus W. Maresc' quondam comitis Penbrok' ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Windes' xxij. die Augusti.

1247.

Pro Willelmo de Valenc'.—Mandatum est Waleramo Teutonico quod de omnibus terris que fuerunt Roberti de Ponte Arch' in Nether went' Willelmo de Valenc' vel ejus certo nuncio seisinam habere faciat, una cum omnibus exitibus de terris illis provenientibus post festum Pentecostes proximo preteritum. Teste ut supra.

Pro Judeo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod non distringant aut distringi permittant Aaron filium Abrahe de tallagio lx. milium marcarum pro ij. milibus marcarum de termino Sancti Michaelis anno etc. xxxj. nisi pro liij. marcis et dimidia ipsum inde de eodem termino contingentibus. Teste rege apud Windes' xxiij. die Augusti.

Pro Roberto Passelewe.—Mandatum [est] H. de Wingeham excaetatori regis quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Thome filii Stephani, exceptis x. libratis terre in Staundon', quas Ricardus Marescallus habet de dono regis, R. Passelewe, cui rex commisit custodiam terrarum illarum et maritagium heredum ipsius Thome, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Quia non habuit (mandatum est constabulario *cancelled*) de Sancto Briavello quod in foresta de Den' faciat habere comiti Hereford' iij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum [est] R. de Munfichet quod in foresta de Essex', videlicet in bosco abbatisse de Berking', capi faciat canibus suis vj. damos, et eos ipsi habere faciat, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Munpelers.—Rex concessit Roberto de Munpeilers custodiam terre que fuit Ranulphi le Poher in Penekeston' usque ad legitimam etatem ipsius heredis, et mandatum est Thome de Staunford' et Roberto de Crepping' quod ei de custodia illa seisinam habere faciant. Teste rege apud Wind' xxviij. die Augusti.

Et habet inde litteras patentes.

Pro Rogero de Mortuo Mari.—Rex concessit Rogero de Mortuo Mari custodiam terre que fuit Roberti de Wudeton' in Huggel', et mandatum est H. de Wingeham et coexcaetatori suo in comitatu Salop' quod de custodia illa una cum bladis instantis autumpni ipsi seisinam habere faciant. Teste rege apud Windes' xxvj. die Augusti.

Pro abbate de Tylet'.—Abbas de Tylet' liberavit regi per preceptum regis xij. marcas quas regi debuit pro quadam carta de warenna habenda, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Amone Turbern'.—Rex concessit Amoni Turbern' custodiam terrarum que fuerunt Willelmi filii Mauricii in Hybernia usque ad legitimam etatem heredum ipsius Willelmi una cum maritagio eorundem heredum. Et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod de custodia terrarum et de heredibus ipsius Willelmi eidem Amoni plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et habet inde litteras patentes.

1247.

Pro J. comite Warr'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod permittat J. de Pless' comitem Warr' prosternere x. quercus in bosco suo, qui est in foresta de Den', et eas ab eadem foresta sine inpedimento extrahere. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est R. Passelewe quod in foresta de Rokingeham' faciat habere Aymaro de Lezinan, fratri regis, xx. damos ubi magis viderit expedire, de dono regis. Teste rege apud Wind' xxviij. die Augusti.

Mandatum est custodi terrarum que fuerunt comitisse Augi quod faciat habere Johanni Selvestr' iiij. damos in parco de Burewes' ad opus puerorum regis apud Windes' commorancium. Teste ut supra.

De j. molendino faciendo.—Mandatum est eidem quod apud manerium de Burewes' fieri faciat j. molendinum, et cum rex sciverit custum ad hoc appositum per visum etc. rex illud ei allocari faciet. Teste ut supra.

De fustis.—Mandatum est H. de Farleg' quod in bosco regis de Axyholt' faciat habere custodibus operacionum regis de Windes' l. minuta fusta ad cheverones faciendos ad operaciones claustri regis de Windes'. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est constabulario de Pecco quod in foresta de Pecco faciat habere Radulfo filio Nicholai iiij. cervos, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Johanni de Frethorn' j. damum in foresta de Den', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Gerardo la Grue.—Mandatum est Ricardo de Boyvill' quod faciat liberari Gerardo la Grue custodiam terrarum que fuerunt Idonee de Veteri Ponte, nisi custodiam illam rex ei dimiserit usque ad etatem heredis ipsius Idonee. Teste rege apud Certes' xxviij. die Augusti.

Pro Gwilberto de Kanc'.—Rex concessit Gwiberto de Kanc' terram illam cum pertinenciis in Burewes' de qua comitissa Augi feofavit Robertum Fabrum tenendam sibi et successoribus suis personis ecclesie de Burewes' inperpetuum ; et mandatum est custodi terrarum que fuerunt predicte comitisse quod eidem Gwiberto de terra illa plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro abbate Westm'.—Rex concessit abbati Westm' pro anima Willelmi filii Halengratti quandam terram in Hethlee in comitatu Surr' quam rex prius dederat Halengratto patri suo per cartam regis ; et mandatum est H. de Wingeham excaetatori regis quod ipsi abbati de terra illa seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Sinago.—Rex concessit Willelmo [de] Sinago custodiam terrarum que fuerunt Simonis de Brion' una cum maritagio heredum usque ad legitimam etatem eorundem ; et mandatum est

1247.

Henrico de Wengham' quod de predicta custodia eidem plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Gudeford' xxx. die Augusti.

Pro Amarico Pecch'.—Rex concessit Amarico Pecch' excaetam regis captam in manum regis in Honinge ad se sustentandum in servicio regis ad voluntatem regis ; et mandatum est H. de Wingeham quod ei inde seisinam habere faciat. Teste rege apud Gudef' xxx. die Augusti.

Pro abbate Westm'.—Mandatum est Edwardo de Westmon' quod de pecunia regis quam penes se habet depositam liberari faciat abbati Westm' quem rex mittit in nuncium suum ad partes transmarinas xl. marcas ad expensas suas. Teste rege apud Waverl' xxx. die Augusti.

Pro Willelmo de Valenc'.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod terras quas Willelmus de Valenc' habet in Hybernia de hereditate uxoris sue omnimodis instauris terris illis necessariis instaurari faciat, sicut terre ille plenius exigunt instaurari, et rex precium illius instauri ad Scaccarium ei allocari faciet. Teste rege apud Odiham ij. die Septembris.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Sutht' quod faciant habere uxori Henrici de Farl' j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Hybern'.—Homines de Droweda versus Midiam finem fecerunt cum rege per c. libras regi dandas pro quibusdam libertatibus quas rex eis concedit per cartam suam, remittendo regi nichilominus xx. libras quas rex eis debuit pro fretto de Gannok'. Et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod dictas c. libras ad opus regis recipiat, et non solvat eis dictas xx. libras quas regi remiserunt. Rex etiam vult quod predictas libertates, secundum tenorem carte regis quam habent, idem justiciarius eis firmiter observari faciat. Teste rege apud Odiham iij. die Septembris.

De vinis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod preter ij. dolia vini que nuper liberavit Johanni de Colemere ad opus Aymari, fratris regis, alia duo dolia recari et ea ipsi Johanni liberet ad opus ejusdem. Teste ut supra.

De damis.—Rex mittit Warnerum Luvel' ad capiendum ad opus regis x. damos in parco de Hadleg' ; [et] mandatum est Willelmo Giffard quod ipsum ad hoc admittat. Teste rege apud Gudeford' iiij. die Septembris.

Pro Amone Turbern'.—Rex concessit Amoni Turbern' catalla et blada hujus autumpni de terris que fuerunt Willelmi filii Mauricii in Hybernia quarum custodiam rex ipsi Amoni concessit usque ad legitimam etatem heredum ipsius Willelmi. Et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod ipsi catalla et blada illa habere faciat. Teste rege apud Gudeford' v. die Septembris.

1247.

De Johanne de Halton' capiendo.—Quia Johannes de Halton' Dionisiam que fuit uxor Walteri de Tatham, dum ipsa fuit in custodia regis cujus maritagium ad regem pertinebat, sine licencia regis duxit in uxorem, mandatum est vicecomiti Lancastr' quod corpus ipsius Johannis capiat, et in prisona regis salvo custodiat, donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste rege apud Westm' vj. die Septembris.

[m. 3.] *Pro civibus London'.*—Cives Lond' solverunt per preceptum regis Johanni de Gizorc'ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxix. quingentas marcas in quibus regi tenebantur pro receptamento Walteri Bukerel pro quingentis marcis quas rex ab eo mutuo accepit ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos cives de dictis quingentis marcis quietos esse faciant. Teste rege apud Westm' vij. die Septembris.

De allece emendo.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod per visum fratris Ricardi de Lathel' emat ad opus regis clx. lesta allecis de meliori allece quam emptum fuit ad opus regis anno preterito, et rex precium illius allecis cum illud sciverit reddi faciet. Teste ibidem xij. die Septembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Henrico de Farleg' quod in bosco de la Bere faciat habere Fratribus Minoribus Winton' iiij. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

De quadam camera privata facienda.—Mandatum est constabulario Turris London' quod ad quandam cameram privatam ad opus regine fieri faciat ibidem per visum et testimonium legalium hominum quandam turellam, sicut rex viva voce ei plenius injunxit, ad quam perficiendam rex precepit vicecomitibus Lond' quod ei liberent lx. marcas. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Mandatum est ballivo de Havering' quod permittat Reg' Ruff' et ceteros vadlettos regis quos rex dimisit post eum capere xx. damos in parco regis de Havering' ad opus regis. Teste ut supra.

Rex mittit Warnerum Luvel' ad capiendum centum damos in oris Nove Foreste, et mandatum est custodi ejusdem foreste quod ei sit in auxilium quod capiantur ubi eos crediderit pinguiores et meliores, et venacionem illam saliri et cariari faciat usque Westm', ita quod sit ibidem die Mercurii proxima ante festum Sancti Edwardi, et rex custum salicionis et cariagii ei allocabit. Teste rege apud Westm' xvij. die Septembris.

Hybernia.—Quia rex reddidit Ricardo de Burgo omnes terras et tenementa sua que sunt in manu regis dum idem Ricardus fuit infra etatem et in custodia regis et rex ei omnes exitus earundem terrarum et tenementorum a prima septimana xl. proximo preterite concessit, mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod de castro suo Wylekin quod Willelmus de Eskales tenet, de terra sua in Milok quam Willelmus Crok tenet, de terra sua in Metherye quam Petrus de Ber. . . . tenet, de terra sua in Jocherye quam Johannes Livet, Ricardus de Burgo, et Marmadocus de Eschales tenent, de

1247.

castris suis de Caylly et de Kyrky que Mauricius filius Geroldi tenet, et de omnibus insulis que sunt in lacubus de Lochhurst et Lomaske quas idem Mauricius tenet, et que debuerant fuisse in manu regis racione dicte custodie, eidem Ricardo seisinam habere faciat, simul cum omnibus exitibus de predictis terris castris et insulis a predicto tempore provenientibus ; distringat etiam omnes illos quod reddant regi omnes exitus de dictis terris castris et insulis provenientes a die quo dictus Ricardus obiit usque ad predictum tempus. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in parco de Hatfeld' vel in foresta de Cestrewel' faciat habere Magistro L. de Sancto Martino ij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Quia manerium de Mutford' tenetur de rege per servicium militare nec manerium illud aliquo tempore talliari consuevit, sicut per inspectionem rotulorum de Scaccario rex accepit, mandatum est baronibus de Scaccario quod districtionem quam faciunt super Thomam de Hemmegrave et homines suos ejusdem manerii pro tallagio regi reddendo penitus remittant. Teste rege apud Westm' xviij. die Septembris. [*Entry cancelled.*]

Pro Willelmo de Sinago.—Quia rex dedit Willelmo de Sinago custodiam terre et heredis Simonis de Brion', qui de rege tenuit in capite, racione cujus tenementi, custodiam omnium aliarum terrarum de quibuscumque teneantur ad regem debent pertinere, mandatum est vicecomiti Berk' quod de omnibus terris que idem Simon tenuit de Willelmo Lungespee in Wanetunge et in que idem Willelmus se intrusit ipsi Willelmo de Sinago seisinam habere faciat, et si quid ablatum fuerit, ei id restituat. Teste ut supra.

Pro Reginaldo persona ecclesie de Chivening'.—Quia Magister Hugo de Mortuo Mari, officialis domini Cantuar', manucepit Reginaldum, personam ecclesie de Chiveninge, ad mandatum regis captum, habendum coram rege, vel alibi ubi rex preceperit, ad standum recto secundum consuetudinem Anglie, mandatum est vicecomiti Kanc' quod ipsum dicto officiali liberet. Teste ut supra.

Pro Thoma de Hemmegrave.—Rex remisit Thome de Hemmegrave c. solidos ad quos homines sui de Mutford' talliati fuerunt ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum et homines suos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere M. comitisse de Anegus ij. dolia vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Stephano de Tywe.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod faciant habere Stephano de Tywe singulis diebus vite sue, quousque rex ei uberius providerit, iij. denarios et obolum ad victus sui sustentamentum, quod rex ei ad instanciam fratris Nicholai anachorite concessit. Teste rege apud Westm' xix. die Septembris.

1247.

De inquisicione forestarum.—Mandatum est justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod inquisiciones de forestis regis de Horwod' et Halewestan', si nondum facte fuerint, non faciant usque ad octabas Sancti Michaelis, quas si forte jam fecerint ante dictum diem non exequantur. Teste ut supra.

[*Note.*] *Hic suscepit Johannes de Lexinton' custodiam sigilli domini regis.*

De perdonacione.—Rex pro expensis quas P. Hereford' episcopus facturus est in servicio regis ad partes transmarinas perdonavit ei l. marcas quas regi solvere tenetur ad hoc instans festum Sancti Michaelis de fine debitorum suorum quem fecerat cum rege reddendi c. marcas per annum; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de dictis l. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Girardo la Grue.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod nisi Ricardus de Boyvill' ostenderit ei warantum per quod debeat tenere custodiam maneriorum de Bautre et Ostrefeud, que fuerunt Idonee de Veteri Ponte usque ad etatem heredum ipsius Idonee, tunc de custodia predictorum maneriorum seisinam habere faciat Girardo la Grue, cui rex ipsam concessit usque ad etatem ipsorum heredum, et si idem Ricardus warantum inde a rege habuerit, et illam ipsi vicecomiti ostenderit, tunc firmam quam pro dicta custodia regi solvere tenetur, eidem Girardo a dicto Ricardo solvi faciat. Teste rege apud Westm' xx. die Septembris.

De maeremio.—Mandatum est ballivo de Havering' quod per visum viridariorum parcium suarum et proborum et legalium hominum earundem capiat in parco regis ibidem et in foresta regis maeremium ad operaciones quas rex ei injunxit ibidem facere. Teste ut supra.

De mercato tenendo.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod in pleno comitatu suo et hundredis publice clamari faciat et teneri mercatum de Rumford' per diem Mercurii cum omnibus libertatibus et consuetudinibus ad dictum mercatum pertinentibus. Teste ut supra.

Pro priore de Monasterio Ederoso.—Mandatum est ballivo de Clarendon' quod permittat priorem de Monasterio Ederoso habere averia sua in pastura foreste de Clarendon' de gracia regis, donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

Pro Margareta de Lascy.—Quia rex accepit per inquisicionem quod xx. acre prati cum pertinenciis inter Wodeton' et Onebur' sunt pertinentes ad terram M. de Lascy in Wodeton', mandatum est vicecomiti Salop' quod ei de dictis xx. acris seisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

Mandatum est Thome de Staunford' et Roberto de Crepping' quod tam de instauro quod rex habet in illa medietate custodie terrarum que fuerunt Willelmi de Lancastr' quam aliunde in balliva sua faciat habere Willelmo de Valenc' ccc. boves, de dono regis. Teste rege apud Westm' xxiij. die Septembris.

1247.

[*Cancelled:*] *Quia redditum fuit breve et aliter factum in rotulo contrabrevium.*

Hybernia.—Quia Ricardus de Burgo rogavit regem quod ei committeret comitatum de Cunnouth custodiendum tam pro comodo regis quam suo, mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod, si viderit id fieri posse sine incomodo regis, tunc eidem Ricardo comitatum predictum comittat custodiendum quamdiu regi placuerit. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Willelmo de Abbinton' v. marcas per quas finem fecit cum rege pro relevio suo in subsidium milicie ipsius Willelmi; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro baronibus de Wincheless' et Rye.—Barones de Wincheless' et Rye solverunt per preceptum regis Bertramo de Cryoyl xxx. marcas que ab eis exiguntur per summonicionem Scaccarii ad operaciones quas rex ipsi B. injunxit facere; et mandatum est vicecomiti Sussex' quod ipsum inde quietum esse faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur baronibus de Scaccario.

Pro Willelmo de Valenc'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Willelmo de Valenc' x. quercus et xx. carettatas virgas subbosci in foresta de Den' ad molendinum ipsius Willelmi in Morton reparandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Radulfo Harang'.—Quia Radulfus Harang' nichil habet de terra que fuit ipsius Alicie uxoris sue, mandatum est vicecomiti Oxonie quod non distringat ipsum [ad redde]ndum ij. marcas et dimidiam per quas ipse et Alicia uxor ejus finem fecerunt coram justiciariis qui ultimo itineraverunt in comitatu Oxonie pro habenda licencia concor. . . .

[m. 2.] *Wascon'.*—Mandatum est Waltero de Arundel quod inquisicionem faciat quantum valeat terra que fuit Petronille que fuit uxor Petri de Fay in Oleron', et inquisicionem illam regi mittat. Interim autem faciat habere Ernaldo Cotin seisinam de terra illa ad se sustentandum in servicio regis una cum exitibus ejusdem terre de anno presenti. Teste ut supra.

De maeremio.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod in foresta de Shirewode faciat habere vicecomiti Noting' maeremium extra haias regis, quantum necesse fuerit ad operaciones quas rex ei injunxit apud Noting' et Clipston' facere per talliam inter ipsos de numero quercuum factam. Teste rege apud Westm' xxvj. die Septembris.

Pro abbatissa de Rumes'.—Rex adhibuit assensum electioni facte de Constancia quondam priorissa de Rumes' in abbatissam ejusdem domus; et mandatum est Simoni de Norwico quod de omnibus terris et tenementis ad dictam abbaciam spectantibus seisinam habere faciat. Teste ut supra.

1247.

Pro electo Menevens'.—Eodem modo scribitur Roberto Waleraund pro Magistro Thoma archidiacono Linc', electo Menevens', de seisina ei facta de episcopatu illo et omnibus ad eundem episcopatum spectantibus. Teste ut supra.

De catallis arestandis.—Mandatum est ballivis Glouc' quod omnia catalla que Hugo de Kingesham habet in villa Glouc' arestari, et omnes possessiones suas in eadem villa in manum regis capi, faciant donec satisfecerit regi de pecunia quam recepit de vinis regis que rex Willelmo de Albiniaco et ipsi vendenda commisit. Teste rege apud Westm' xxvij. die Septembris.

De vinis prestitis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Oxonie quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Magistro Johanni Maunsel ij. dolia boni vini, de prestito regis. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex liberari fecit A. comitisse Leic' ccc. marcas de hoc termino Sancti Michaelis anno etc. xxxj. pro dote sua; et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod heredes ipsius comitis distringat ad dictas ccc. marcas regi solvendas. Teste rege ibidem xxx. die Septembris.

Norwag'.—Mandatum est ballivis de Len' quod viso diligenter quot naves de Norwag' sint apud Lenn' permittat quod earum marinelli de blado et aliis victualibus tantum emant et secum abducant quanto competenter vivere poterunt in eundo usque Norwag'. Teste ut supra.

De j. fago data.—Mandatum est H. de Wingeham quod faciat habere Simoni de Muntuyt j. fagum in bosco Rotomag' archiepiscopi, qui est in custodia regis, ad tabulas faciendas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Henrico le Arleblast'.—Rex dilecto et fideli suo Nicholao de Molis, ballivo suo de Kaermerdin, salutem. Mandamus vobis quod per sacramentum proborum et legalium hominum de visneto de Kaermerdin, per quos rei veritas melius sciri poterit, diligenter inquiratis si Henricus le Areblaster ad commodum nostrum et [sine] evidenti dampno aliorum divertere possit cursum aque de Tawalan, ita quod villa de Kaermerdin ex parte occidentali inde claudatur; et si per ipsam inquisicionem nobis constiterit quod predicta aqua ad commodum nostrum et sine evidenti dampno aliorum diverti possit, sicut predictum est, tunc permittatis predictum Henricum divertere cursum ipsius aque. Teste me ipso apud Westm' j.° die Octobris.

Pro Simone de Borhard.—Rex concessit Simoni de Borhard quod quamdiu fuerit de familia Willelmi de Ferariis et in servicio suo habeat h . . . [non po]natur in assisis juratis vel recognitionibus; et mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Bed' quod libertatem illam ei habere faciant per idem tempus. Teste rege apud Certes' v. die Octobris.

1247.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Westm' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Radulfo de Albiniaco j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit priori de Bradel' xl*s*. ad quos amerciatus fuit coram justiciariis qui ultimo itineraverunt ad placita foreste in comitatu Wilt' ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valenc'.—Mandatum est Petro Chaceporc, thesaurario domini regis, quod de vinis cera et aliis que sunt necessaria Willelmo de Valenc', fratri regis, in hospicio suo ad festum milicie sue plene provideat eidem, secundum quod fuerit faciendum et secundum quod viderit expedire. Teste rege apud Guldeford' vj. die Octobris etc

Pro execucione testamenti W. quondam comitis Dereb'.—Mandatum est Thome de Staunford' et Roberto de Crepping', eschaetoribus in comitatibus Dereb' et Lanc', quod quia rex prius concessit per litteras suas patentes W. de Ferar' quondam comiti Dereb' quod libere et sine impedimento testamentum suum condere possit de omnibus bonis suis mobilibus quando voluerit, et quod testamentum illud stabile sit et firmum, ita quod rex de debitis que dictus comes ei debet capiet ad heredes suos, permittant executores testamenti ipsius comitis liberam habere amministracionem de bonis et catallis que fuerunt predicti comitis ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur H. de Wingeham et coexcaetatoribus suis in comitatibus Norht', Linc', et Stafford'.

Pro iij. militibus.—Mandatum est Petro Chaceporc quod inveniat Petro Braunch' ea que inveniri debent ad tres novos milites faciendos sicut rex consimilibus militibus invenit. Teste ut supra.

Pro Rogero Godenepriche.—Mandatum est vicecomiti Lancastr' quod catalla Rogeri Godenepriche, qui inprisonatus fuit pro receptamento Rogeri de Panhal' latronis, et per consideracionem curie regis a prisona deliberatus, quia de crimine illo fuit quietus, ipsi Rogero restituat, nisi subsit alia causa quare ea in manum regis ceperit. Teste ut supra.

Pro novis militibus et aliis.—Mandatum est P. Chaceporc quod liberari faciat Willelmo Boce ea que necessaria sunt ad arma capienda, sicut alii de hiis qui arma capient cum Willelmo de Valenc' in hoc festo Sancti Edwardi. Teste rege apud Novum Locum vj. die Octobris.

Eodem modo scribitur eidem pro Thoma Crawe, Johanne de Sandwic' et socio suo, et Simone de Chelefeld.

Mandatum est Willelmo de Haverhull' et Edwardo de Westm' quod fieri faciant xij. ciphos albos et planos convenientis pond[er]is quos rex daturus est Willelmo de Valenc' in festo milicie sue, et in fundis singulis sit scutum simile aruris que erunt ipsis de quo per Petrum Chaceporc poterit certificari. Teste ut supra.

1247.

Mandatum est P. Chaceporc quod fieri faciat cointeisas ad opus viij. de militibus regis quos ad hoc viderit idoneas ut in instanti festo W. fratri regis assistant, et ad opus Aleisie sororis regis cointeisas similes cointeisis regine et tot earundem varietates et cointeisas ad opus omnium domicillarum regine, et ad opus ipsius Alesie j. pelliceum de griso, et ad opus Galfridi de Jouill' j. culcitram et materam de panno cum auro. Teste rege apud Merton' ix. die Octobris. Faciat eciam habere Aymaro Viger pannum ad capam et robam cum furura, de dono regis. Teste eodem.

Mandatum est eidem P. quod inveniat Griffino filio Wennunwen contra festum milicie sue, quod erit in hac instanti [festo Sancti E]dwardi, unum palefredum, unum sumarium, vj. thorcheises, et aliam candelam cere sibi convenienter necessariam. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod Ernaldo de Bovill' cointeisas contra idem festum videlicet supertunicam de serico et camisiam r . . .

Pro comitissa Dereb'.—Rex cepit homagium Agnetis que fuit uxor W. de Ferar' quondam comitis Dereb' de omnibus terris et tenementis que ipsam hereditarie contingunt et que . . . [et mandatum] est Thome de Staunford et Roberto de Crepping', excaetoribus regis in comitatu Lanc', quod ei de terris et tenementis predictis unacum castr. . . . reper . . . seisinam habere faciant. Et si quid de terris vel tenementis postquam devenerunt in manum regis ut de firmis auxiliis et aliis exitibus [? ceperint], ei reddi faciant. Teste rege apud Westm' xij. die Octobris.

Eodem modo scribitur H. de Wingeham et coexcaetatoribus suis in comitatibus Linc' et Stafford' de seisina ei facienda de terris et tenementis predictis una cum castro de Certelye.

Pro abbatissa de Pratell'.—Mandatum est H. de Wingeham et coexcaetatori suo in comitatu Dors' quod faciant habere abbatisse de Pratell' denarios quos receperunt de xij. qua[r]teriis frumenti tempore vacacionis predicte abbacie que rex eidem abbatisse dedit. Teste rege apud Westm' xij. die Octobris.

De perdonacione.—Rex perdonavit priorisse de Keleburn' xiiij. solidos qui ab ea exigitur (*sic*) per summonicionem Scaccarii pro Ricardo filio Reineri ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam inde quietam esse faciant. Teste rege apud Westm' xv. die Octobris.

Pro Petro de Malo Lacu.—Rex cepit homagium Petri filii et heredis Petri de Malo Lacu de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Petri patris sui, et que ipsum jure contingunt hereditario ; et mandatum est W. Ebor' archiepiscopo quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt in custodia sua de ballivo regis ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex ad instanciam Willelmi Lungesp' perdonavit Waltero de Clifford' xx. marcas ad quas amerciatus fuit propter defaltam coram justiciariis qui ultineraverunt (*sic*) in comitatu Oxonie ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westm' xv. die Octobris.

1247.

Per consimiles litteras directas eisdem baronibus perdonavit rex Galfrido Gacelin xl. solidos qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro scutagio exercitus de Gannok'.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Sutton' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Galfrido de Percy j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est R. Passelewe quod in foresta de Brehull' faciat habere Fratribus Minoribus Oxonie x. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit R. Linc' episcopo c. libras ad quas amerciatus fuit pro falso clamore quem fecit coram justiciariis qui ultimo itineraverunt in comitatu Oxonie versus Henricum de Drayton'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westm' xviij. die Octobris.

Pro Adam de Chilteham.—Rex vicecomitibus Lond', salutem. Precipimus vobis quod sine dilacione et secundum libertatem sancte ecclesie et consuetudinem Angl' deliberari faciatis Egidio, decano Hereford' vicem Herefordensis episcopi gerenti, Adam de Chilteham, clericum, captum et in prisona nostra apud Newegate detentum pro retuntura denariorum. Teste me etc. apud Westm' xx. die Octobris anno regni nostri xxxj.

[m. 1.] Rex Henrico de Wengham, eschaetori suo, salutem. Sciatis quod cepimus homagium Juliane . . . . . : . . . in capite et ipsam jure hereditario contingunt tibi que cepistis in manum nostram occas . . . . Juliane de predictis terris et tenementis plenam seisinam habere faciatis. Teste me ipso apud Westm' . . . . . .

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod remisimus Gilberto de Saunford' illas tres marcas ad q . . . . Lewens' et sociis suis justiciariis nostris ad placita foreste in comitatu Essex' assignatis pro canibus ipsius Gilberti . . . . . . Teste me ipso apud Westm' xix. die Octobris anno regni nostri xxxj.

Rex ballivis Ricardi de Clar' comitis Glouc' de Hereford' et Tunebrigg', salutem. Precipimus vobis quod Jordanum cap . . . pro eo quod idem capellanus Johannem le Percher servientem nostrum graviter vulneravit venerabili in Christo p . . . . Anglie faciatis liberari cum illum tanquam clericum suum pecierit. Teste ut supra.

Rex perdonavit W. Sarisburiensi episcopo c. libras ad quas amerciatus fuit propter defaltam quam fecit cor . . . . in comitatu Dors'; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum Norht' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Willelmo de Valen' . . . . Westm' xx. die Octobris.

1247.

Rex thesaurario et camerariis suis, salutem. Liberate de thesauro nostro Bernardo de la Prad' xxiiij.[or] libras et . . . ab eo ad opus nostrum, videlicet pro quolibet dolio triginta et septem solidos, et eidem xx. solidos pro uno dolio vini de prisa, ix. libras et xij. solidos pro vj. doliis vini videlicet pro quolibet dolio xxxij. solidos, et eidem xx. solidos pro uno dolio vini de . . . de . . . xj. libras et xij. solidos pro vj. doliis vini pro quolibet dolio xxxvij. solidos, et eidem quadraginta solidos pro . . . , et . . . xl. solidos pro ij. doliis vini de prisa, et Petro de Gizor' et socio suo xxj. libras et dimidiam marcam pro . . . quatuor marcas, et Girardo de Broyl xiij. libras et x. solidos pro vj. doliis vini pro quolibet dolio xl . . . . . . die Octobris.

. . . Galfrido de Lucy custodi foreste de Porecestr' quod in eadem foresta faciat habere H . . . . Nicholao Balistar' id quod ad regem . . . . . terra que fuit Martini de . . . . quod ei de terra illa seisinam habere faciat . . . . Teste ut supra.

. . . constat regi per in . . . m rex fieri fecit abbati et canoni . . . . et judicio noluerit stare vel de . . . . mandatum est vicecomiti . . . . habere faciat. Teste . . . . . [*Unfinished.*]

[m. 15*d.*] Rex vicecomiti Glouc', salutem. Summone per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites, et libere tenentes, qui terras vel tenementa habent infra metas foreste in comitatu tuo, quod sint coram Roberto Passelewe, Galfrido de Langel', et sociis suis, justiciariis itinerantibus ad placita foreste tenenda in crastino Sancti Hillarii apud Glouc'. Venire eciam facias ibidem omnes forestarios et viridarios tam illos qui modo sunt quam illos qui fuerunt forestarii et viridarii post ultima placita foreste, quod habeant ibidem omnia attachiamenta sua de viridi et venacione tam de illis attachiatis qui manent infra f[or]estam quam de illis attachiatis qui manent extra forestam. Venire eciam facias ibidem de qualibet villa infra metas foreste existente iiij. legales homines cum preposito et forestariis villarum. Venire eciam facias ibidem omnes regardatores, ita quod ibi habeant omnia regarda sua sigillis suis signata, et agistatores cum agistamentis suis, et omnes milites et juratos inquisitores de omnibus ballivis foreste nostre infra comitatum tuum, et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste. [*Unfinished.*]

Et mandatum est eidem vicecomiti quod summoneat in crastino Sancti Edmundi apud Glouc' coram Galfrido de Langel' et Ricardo de Wrotham omnes forestarios regardatores et omnes custodes foreste regis comitatus sui ad certificandos eos de quibusdam articulis tangentibus forestam regis. Et summoneat omnes veredictores ejusdem foreste quod tunc sint coram eisdem ad reddendum eis omnes rotulos suos veredicta sua continentes. Et habeant etc. ut supra.

[m. 14*d.*] Mandatum est ballivis de Len quod non obstante prohibicione regis ne aliqua blada extraherentur a regno permittant abbatem et monachos de Fontibus emere et cariare blada in portu suo et abducere ad partes suas, accepta ab eis securitate ne alicubi ea transmittant extra regnum. Teste rege apud Marleberg' xx. [die] Novembris.

1247.

Robertus de Bello Campo, Philippus de Columbariis, Robertus de Blakeford' et Willelmus Everard sunt justiciarii ad gayolam regis de Ivelcestr' deliberandam in crastino Sancte Lucie Virginis.

Et mandatum est vicecomiti Sumerset' et Dorset' quod omnes prisones predicte gayole et illorum attachiamenta dictis die et loco coram eis venire faciat. Teste rege apud Clarend' xxvj. die Novembris.

[m. 13*d.*] Mandatum est vicecomiti Wigorn' quod, assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus de comitatu suo, in propria persona sua accedat ad terram Willelmi de Bello Campo in Hout, et ad terram Willelmi de Furches et Juliane uxoris ejus in Parva Whitlegh', et per eorum sacramentum etc.

Gilbertus Mares' attornavit Nicholaum filium Jacobi versus Ricardum Testard' de placito warancie carte quod est coram rege de xiij. acris terre et dimidia in Gudeford'.

Rex concessit Bricio de Milers cui rex dederat licenciam moram faciendi in Norm' usque ad Pascha proximo futurum quod moretur ibidem usque ad Nativitatem Beati Johannis Baptiste sequentem.

[m. 11*d.*] Mandatum est vicecomiti Linc' quod non permittat quod aliqui laici in balliva sua ad vocacionem Linc' episcopi archidiaconorum vel officialium eorum seu decanorum ruralium in aliquo loco conveniant decetero ad aliquas recogniciones per sacramentum eorum vel attestaciones aliquas faciendas nisi in causis matrimonialibus vel testamentariis tantum. Teste.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus episcopatus Linc'.

[m. 10*d.*] Significatum est comiti de Hamburg' quod rex deliberari fecit navem Fretherwardi mercatoris de terra sua cum omnibus catallis suis quam ballivi de Lenn' arestarunt ; et mandatum est eidem comiti quod satisfaciat burgensibus de Lenn' citra festum Beate Margarete super arestacione navis ville sue et incarceracione hominum suorum et catallis in ea captis ; quod si non fecerit, rex extunc homines suos venientes in Angliam distringi faciet per corpora et catalla, ad satisfaciendum ipsis burgensibus super premissis.

Mandatum est vicecomiti Stafford' quod fieri faciat perambulacionem inter terram prioris de War' in Onne et terram abbatis de Bildewas in Walton'. Quia etc.

[m. 9*d.*] Memorandum quod abbas Sancti Petri super Divam fecit fidelitatem domino regi de terris quas tenet de domino rege in Anglia videlicet apud Oxoniam die Mercurii post quindenam Pasche.

Memorandum quod Thomas Gresl' et Christiana uxor ejus habent quoddam breve quod dicitur 'quare inpedit' de ecclesia de Scotwyleweb' contra Annoram de Verdun, et est breve de comite Oxon' coram justiciariis ibidem, et memorandum quod aliquis assignatus est ad sequendum cum tangat dominum regem.

1247.

Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Warr' quod si, per inquisicionem quam fieri decet in itinere justiciariorum de morte hominis, invenerunt quod Walterus filius Pagani, qui vulneratus fuit per cultellum Roberti de Fugeres per infortunium in brachio, quo vulnere postea mortuus est ut dicitur, non fuit per feloniam ipsius Roberti vulneratus ita, set per infortunium et casum fortuitum, tunc pro illa morte non procedant ad judicium, unde predictus R. penam dampnationis incurrat. Teste rege apud Wodestok' xxviij. die Aprilis.

Ricardus de Haunton', Willelmus de Furches, Matheus de Mauns et Walterus de Hida sunt justiciarii ad gayolam Hereff' deliberandam a die Sancte Trinitatis in xv. dies.

Mandatum est vicecomiti Noting' quod fieri faciat perambulacionem inter terram W. Eboracensis archiepiscopi in Bekingeham et terram Willelmi de Sandeb' in Sandeb'. Quia etc.

Memorandum quod die Jovis in festo Sancti Marci Ewangeliste anno regni domini H. regis xxxj. venit Matillis que fuit uxor Willelmi de Marisc' usque Wudestok' coram domino rege ut sciret ejus voluntatem.

Memorandum est Johanni de Ballioll' quod secundum tenorem carte domini J. regis, patris domini H. regis, quam fecit David quondam comes Huntingd' de manerio de Brampton', quod aliquando fuit dominicum predicti J. regis, quod possit dominus rex heredibus predicti comitis racionabile eschambium assignare, quod sit in quindena Sancti Johannis Baptiste coram domino rege, ubicunque tunc fuerit in Anglia, vel aliquem de suis mittat de quo confidat, ad recipiendum a domino rege racionabile eschambium qui (*sic*) Dervoguillam uxorem ejus hereditarie contingit in manerio predicto. Teste me ipso apud Westm' xxj. die Maii.

Consimile breve mandatum est Henrico de Hasting'.

Mandatum est Drogoni de Barentyn quod assisas Insularum domini regis et placita hac vice teneat de tercio anno in tercium annum, sicut temporibus antecessorum domini regis et sui teneri solent et debent. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod summoneat per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites, et libere tenentes, de tota balliva sua, et de qualibet villa quatuor legales homines et prepositum, et de quolibet burgo xij. legales burgenses per totam ballivam suam, et omnes alios qui coram justiciariis itinerantibus venire solent et debent, quod sint apud Norht' in crastino Sancti Johannis Baptiste coram dilectis et fidelibus domini regis Rogero de Thurkelby, Gilberto de Preston', Magistro Simone de Wauton', et Johanne de Cobbeham etc. ; et queratur breve in rotulo clausarum anni etc. xxviij.

[m. 8*d*.] Rogerus de Thurkelby et socii sui de communi consilio domini regis assignati sunt ad itinerandum ad omnia placita in comitatibus Norht', Rotel', Bed', Buk', Salop', Stafford', Wigorn', Hereford', Glouc', Sumers', et Dors', ita quod incipiant iter suum in comitatu Norht' in crastino Sancti Johannis Baptiste, et in comitatu Rotel' ad diem et locum etc. Et in sua disposicione sit utrum in crastino Sancti Michaelis inchoare voluerint in comitatu Buk' vel Bed', quia

1247.

secundum quod inde regi significaverint, brevia de communi summonicione rex fieri faciet. Teste rege apud Westm' xxv. die Maii.

Mandatum est vicecomiti Lancastrie quod fieri faciat perambulacionem inter terram Simonis de Brocton' in Brocton et terram Johannis de Thwartes in Thwartes. Quia etc.

Rex vicecomiti Berk', salutem. Summone per bonos summonitores Robertum filium Henrici de Lamburn' quod sit coram nobis a die Sancte Trinitatis in iij. septimanas ubicumque etc. ad warantizandum priori Sancte Fredeswid' Oxonie unam virgatam terre cum pertinenciis in Bochampton' quam nos clamavimus ut de serjancia nostra de Bochampton' versus eundem priorem et unde idem prior coram nobis vocavit predictum Robertum inde ad warantum versus nos, et habeas ibi summonitores etc. Teste etc.

Memorandum quod iiij. marcate redditus in Toterho que sunt de dote Valentine de Laundas debent remanere W. de Contil' a Pascha anno etc. xxxj. usque in finem vij. annorum proximo sequencium per quandam convencionem factam inter Johannem de Whelton' et dictam Valentinam uxorem ejus ex una parte et predictum W. ex altera, et in fine dictorum vij. annorum revertentur ad ipsos Johannem et Valentinam dicte iiij. marcate redditus quiete de dicto W. et heredibus suis.

[m. 7*d.*] Mandatum est vicecomiti Dors' quod fieri faciat perambulacionem inter terram abbatis de Shireburn' in Stokes et terram Thome de Windes' in Windes'. Quia etc.

[m. 5*d.*] Quia P. Herefordensis episcopus seminavit fructus nunc existentes in terra in manerio de Chiltham' dum manerium illud habuit ad firmam de rege, mandatum est vicecomiti Glouc' quod ipsum episcopum per ballivum suum quem ad hoc assignaverit permittat et faciat colligere fructus illos et voluntatem suam inde facere. Et diligenter inquiras in quo statu idem episcopus recepit manerium illud et quantum terre recepit in manerio illo seminatum, et quantum seminatum de quo genere bladi, et inquisicionem regi mittat. Teste. [*Unfinished.*]

Rex maiori et vicecomitibus Lond', salutem. Precipimus vobis quod clamari faciatis per totam civitatem London' et per totam libertatem ad vos pertinentem tam in comitatu Middels' quam alibi quod communis moneta nostra currat sicut currere consuevit et nullatenus recusetur, quod quidem sic fiat usque ad festum Omnium Sanctorum, et si a termino illo aliquis denarius retonsus vel obolus retonsus proferatur ad emendum vel vendendum, statim perforetur in cujuscumque manibus hujusmodi moneta inveniatur, et hoc clamari et teneri faciatis sicut corpora et catalla vestra diligitis. Teste rege apud Windes' xiij. die Augusti.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

[m. 4*d.*] Mandatum est Nicholao de Mol' quod per sacramentum proborum et legalium hominum diligenter inquirat que terre sint alienate de

1247.

ecclesia de Lampedermaur, que est Magistri L. de Sancto Martino, et que est de advocatione regis, et per quos et a quo tempore alienacio illa facta fuerit, et cum per inquisicionem illam ei constiterit que sint alienaciones predicte, tunc eidem magistro de omnibus terris alienatis plenam seisinam habere faciat, nisi viderit quod inde possit gwerra suscitari. Teste rege apud Wudestok' ij. die Augusti.

Rex ballivo suo Insularum de Gernes', salutem. Quia accepimus per inquisicionem quam a te fieri precipimus quod homines nostri in eadem insula feodati debent singulis annis campi partum et eundem campi partum in propriis carettis conducere et portare ad manerium nostrum et super tassos levare et ballivi nostri debent bladum illud tassare per regwardum consuetum, scilicet de qualibet bovata terre unum Turonensem absque culturis, et debet campi partum colligi et adunari, et cum bladum cariatum et adunatum fuerit in manerio nostro, quislibet collectorum dicti bladi debet habere de vobis unum prandium et novem Turonenses, et si forte carette eorum fracte sint non debent inde occasionari. Et debent ex proprio suo tassos cooperire et manerium custodire quousque clausum fuerit, et debent cum campi partu de qualibet domo duas gallinas et non debent refutari si habeant tres digitatas caude; et debent pannagium de porcis suis, scilicet de quolibet qui habuerit sepriam furcatam unum Turonensem ad diem quo pasnagium denunciatum et in foro clamatum fuerit. Et nisi pasnagium solverint antequam sol resconsitus fuerit porcum suum perdent, et dabunt v. solidos Turonenses, et, quando nobis placuerit vel ballivo nostro, blada nostra triturare et ad placitum nostrum capiet unum hominem ad grangiam gernarium et bateriam custodiendum, et habebit quolibet die unam areiatam straminis de xxv.[que] garbis et manducabit nobiscum diebus Dominicis et dupplicibus festis. Et debent molagium scilicet de qualibet boveta terre unum bussollum et duas denaratas frumenti ad parvam mensuram cum uno rescusso. Et si nobis placuerit ducere vel mittere bladum nostrum in Norm', scilicet inter Montem Sancti Michaelis et Cesaris Burgum et non alibi, et nos navem et rectorem navis inveniemus tempore pacis, et invenient alios marinellos ad custum proprium per xv. dies, et si ultra xv. dies moram fecerint, erunt ad custum nostrum, et ipsi marinelli habebunt excussimum navis de eodem blado. Et cum manerium nostrum bene clausum fuerit, debent avenam pro custodia manerii nec ulterius inde debent occasionari. Et debent cooperire septem molendina nostra de propria coopertura et latta, et reficere et relevare maiserias molendinorum et exclusas et molas ducere et meremium cariare ad molendina reparanda, et ballivus noster maeremium et molas inveniet. Et debent in dictis molendinis bladum suum quiete molere per sextum decimum granum. Et si contigerit quod molendina remaneant in manum nostram ita quod ad firmam non ponantur, tenentur exitus molendinorum custodire absque custu proprio. Item tria loca sunt ad prisones custodiendos, et debent repleggiari nichil nobis vel ballivo nostro dando nisi capta sint per harellam vel pro felonia sive pro pace nostra infracta. Et debent reddere nobis per annum de banca et hoga xx.[ti] solidos Turonenses et ix. denarios, et de frocagio similiter per annum l. solidos Turonenses. Et pro marisco Orguill' et hoga Geraldi xx. solidos

1247.

Turonenses. Et de feodo Faieti in festo Sancti Michaelis xij. Turonenses. Item omnes homines tocius insule communiter reddent domino regi singulis annis sicut pro auxilio lxx. libras Turonenses. Et per predictos redditus et servicia predicta quieti esse debent, et temporibus regum quieti esse consueverunt de omnibus excercitibus talliagiis gravaminibus et occasionibus, nisi tantummodo quod ibunt cum corpore ducis Norm' si necesse fuerit ad Angl' recuperandam. Insuper omnes homines predicti solent et debent, et temporibus regum de jure consueverunt, tempore pacis ferre in Norm' vel alibi ad placitum suum omnes denaratas suas vivas et mortuas, tam de mare quam de terra, ad vendendum, exceptis congris in tempore espelcacionis, nichil inde dando ballivo, et poterunt de jure et consueverunt absque occasione ire et redire ad quemcumque portum voluerint predicte insule. Et debet tempus espelcacionis durare a Pascha usque ad festum Sancti Michaelis, et tunc debent vendere congros suos absque precio espelcatorum. Et si espelcatores voluerint congros suos emere ad justum forum eis factum, licebit piscatoribus piscem suum custodire per unum retractum maris vel per unam munteiam, et deinde voluntatem suam inde facere. Festo vero Sancti Michaelis transacto de congris et aliis piscibus suis facere consueverunt voluntatem suam. Debent etiam communiter per Insulas quolibet tercio anno quandam consuetudinem dare, et vocatur fuuagium. Tibi precipimus quod hominibus supradictis secundum inquisitionem premissam omnia predicta servicia et consuetudines firmiter observes et facias observari, ne hac occasione ad nos denuo redire cogantur. Teste rege apud Havering' xj. die Septembris anno regni nostri xxxj°.

[m. 3*d*.] Mandatum est vicecomiti Sumers' quod habeat coram rege a die Sancti Michaelis in quindecim dies breve per quod fecit Margerie de Flury habere seisinam de x. acris terre cum pertinenciis in Langeford' et habeat tunc coram rege corpus predicte Margerie ad ostendendum quo waranto tenet se in predictis x. acris terre, quas Johannes Cumyn nuper in curia regis coram justiciariis apud Westm' per judicium ejusdem curie versus ipsam recuperavit, ut dicitur. Et habeat etc. Teste. [*Unfinished.*]

. . . [Lin]colniensis episcopus, Johannes de Crachal, et Magister Walterus de Bylindon' habent quietanciam de communi summonicione coram justiciariis in comitatu Bedeford'.

Henricus de Hauvill' habet tale breve in eodem comitatu et in comitatu Kauntebr'.

Abbatissa de Berking' habet similes litteras in utroque dictorum comitatuum.

Robertus Agulun habet etc. in comitatu Bed'.

Abbas de Salopia attornavit Ricardum [filium] Hamonis vel Johannem clericum in placito quod est coram rege contra burgenses Salopie de placito transgressionis.

Memorandum quod domina de Furnival solvit P. de Sabaudia cccc. marcas in quibus ipsa ei tenebatur occasione cujusdam composicionis inter ipsos per dominum regem facte super maritagio filii sui.

[m. 2*d*.] . . . quod clamari faciat per totam ballivam suam et publice prohiberi quod nullus eat ad riveandum in ripa regis que in . . .

1247.

. . . . scire faciat omnibus de balliva sua qui ab antiquo et de jure facere debent pontes ad riparias illas quod provideant sibi . . . faciend' . . . quod promti sint et parati in proximo transitu domini regis per partes illas, et hoc erit proximo die Lune instanti mane. Teste etc. apud Certes' v. die Octobris.

Rex S. archidiacono Estriding' et R. thesaurario Lich', salutem. Placet nobis et libenter concedimus quod in ordinacionem factam inter ecclesiam Wigorn' ex una parte et monasterium Evesham' ex altera procedatis dummodo vestra ordinacio in aliquo nostro non deroget dignitati. Quam quidem ordinacionem cum plene sciverimus, deliberabimus vobiscum an ei debeamus assensum regium inpertiri, et inde faciemus quod videbimus expedire. Teste rege apud Westm' xv. die Octobris.

GENERAL INDEX.

GENERAL INDEX.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

S

T

U

V

W

X

Y

Z